



ILL.MI D.D. NIC. RODRIQVEZ

FERMOSINI

AVSTVRICENSIS

EPISCOPI,

DE POTESTATE

CAPITVLI

SEDE VACANTE

NECNON SEDE PLENA.

ILL.[MI] D. D. NIC. RODRIQVEZ
FERMOSINI
AVSTVRICENSIS EPISCOPI,
DE POTESTATE
CAPITVLI
SEDE VACANTE,

NECNON SEDE PLENA:

ET QVID POSSINT EPISCOPI PER SE,
aut debeant vnà cum Capitulo exequi,

TRACTATVS TRES;

CVM INDICE MVLTIPLICI QVÆSTIONVM, IVRIVM, Materiarum & Verborum in hoc Volumine contentorum.


NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumptib. HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXVI.

Cum Approbatione, & Permissu Superiorum.



ALEXAND. VII.

PONTIFICI OPTIMO MAX.

NICOLAVS EPISC.

AVSTVRICENSIS.

CVM in mentem veniſſet poſt nonnulla alia opera Eccleſiaſtica Capitulis Cathedralium Eccleſiarum deſignare, quæ ſibimet in Sede Epiſcopali Vacante conveniunt pro legitima adminiſtratione iuſtitiæ in propriis Diœceſibus, cupiens eorum deſiderio inſervire, fatendo ne dum iuriſdictionem contentioſam ordinariam eis competère, mortuis, aut tranſlatis Epiſcopis; imò, & voluntariam in caſu neceſſario contra communiſſimam quandam opinionem illis abnegantem iuriſdictionem in voluntariis, de qua hîc à quæſt. 1. & 2. cum aliis, optans etiam quamplures lites reſecare, quæ ex abuſu ta-

lium iuriſdictionem ſolent excitari, etiam contra iura Epiſcopi de novo venturi, ſicut nobis accidit iuxta relata infra quæſt. 4. & 6. mihi viſum fuit hoc opuſculum Tibi ô SANCTISSIME PATER præſentare, vt tua ſublimi protectione defenſum, tam Capitula in Sede Vacante, quam Epiſcopi, non vltra metas egrediantur, vt ſic iurgia, & contentiones publicam turbantes Eccleſiaſticam pacem, quæ omnibus debet ſolatium parare, nec excitentur, nec turbulentè reſonent. Vale.

AD LECTOREM

AD LECTOREM.

PLeraque sese offerunt dissidia inter Episcopos, & eorum Capitula Cathedralium, & non minora Sede Episcopali Vacante, per quæ solent crebrò Prælati de novo venientes molestari, absque propria culpa in libero munere sui exercitij, incusati à propriis subditis uti litigiosi; cum revera aliunde occasio prepararetur, cuius occursus permaximè necessarius, ne peiora irruant, exposcit, illis resistere in utroque foro, quibus expertus elegi post alia scripta in lucem edere tractationem, de Potestate Capituli Sede Vacante, & de Episcopo cum suo Capitulo, *ut sic iuxta praxim hodiernam singulorum Iura conservata in publicam treugam utilitas corporum admodum illustrium cum summa omnium dilectione revereatur. Hæc fuit animi nostri affectio, ut ex contextu libabis; quapropter veniam meremur (Piissime Perscrutator.) Vale.*



APPROBA

APPROBATIO DOCTORVM.

ILluſtriſſimi D. D. FERMOSINI Auſturicenſis Epiſcopi, *Tractatus tres de Poteſtate Capituli Sede Vacante aut plena, &c.* legimus nos infraſcripti Doctores Theologi facultatis Pariſienſis, nihilque in ipſis propoſitum deprehendimus quod non ſapiat Epiſcopale lumen, fidem orthodoxam ac probos mores, in quorum fidem iis ſubſignauimus. Lugduni die 16. Iulij 1663.

FR. CYRILLVS MOREL Carmelitarum Lugdunenſium Prior.

ELIAS VIAL Carmelita.

PERMISSIO.

IMprimatur die 16. Iulij 1663.

DE NEVF-VILLE Vicar. Gen.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGIS.

NOn intercedo Regis cauſa, ne liber cui Titulus eſt D.D. FERMOSINI Auſturicenſis Epiſcopi *Tractatus tres de Poteſtate Capituli Sede Vacante aut plena, &c.* Imprimatur ab HORATIO BOISSAT, & GEORGIO REMEVS huius Ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus aliis omnibus huiuſce Ciuitatis Bibliopolis, in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die 18. Iulij 1663.

VIDAVD.

LICENTIA.

FIat iuxta conſenſum Procuratoris Regis. Lugduni die decimaoctaua Iulij 1663.

SEVE.

PARS

PARS PRIMA

Ad Tractatum, de his, quæ facere potest Capitulum Sede Vacante, *Ad Titulum ne Sede Vacante aliquid innouetur*, enodantur Iura sequentia præter alia multa subinclusa.

Textus *in cap.illa 2.& cap.fin.eodem.tit. vbi & lib.6.*
Textus *in cap.cum olim.& cap.de his, de maiorit.& obed.*
Textus *in cap. ad abolendam de hæreticis.*
Textus *in cap.vnico de instit.lib.6.*
Textus *in cap.si Episcopus, & cap. Ecclesia de suppl. neglig. Prælat. lib.6.*
Textus *in cap.quia sæpè de elect.lib.6.*
Textus *in cap.cum nullus §.Episcopo, de temporibus ordinat.lib.6.*
Textus *in cap.vnico de maiorit.& obed.lib.6.*
Clem. *statutum de elect.lib.6.*
Textus *in cap.2.de concess. Præbendæ.*
Trid. *Concilij. sess.7. cap.10.& sess.23.cap.10. de reformat.& sess.24. cap.16.*

PARS SECVNDA

Ad Tractatum, de his, quæ Episcopus cum Capitulo exercere debet ad Titulum *de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.*

PARS TERTIA

Ad Tractatum de his, quæ possunt fieri à maiori parte Capituli, vel cum Episcopo, aut sine eo. Ad Titulum *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.*

INDEX

TRACTATVVM ET Quæſtionum, quæ in hoc volumine continentur.

Vltimus numerus paginam indicat.

mus, nihil proficiendo, qualiter pro Dignitate Epiſcopali defenſio contigit, etiā in Regali Vallisoletana Cancellaria 13. Iulij 1663. ad quam pro parte nominatorum à Capitulo, fuit declaratum nos violentiam nullam feciſſe, ſpoliando, & amouendo nominatos, & attitulatos à Capitulo, Sede Vacante, alios diuerſos attitulando, qui nunc poſſident? ibid.

5 Et quid coram Domino Nuncio Papæ legato vſque ad hoc tempus acciderit inſtante Capitulo? ibid.

QVÆST. V. Capitulum Sede Vacante, an queat reſiſtere Regi, ſi forte ſub amiſſione temporalitatum mandet, vt admittat ad gubernandum in Epiſcopatu illum, qui iam eſt ab eo nominatus Epiſcopus, vel etiam confirmatus, ac conſecratus, ſi nondum Capitulo præſentauerit litteras originales gratiæ à Pontifice factæ? 53.

2 Et an ſi admittat illum Capitulum, vt Gubernatorem tantum, ſiue vt Vicarium Generalem abſque oſtenſione Bullarum, incurrant cenſuras extrauag. iniunctæ de elect. ibid.

3 Et quid ſi ex ſchedula Regia admittat alium exterum, vt gubernet interim, ac electus Epiſcopus adipiſcatur poſſeſſionem? ibid.

QVÆST. VI. Epiſcopatus poſſeſſio ex quo Bullæ viſæ fuerint in conſilio vulgo *de la Camara*, & ab eo expediti executoriales, an debeat fieri per ipſammet perſonam Epiſcopi, aut queat per tertiam aliam quamlibet etiam ſæcularem cum eius mandato? 63.

2 Et an præcisè, vt eam aſſequatur, debeant præſentari coram Capitulo omnes Bullæ originales, plumbatæ, & etiam ſimul illa virtute cuius Epiſcopus conſecrandus præſtat coram Epiſcopo conſecrante fidē iuratam, tangendo Euangeliorū librū de obediendo Pontifici, alias ſit in poteſtate Capituli illum non admittendi, etiā, ſi ſemel præſentet coram eo Epiſcopus teſtimoniale, in quo recenſentur ad litteram omnes prædictæ Bullæ in forma probanti? ibid.

3 Et an Capitulum queat non admittere Vicarium Generalem non ordinatum in ſacris, aut poſſit ipſe, vt admittatur, cenſuris procedere? ibid.

4 Et an ſi virtute mandati, quod habet nominet alium habilem de Capitulo, aut extra, ſit in poteſtate Capituli illum non admittendi? ibid.

5 Aut queat Vicarium ad ſuum libitum nominare? vel conſeruare illos, qui erant in Sede Vacante, etiam ſi forent Canonici, ex affectis? ibid.

6 Quæ Bullæ fuerunt examinatæ in Conſilio Cameræ? Et quæ Bullæ ſufficiebant præſētari corā noſtro Capitulo, vt neceſſario nobis illico poſſeſſio daretur? ibid.

QVÆST. VII. Capitulum Sede Vacante, an poſſit exercere æqualia, vel minora his, quæ ſibi expreſſa reperiuntur in iure; eo quod in omnib. Capitulū ad inſtar tutoris, ſit adminiſtrator legitimus, & neceſſarius Vacante Sede, debens vtilia facere, & inutilia prætermittere? 78.

2 Et an ſi velit, tali ſede durante per ſe Congregatum, quæ ſunt iuſtitiæ, aut gratiæ expedire valeat? ibid.

3 Vel teneatur neceſſario ex ſuo corpore Capituli eligere viros miniſtros aptos pro meliori negotiorum tractatione? ibid.

4 Et in quibus Capitulum Sede Vacante interponat decretum? ibid.

5 Et quæ dicantur iuriſdictionis contentioſæ, aut voluntariæ? ibid.

QVÆST. VIII. Capitulum Sede Vacante, an ſi intra illos octo dies à Tridentino ſignatos, non eligat Vicarium, poſſit, illis diebus tranſactis, nihilominus procedere ad nominandum illum? 82.

2 Et ſi è contra velit eligere illum prima die illorum octo dierum, ſibimet permittatur vtique? ibid.

3 Et quando eius iuriſdictio expiret, ſi ſine præfinitione temporis creetur? ibid.

4 Et an in eius electione facienda, debeat Capitulū obſeruare formā in iure præſcriptā ad alias electiones Canonicas? ib.

5 Et an ſi creetur à Capitulo ad certos dies, ſeu mēſes, talis nominatio ſuſtineatur pro illis tantū; ita vt ipſis tranſactis, expiret iuriſdictio Vicarij ipſo iure abſque alia Capituli declaratione? ibid.

6 Et an ſi Vicarius malè fortè procedat, ſit in facultate, Capitulum illum abſq; examine cauſæ, aut etiā ſi bene procedat illum ad libitum reuocare valeat? ibid.

7 Seu queat reuocare quē in defectū Capituli nominauit Metropolitanus? ibid.

8 Et quid ipſum Capitulum, ſi tempore nominationis fecit cum Vicario conuentionem, vt poſſit illum quandoque reuocare? ibid.

QVÆST. IX. An Capitulum ex quo nominat Vicarium, pro iuriſdictione ſibi in Sede Vacante competenti, intelligatur illi etiam præſtitiſſe authoritatem ſuper his, quæ requirunt ſpeciale mandatum? 88.

3 Et

TRACT. II.



TRACTATVS SECVNDVS

De his quæ Episcopus cum Capitulo exercere debet.

Ad Titulum de his quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli. p. 173.



TRACTATVS TERTIVS

De his quæ fiunt à maiori parte Capituli, vel cum Episcopo, aut sine eo.

Ad Titulum de his quæ fiunt à maiori parte Capituli. p. 197.

etiam sanior, qualiter hoc valeat practicari? ibid.

6 Et per quos votantes? ibid.

QVÆST. VI. An Episcopus valeat conuocare Capitulares, vt se congregent, quando eis aliquid proponere velit? 209.

2 Et an possit illos cogere ad declarandum sibi, quæ negotia ab ipsis sint in Capitulo tractanda? ibid.

4 Vel vt sibi præstent copiam actorum? ibid.

5 Et an Episcopus, vel eius Vicarius, possint interuenire in actibus Capitularibus, vna cum Canonicis? ibid.

6 Et an in negotiis agendis per Episcopum cum consensu Capituli, vox Episcopi cum vno, vel duobus Canonicis faciat maiorem partem, & sit attendenda? qualiter exemplificetur? ibid.

7 Et sic an si contingat in electionibus Canonicis, vt Doctoralis, & Magistralium, aut aliis tractatibus, in quibus Episcopus habet suffragari, vt vnus Canonicus, quod votantes in duas æquales partes, diuidantur, præcellat ea votantium pars, cui adhæret Episcopi votum? ibid.

8 Et an dictum q. 36. de duabus partibus Canonicorum, necessario præsentiam facturis in actibus Capitularibus, practicetur in minoribus negotiis? ibidem.

QVÆST. VII. Capitulum, an ex sola Canonicorum Congregatione componatur? 215.

2 Et an Canonici necessario vocandi sint, vt ad Congregationem Capitularem pro negotiis agendis perueniant? ibid.

3 Quando excusentur venire ad Capitulum, & si citati sint? ibid.

4 Capitulum, an possit facere statutum inducens nullitatem electionis ex defectu aliquorum, non vocatorum? ibid.

5 Et an in electionibus, in quibus requiritur Episcopi confirmatio, habeat Episcopus, tantam vocem, quantam Capitulum? ibid.

6 Et an voces duas habeat, qui ex legitimo titulo habet in eadem Ecclesia duas Præ bendas, vel Præbendam, & Dignitatem? ibid.

7 Et an Episcopus cum consensu Capituli statuere possit, vt aliquod minimum soluatur in ingressu Canonicorum? ibid.

8 Vel an consuetudine id induci valeat? ibid.

QVÆST. VIII. Canonici, an teneantur associare à propria domo suum Prælatum vsque ad Ecclesiam, & reducere illum ad proprium cubiculum, induti habitu Canonicali, vel superpelliceo, aut capa de choro, & virreto? *remissiuè* 220.

2 Et quo honore Episcopo celebranti, aliauè Episcopalia exercenti intra, aut extra Cathedralem ei assistere? *etiam remissiuè*. ibid.

3 Et an in festiuis diebus non solemnioribus debeat habere præ cæteris sedem sublimiorem? ibid.

4 Et cum quo decore, silentio, ac ordine sessionis, debeant in Choro, & in Capitulo Canonici adesse? ibidem.

5 An Canonici valeant mutare paramenta noua, & antiqua absque consensu Episcopi? ibid.

6 An Capitula ex manifesta, & rationabili causa possent cessare à Diuinis in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali? ibid.

7 Et an propter negligentiam Capituli Cathedralis Ecclesiæ in conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem spectant separatim ab Episcopo habeat Episcopus iure deuoluto ea prouidere? ibid.

QVÆST. IX. An esto quod ex duabus partibus Canonicorum in ordine ad totum, maior pars faciat Capitulum, vt dictum est à q. 33. hæc assertio respiciat alias ampliationes, siue limitationes? 225.

2 An, & quando maior pars inclinat in partem deteriorem, & quis non vult contradicere, quia nihil prodesse valet, teneatur nihilominus vocem dare aduersam? ibid.

3 Et an si contradicendo, cum nihil prodesse potest, & contradictio causet fortassis indignationem, vel odium, teneatur adhuc suam sententiam exprimere? ibid.

4 Et an Cardinalis possit tacere quando in consistorio non bene aliquid determinatur? ibid.

5 Et an ad Episcopum appellatur ex gestis



INDEX

INDEX
IVRIVM, QVÆ OBITER IN tribus ſequentibus Tractatibus enodantur.

Primus numerus Tractatum, ſecundus Quæſtionem, Tertius Numerum Marginalem & vltimus Paginam denotat.

Ex Decretalibus.

Lib. VI. Decretal.

Ex Extrauag.

Ex

Ex Clementinis.

Ex Decretis.

Ex Conciliis.

Recopil.



DD. NICOLAI



D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ,
FERMOSINI,
HISPANI,
EPISCOPI
AVSTVRICENSIS,
TRACTATVS PRIMVS:

De his quæ poteſt facere Capitulum Sede Vacante:
Ad Titulum, ne Sede Vacante aliquid innouetur.

PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Capitula in Sede Vacante ſolent in aliquibus extendere, putant enim omnia ſibi licere, vt* n. 2.

3 *Auſturicenſis Cathedralis à Diuo Iacobo erecta.*

4 *Officiorum quorumdam prouiſio ad vitam facta per noſtrum Capitulum Auſturicenſe, pertinens ad Dignitatem Epiſcopalem, nos commouit ad hunc tractatum conficiendum per dicta* q. 4. *latè, vt* n. 5.

6 Cap. Sede Vac. *materia tractatur diffusè per Doctores hîc nominatos.*

CVM ſoleant Capitula Sede Vacante, in eo interim, dum venit electus de nouo Epiſcopus ad quãque ſibi Diœceſim aſſignatam, non tantum gubernare; imò & tranſgredi ſuæ poteſtatis limites, aliqua Epiſcopalia inuadendo, Capitulis nondum ſpectantia ſiue denegata de iure iuxta dicterium illius litteratiſſimi Canonici Abulenſis Eccleſiæ in materia beneficiali Antogoniſtæ inter cæteros eiuſdem ſcriptores *Nicolai*, ſcilicet, Garcia, qui etſi Capitulorum Sede Vacante Iuriſdictionis acerrimus cum extenſione defenſor extiterit, præcipuè in conferendis beneficiis, vt ſenſit Merolla, *tom. 3. diſp. 7. cap. 7. dubio* 1. *n.* 107. relatus à Diana *p.* 8. *tract.* 4. *de Poteſtate Cap. Sede Vacante ſub reſ.* 28. † Tamen *p.* 5. *tom.* 1. 2
cap. 14. 15. *&* 16. quatenùs ſcripſit Capitula putare omnia ſibi licere, referens abuſum

cuiusdam certæ Cathedralis assuescentis per singulos menses, duos eligere Vicarios vnum graduatum, qui exercet officium, & alium non graduatum, qui non exercet; accipit tamen medietatem emolumentorum officij, tale factum improbans, vt simoniacum, quemadmodum improbant DD. per eum citati, conuentionem Canonicorum, vt quicumque eorum eligatur in Vicarium, teneatur diuidere cum alijs Canonicis salarium, & emolumenta officij.

3 Et in nostra Cathedrali inter antiquiores à Diuo Iacobo erectas, nempe Cæsar-Augustanam, Bracarensem, Carthaginensem, Hispalensem, Valentinam, Tarraconensem, Toletanam, Barcinonensem, Lucensem, Palentinam, & Iuliobricensem, etiam erectam, vt ex Fabio Dextero, scribit P. Franciscus Bibai in Dextrum anno Christi 37. *sub comment.* 2. me nominato Episcopo anno præterito 1662. à Rege nostro 4 Pijssimo quidem Philippo 4. † Decanus, & Capitulum huius etiam nobilissimæ Cathedralis, Sede adhuc Vacante, pendente, certa Procuratorum officia, aliáque Receptorum, quæ tunc vacauerunt, stipendio prouiderint, Officiales in eis ad vitam cuiusque intitulando, & in exercitium adjudicando, de quo facto sub amicitia, & vrbanitate sæpius reconueniendo, adducens iuridicam prouisionem, siue intitulationem esse propriam Episcoporum ab antiquissimo tempore proximo venturo reseruandam, & per hoc mihi, ac post longas conferentias, iam inito compromisso, in eoque de partium consensu electo arbitro iuris DD. Franc. Feloaga à Consilio supremo Castellæ Coniudice, Præsule Cancellariæ Vallisoletanæ, Viro integerrimo, ac litterarissimo, Decanus, & Capitulum, eo compromisso spreto, & termino ad sententiam quatuor mensium circumducto, restiterint, & ob id Episcopus nominatos à Capitulo Procuratores, & Receptores, vulgo *Notarios minores* auulserit egenis Virginibus maritandis, assignauerit gratis officia illa, vt constat ex actis processus, qui per viam violentiæ, Regia prouisione fuit translatus ad Nuditores Pintianos, vt latè dicitur infra *q.* 4. Vbi per Senatores illos declaratum, vim nos, non fecisse & postea Nuncius Apostolicus processum ad nos remiserit sicut narratur ibi in fine *d. qu.* 4. ac insuper antè nostrum introitum tempore adipiscendæ possessionis huius Diœcesis, & Ecclesiæ (quod remiseramus,) vt dicitur latè sub *q.* 6. *huius tractatus* aliquid inordinatè attentasse ob differendam possessionem vt diutiùs Sedes Vacans duraret.

Ideo hac occasione & propter alia quæ quotidie accidunt in diuersis Cathedralium Capitulis Sede Vacante gubernantibus, nobis visum fuit, & si multi tractat. de potestate Cap. Sede Vacante huc vsque in lucem editi fuerint in medium hoc tempore, alium proponere, quo expertius, & latius diuersos scribentium sensus componamus, iuridicam rationem proferendo, tam, vt Canonicus Doctoralis, qui cursum per annos quatuor peregi in hac Alma, quam vt, Prælatus nunc Gubernator. † 6
Et interim de materia videndi erunt DD. quos congerit Barbosa *in cap.* 16. *Trid. sess.* 24. idem *in pastorali, lib.* 3. *alleg.* 54. & *sub aliis*, & *de Iure Eccles. toto cap. lib.* 3. & *de Canonicis cap.* 30. Vbi per eosdem numero eadem repetens *cap.* 42. *fin.* qui etiam *in tit. ne sede vacante*, & in aliis iuribus latè repetit, & in decisionibus, ac Bullario, verbo *capitulum sede vacante*, & Diana *p.* 8. *tract.* 4. qui ambo præter antiquos, referunt infinitos, vt Garciam *de benefic.* Azor. Quarantã, & alios de re ex proposito agentes, Lotherius *de re benefic. lib.* 2. *sub cap.* 2. *aliquid lib.* 1. *c.* 9. *n.* 47. Valenzuela *cons.* 101. & 121. & 130. Alex. Ludouis. vbi Beltramin. in diuersis decisionibus, & multi alij infra referendi, inter quos Gratian. Burato, Farin. Bellarmin. & alij super *cap.* 16. *Trid. sess.* 24. & in aliis Capitulis eiusdem Trid. & ego sub *cap.* 5. *de officio Vicarij à q.* 6. *ad* 8. vbi de Vicario Episcopi latè, & sub dicta *quæst.* 8. *de Vicario Capituli.*

QVÆSTIO I.

Capitulum Sede Vacante, an succedat in omnimoda iurisdictione, mortuo absente, siue translato Episcopo, quam de iure ordinario talis Episcopus, siue eius Vicarius Generalis Sede plena exercebant?

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, quæ in hoc titulo de Capitulo Sede Vacante, possent exornari, Pannimus largè explanauit.*

2 *Episcopus est caput sui Capituli, Capitulares membra, constituentes vnum corpus cũ eo.*

3 *Capitu*

3 *Capitulum tenetur praſtare ſuo Epiſcopo charitatiuum ſubſidium, ſi petatur ex legitima cauſa.*

4 *Capitulum Sede Vacante in quali iuriſdictione Epiſcopali ſuccedat? deſident DD. alij in ſola contentioſa, & alij etiam in voluntaria.* n. 6. 9. 10. *diſtinguitur* à n.11.

5 *Capitulum Sede Vacante, tantum regit, vt tutor, æconomus, atque adminiſtrator temporalis, & neceſſarius.*

6 *Capitulum Sede Vacante ſecundum alios ſuccedit in omnibus, quæ ſunt Iuriſdictionis ordinaria, exceptis caſibus de iure expreſſis, & quare* n.7.& 8.

9 *Capitulum ſuccedere in iure Epiſcopali quoad ea, qua experiuntur, expreſſa in iure, alij, dixerunt,* & n.10.

10 *Pontifex, mortuo Epiſcopo cuiuſque Diæceſis, eſt Dominus iuriſdictionis.*

11 *Capitulum Sede Vacante, cum diſtinctione, ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopali in contentioſa, exceptis caſibus in iure expreſſis, in voluntaria non, niſi quando in iure cauetur, aut neceſſitas ſic expoſcit.* n.12.& 13.

14 *Confidunt Pontifices magis de Epiſcopis, quam de Capitulo Sede Vacante.*

15 *Iuriſdictio, quam exercet Capitulum, dum Sedes vacat, eſt ordinaria, ſed cum limitatione ad Epiſcopos, qui eam magis extenſam exercent.*

16 *Iuriſdictionalia, Sede Epiſcopali Vacante, ſolent tractari per Miniſtros Capituli, quaſi domeſticè, &* n.17.

17 *Improbi, & audaciores fiunt inprincipio Sedis Vacantis.*

1 ET omiſſis, quæ ſub ſeptem Præludiis Reuerend. Patr. Ioannis Franciſci Pauini iuris vtriuſque, ac ſacræ Theologiæ Doctoris, atque ſacri Palatij Apoſtolici Auditoris digniſſimi, dum hunc tractatum latè in lucem editurus præmiſit de virtute, & importantia dictionis *de*, & nominis *Officio*, de copula *&*, item *Poteſtate* nominis *Capituli*, nominis *Sede*, & in terminis *Vate*, quaſi non multum ad materiam congruentia, & tantum præmiſſo, quod ſubſequitur tractatum hunc concipiemus:

2 Nempè Epiſcopum eſſe caput ſui Capituli Cathedralis, cuius Capitulares, qui ſunt membra cum eo, conſtituunt vnum corpus, iuxta communem Doctorum in cap. nouit. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli, Poſthius *de manut. p. 2. deciſ. 658. n. 3. & 4.*

3 Cui Capitulum, ſeu Canonici Eccleſiæ Cathedralis, præſtare tenentur charitatiuum ſubſidium, quando ab Epiſcopo ſuo petitur ex legitimis cauſis, quia fortius debent ei ſubuenire, quam cæteri, cum dignius ſit, quod membra ſubueniant capiti ſuo, quam extranei: *argum. cap. cum non liceat, de praſcription. cap. requiſiti de teſtamentis,* Belencin. *de charitatiuo ſubſidio. q. 27.* Remig. de Gonni *eodem tract. q. 38.* Moneta *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 9. n. 20.* Barboſa *in paſtorali p. 3. alleg. 87. n. 43.* Et præmiſſis quæ ad reuerentiam præſtandam per Capitulares ſuo Epiſcopo, ſpectant, de quibus ſub 2. *p. huius tractatus.* iam ad materiam huius primæ partis pergamus.

Igitur in puncto video deſidentes Do- 4
ctores, quoſdam negantes, Capitulum Sede Vacante ſuccedere in omni iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, niſi tantum quoad ea, quæ in iure in particulari reperiuntur expreſſa per gloſſam *in clem. 1. de hæreticis §. 1. verbo capitulum,* & *in cap. de his quæ de maioritate, & per cap. 2. ne ſede vac. aliquid innouetur, & per illam Rub. etiam in 6. Decretal.* quæ cum habeat orationem perfectam, poteſt allegari pro deciſione, & per ſimiles Rubricas, *ne Clerici, vel Monachi & ne Prælati vices ſuas, & per titulos ff. nequis eum, qui in ius, & ne vis fiat ei, & eod. ne ſacrum Baptiſma, & ne fide do. den. & l. 1. cod. etiam ob chirographum,* quibus aliqua denegantur contra regulam generalem, vti etiam *per Rubric. ff. nihil nouari, appell. pendente, ſeu lite pend. nihil innouetur,* cum non ſit, qui Epiſcopale ius tueatur, & *ex cap. quia ſæpe de elect. lib. 6. & clem. ſtatutum eodem,* vbi de emolumentis, & fructibus, qui reſeruantur ſucceſſori Epiſcopo, in quibus Capitulum Sede Vacante non ſe intromittit, & à ſimili *per cap. ſicut noſtris de iureiur. cap. 1. de rebus Eccleſia non alien. lib. 6. & cap. 1. cap. quarta de praſcript. cap. auditis de in integrum reſtit. cap. ſi qua de rebus 12. q. 6. & l. 1. 2. & 3. cod. de col. illi. l. ſi præſes cod. quomodo, & quando iudex, & in auth. quod ſi cod. de praſcript. longi temporis, & ſimil.* per quæ, & alia fundamenta hanc partem ſuſtinent ex antiquis Vincent. & Roffa, & Hoſtienſ. apertè *in ſumma, ne Sede Vacante. §. 3.* Archidiaconus, *in cap. 1. de maioritate, & obed. lib. 6. & in cap. 1. de inſtit. alij in cap. quoniam, diſt. 100.* idem Archidiac. *in cap. Pontificis 7. q. 1. col. 1.* Ioan. Andreas *in cap. penult. §. Epiſcopo. de temporib. ordin. lib. 6.* Gemin. *in cap. Præsbyteri. 24. diſt.* Lambertin *de iure Patronat. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 9. n. 2. & lib. 2. p. 1. q. 2. art. 14. n. 6.* Ioan. Bapt. Coſta *de iudic. n. 44.* † Qui- 5
bus fauco, nam Capitulũ, dum Sedes vacat

gubernat, vt administrator ad tempus, Episcopus tamen dum viuit, seu transfertur, & sic dixerunt Pannin. *sup. p. 1. q. 1. n. 10.* Burato *decis.* 339. Curia Pisana *lib. 1. cap. 8. n.* 12. Azeued. *conf.* 11. *n.* 16. Barbosa *de canonicis cap.* 42. *n.* 109. Capitulum Sede Vacante, regere, vt OEconomus seu tutor, aut administrator temporalis, & ante illos Bota *de synodo 3. p. n. 34. fol.* 31. in paruis, quatenus scripsit, quod Capitulum Sede Vacante, est tantum Administrator necessarius, non vero voluntarius, sicut etiam dixit glossa *in dicta clem.* 1. *verbo capituli, de haeret.* quam notant DD. referendo Capitulum Sede Vacante non succedere in his, quae sunt voluntariae iurisdictionis, inter quos Nauarr. *cons.* 28. *sub tit. de temporib. ordinat. in antiquis*, Flamin. *de resignat. Benefic. lib.* 7. *q.* 23. *n.* 13. *&* 25. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *q.* 4. & Barbosa *in dicta clem. n.* 20. Felinus *in cap. cum olim. de maiorit. & obed. n.* 4. *ad* 8. *quaest. & n.* 6. *ad* 3. *quaest.* Vbi illam glossam dicit communiter approbatam Petr. Gregor. *de beneficiis cap.* 38. *n.* 3. Quaranta *in summa Bullar. verbo Capitulum Sede Vacante sub n.* 1. *vers. tertio intellige, & q.* 2. dum, ait regulam, procedere in iurisdictione contentiosa, vel necessaria, id est, vbi fieri non potest, quin ille actus fiat, & sic in his, quae sunt Iustitiae, & vt quoties actus de necessitate expediendus, si sine causa denegaretur, posset adiri Superior pro compulsione, *argum. eorum, quae notantur in cap. nullus de iure patronatus*, Sahagun *in cap. & si clerici.* 5. *de adulteriis de iudiciis ex n.* 68. & alij.

6 Communiter alios lego, scribentes Capitulum Sede Vacan. fungi vice Episcopi, & succedere in omnibus, quae sunt iurisdictionis ordinariae, exceptis casibus de iure expressis per *textum in dicto cap. olim. de maioritate, & obed. cap. vnico, eodem tit. lib.* 6. *in cap. ad abolendam de haeret. cap. penult. & fin. de supplenda neglig. praelator. lib.* 6. *& in extrauag. execrabilis vers. caeterum de praebend. & per doctrinam textus in cap. is cui de elect. lib.* 6. *per cap.* 1. *de instit. cap. cum nullus de temporib. ordin. paragrapho* 2. *& in simili ex cap.* 1. *de clerico aegrotante eodem lib.* 6. *& c. praeterita de elect. & c. quia saepe eod. lib.* 6. *& per rationem text. in cap. requisisti prope finem, & testam. & cap. cum Clerici. de verb. signif. & cap. quanto, cap. nouit* cum similibus de his, quae fiunt à Praelato † propter communionem quae est in- 7
ter Praelatum, & Capitulum, cum sint quoddam totum; *argum. cap.* 1. *dist.* 12. *& cap. si quis Episcopus* 1. *q.* 4. nec totum sit aliud, à sua parte, vt notatur *in cap. nullus inuit. dist.* 92. *& de poenit. dist.* 1. & quod dicitur de connexis, vt *in c. translato cum aliis, de constit. & in cap.* 1. *de iure patronat. lib.* 6. *&* 6. *volunt as eod. de fideicommissis, & ex aliis similibus, vt in cap.* 2. *de officio vicarii, & in Trid. sess.* 24. *q.* 16. *& sess.* 7. *cap.* 10. *& sess.* 23. *cap.* 10.

Inter quos hanc sententiam docent, & 8
sequuntur Abbas *in dicto cap. cum olim n.* 2. *& cap.* 1. *ne sede vac. n.* 4. Federicus *cons.* 30. Albericus *cons.* 60. *n.* 8. Purpurat. *cons.* 77. Panninus acerrimè contrariis respondens *de officio, & potestate Cap. Sede Vac. tota q.* 1. *princ.* Selua *de benefic.* 2. *p. q.* 11. *n.* 4. Rebuffus *in praxi tit. de deuol. à n.* 58. Corras. *de benef.* 2. *p. cap.* 7. *n.* 2. Bonifacius *cap.* 8. *n.* 1. *&* 3. Mandos. *cons.* 1. *n.* 3. *&* 4. Cuchus *instit. mor. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 30. *&* 93. Fuscus *de visit. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 31. Guerrero *in speculo, cap.* 40. Ioannes Guttierr. *can. quaest. cap.* 11. *n.* 10. Quintanadueñas *lib.* 1 *Ecclesiast. cap.* 5. *n.* 6. Vgolin. *de cens. tab.* 1. *cap.* 10. §. 2. *n.* 1. Iacob. Sbrotius *de vicario Episcopi lib.* 1. *q.* 15. *&* 16. Zerola *in praxi Episcop.* 2. *p. verbo capitulum* §. 3. Marc. Anton. Genuensis *in praxi Archiep. Curiae Neapol. cap.* 85. *siue* 87. *fin.* Suarez *de legibus lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 14. *&* 17. Syluester *verbo capitulum q.* 2. *&* 10. Azor. *instit. mor.* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 37. *q.* 6. *& seq.* Molina *de iust. tract.* 5. *disp.* 11. *à n.* 3. Leo *in Thesauro fori Eccles. cap.* 10. *n.* 2. *&* 7. & Luzarius *de Monitoriis, sect.* 1. *q.* 7. *n.* 2. Piasecius *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. latè Solorzanus *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 2. cum multis, cum aliis Merola *tom.* 2. *disp.* 7. *cap.* 7. *dubio* 1. *n.* 2. Valenzuela *cons.* 107. *p.* 2. Felicianus de Vega *in cap.* 5. §. *de adulteriis n.* 4. Bassaeus *verbo Capitulum Sede Vacante. n.* 6. Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 1. *vers. sed contraria*, Machado *de perfecto confess. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 1. *docum.* 6. *n.* 2. Nicolaus Garcia *de benef. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 4. Marcell. Vulpeius *in praxi iudiciali cap.* 44. *n.* 1. Filliucius *quaest. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 3. *n.* 4. Bobadilla *in politica, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. Cardinalis Tuschus *practicar. conclus. tom.* 1. *litt.* C, *conclus.* 56. *numer.* 6. cum aliis Barbosa *de canonicis, cap.* 42. *num.* 61. *& de iure Eccles. p.* 1. *cap.* 1. *d. n.* 61. ipse *in pastorali alleg.* 36. *n.* 9. & in dictis Concilij locis, referens in dicto *cap.* 42. *& disp.* 30. sic fuisse dictum in Pampilonen. iuris visitandi 15. Decemb. 1623. coram Reuerend. P. D. Merlin. & ex Rota *decis.* 166. *à n.* 1. *p.* 1. recentissimè, & per aliam *decis.* 1. *n.* 13. *p.* 1. *diuers. & decis.* 340. *n.* 2. apud Farin. *p.* 1. *recent. & decis.* 632. *n.* 4. *p.* 2. *etiam recent.* idem Barb. *in Bullario*, *& in*

in decis. Apostol. verb. Capitul. Sede Vacante, videndus, & alibi in suis scriptis, in quibus sæpius reperit dicentes omnes Capitulum succedere regulariter Episcopo in his, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus expressis in iure.

9 Alios verò contra hoc dixisse, Capitulum scilicet Sede Vacante succedere in pertinentibus ad Episcopum, quoad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expressa, & non in aliis, inter quos Dominic. *in cap. Præsbyteri* 24. *dist.* & nonnullos adductos pro prima sententia, Lamber tin. scil. *de iure patr. 1. p. lib. 1. q. 2. art. 9. & p. 1. lib. 2. q. 2.* Azeued. *dicto consil. 11. n. 17.* Felin. *in d. c. cum olim, sub n. 1. & 7.* Abbas *in d. c. 2. ne Sede Vac.* & pro hac opinione refert Nicolaus Garcia *dict. p. 5. de benef. cap. 7. n. 3. decis.* Abulens. Paroch. 22. Iunij 1594. coram Blancheto, quam adduxit planè *cap. 5. n. 92.* omnino legendam, quatenus etiam loquitur in causa beneficiali.

10 Et probari videtur non tam ex regula, quam adducunt de natura edicti prohibitorij, quod explicat in hac materia Panuin. sub dicta *q. 1. n. 7.* reducendo illud pro sedanda sententia, quam ex eo nempe, quod quia mortuo, vel deficiente Episcopo, tota potestas resideat in summo Pontifice, & Capitulum Sede Vacante ab eo recipiat potestatem cum limitatione, vt videre est per casus infra referendos, in quibus nequit Capitulū exercere, vt inde intelligatur non nisi in iure expressis, posse iudicare, siue dispensare, si tamen necessitas id exposcat; ob quod potuit Isidorus Mosconius *de Maiest. milit. Eccles. lib. 1. p. 1. cap. 15. pag.* 294. dicere Capitulum Sede Vacante non succedere in iure voluntario, & si postea dicat, quod administrat duas species iurisd. ordinariæ scilicet, & voluntariæ, & quod dispensat in eisdem casibus, in quibus dispensat Episcopus de iure, vt referunt Garcia *vbi supra n. 4. in fine.* & alij.

11 Ex quibus si fas sit, dicere audeo cum distinctione quadam generali, esse intelligendam facultatem, quæ mortuo, vel translato Episcopo, transit ad Capitulum Sede Vac. quoad iurisdictionem exercendam, nempè, vt quia Capitulum Sede Vacante, succedit in iurisdictionem ordinariam, necessario exercendam iuxta primam sententiam; reuera possit de omnibus casibus iudicare, exceptis illis, qui expresse Capitulo prohibeantur, per iura, quæ ibi assignantur. In alijs autem, quæ sint voluntariæ, aut gratiosæ iurisdictionis, tantum in casibus in iure expressis, si necessitas non adest, vel in aliis non expressis in eo, quando necessitas sic exposcat, cum tunc necessitas faciat licere Capitulo in voluntariis, & gratiosis, quod alias de iure liberè Episcopus exercebat, vt colligitur ex multis casibus referendis, in quibus necessitate impellente, Capitulum dispensat, aliàs non item, ex Geminiano in *dicto cap. vnico, sub n. 4.* & Felino *in dicto cap. cum omnes*, quos refert Quaranta supra *sub dicto vers. tertio.*

Et secundum relatam distinctionem, 12 omnia quæ facessunt Doctoribus, difficultatem talem, vt oppugnent, facillimo negotio hanc materiam intelligi existimamus seriò consideratis inuolucris, quibus scribentes præpediuntur in assignanda cuiusque sententiæ vera ratione, quarum nulla plene, & plane satisfacit fundamentis oppositæ.

Pro qua distinctione iuuant sequentia, 13 quod & si Lambertinus pro prima scripserit *dicto lib. 1. de iure patronatus 2. q. princ. p. 1. lib. 1. art. 9. à n. 1. vsque ad 6.* plura cumulans iura *& à dict. n. 6.* referens pro contraria alia fortiora iura, conatus respondere vtrique in fauorem cuiusque post longam disputationem, quam ante illum facit idem Panuin. Concludit dicendum articulum huius generalissimæ quæstionis, esse nimium dubitabilem, & sic cogitandum super eum. † Secundo quia magis confidunt 14 Pontifices de Episcopis, quā de Capitulis, dum Sedes vacat Episcopalis, vt infra dicetur in corpore tractatus, ac patet ex delegationibus factis Episcopis, & non Capitulis circa plures casus; & vt in terminis de collatione beneficiorum, dixerunt Butrius *in cap. 2. ne sede vac. sub n. 7. vers. videri alia ratio*, Lotherius *de re benef. lib. 2. q. 2. n. 22.* Vbi quod lex tenacius conferuat Episcopo collationem beneficiorum, & non Capitulo; quia de Episcopo magis confidit in ipsa gratia exercenda, videndus etiam Diana, *sub dicta p. 8. tract. 4. ref....*

Licèt fateamur cum communi iurisdi- 15 ctionem, quam exercent Capitula Cathedralium, dum Sedes vacat Episcopalis, esse ordinariam, tamen cum limitatione aliquorum casuum, esse à Pontificibus concessam, nemo est, qui dubitet; cùm infra referantur plures Episcopis iure ordinario concessi, in quibus nequeunt disponere, vel sic de facili, & clarius patet: siquidem sunt multi alij casus, quos Pontifices delegant Episcopis, quos negant transire, ad facultatem Capitulorū Sede Vacante, de quibus sigillatim infra mentionem facimus,

cimus, & etiam in eo, quod competit de iure ordinario, probat Barbosa, *alleg.* 133. *n.* 13.

16 Tertio, quia etiam est sine dubio exactius iura Episcopalia iustitiæ tractari, Sede Episcoporum Plena, quam ea Vacante; imo & gratias maiori cum cognitione causæ expediri; est enim constans in illo interim, in quo Sedes vacat omnia tractari, quasi inter domesticos negotia, vti & ego testis in Sede Vacante Episcopi D. Ludouicij Garcia Rodriguez ab anno 1638. ad annum 1640. in quo venit ad hanc Almam, eius successor Episcopus D. Didacus Salzedo, Beancos, expertus fui, ac in alia Vallisoleti, vbi fui Canonicus Pœnitentiarius, & itidem Prouisor in Sede Vacante Episcopi D. fr. Gregorij Pedrosa, interim, quo venit successor illius D. fr. Ioannes Merinero ab anno 1645. ac de aliis Capitulis in Sede Vacante audiui semper, & audiunt omnes, qui dum Diœceses gubernant, ac tractant negotia, solent, quasi inter compatres, ea expedire, vt magis complaceant confratribus interlocutoribus, ne alias apud eos, & alios, quibus fauent in tam breui, interim, quo sedes Episcopalis solet carere nouo Episcopo, hodie habeantur, tam illi duo Vicarij generales, & visitatores, qui à Capitulis eliguntur, quam cæteri Ministri, & Officiales nominati, vt experientia magistra quotidie demonstrat & ad multa quæ ponderat Solorçano *de iure Indiarum lib.* 3. *c.* 3. *& in politica sub eodem capite*, cum leges, qui dicit notabilia ibi circa finem.

17 Quæ verificantur ex illo inquam Follerij in constitut. Regni, incipit *ad audientiam nostram n.* 75. quatenus scribens Salerni obseruatum esse, quod dum Capitulum, Sede Vacante ob mortem Cardinalis Seripandi, Archiepiscopi factum fuit, vt gubernaret Archidiaconus pro illo inquam interim octo dierum, quo Capitulum nominaret Vicarium, ea maxima ratione, quod experientia visum sit in principio Sedis Vacantis multos improbos, & audaciores fieri, & absque Dei timore, & iustitiæ confisi, quod non sit qui carceribus, & aliis legitimis prouisionibus, eorum audaciam coërceat, & refrænet, quæ & inquam ex proximè dictis, etiam toto tempore, quo vacat Sedes, facilius solent contingere, & post nominatos à Capitulo Vicarium, cæterosque Ministros propter faciliorem conuersationem quam tempore Sedis plenæ, in quo non sic de facili ad manus Episcopi, ac eorum Ministrorum iustitiæ valent trahi, quam cum Sedes vacat, cito eius iurisdictio peritura.

Propter quæ, & alia possemus affirmare 18
cum Doctoribus negantibus, Capitulum, non succedere in iurisdictione voluntaria, sed tantum in contentiosa, & necessaria; tum quia secundum plures, quos refero infra *sub qu.* 12. *vers. ad secundam, & vers. nec hunc*, Capitulũ in Sede Vacante, nequit deputare Visitatores; quia hoc exercitium non est præcisè necessarium, eo quod possit deferri vsque ad aduentum noui Episcopi; itaque, etsi pro regula affirmatiua, loquantur DD. vt sequimur Capitulum Sede Vacante exercere posse omnem potestatem, administrationem, & iurisdictionem Episcopalem ordinariam, tam in temporalibus, quam spiritualibus, exceptis casibus, qui vel in iure in contrarium exprimuntur, vel ex aliqua ratione concludente, pro expressis habentur, vt contra alios pro regula constituunt Rebuf. *in praxi benefic. p.* 1. *tit. de deuolut. n.* 58. Tuschus *conclus.* 56. *n.* 5. *litt. C.* Azeued. *ad curiam Pisanam. cap.* 8. *a n.* 10. Molina *de iust. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 11. *n.* 3. & alij ex relatis iuribus: tamen declarant glossa *in clem.* 1. *verbo capitulum* §. 1. *de haret.* Panormit. *in cap. is qua de maior. & obed.* Imola variè exemplificans *in cap.* 1. *sub n.* 15. *ne sede vac.* Panuin. *de capit. sede vac. p.* 1. *princip. q.* 7. *sub n.* 7. idem Rebuf. *supra n.* 86. Sarmiento *in selectis lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 3. Sygnorol. *consil.* 28. *vers. sed si Ecclesia*, Azeued. *dicto cap.* 8. *n.* 11 *&* 12. Tuschus *dicta conclus.* 56. *n.* 41. Barbosa *in pastorali* 3. *p. alleg.* 132. *n.* 21. *&* 22. *& alleg.* 133. *n.* 13. & alij, prædictam resolutionem sic amplam non procedere, nisi quatenus exercitium iurisdictionis Episcopalis ordinariæ, necessarium fuerit, ad vitandum Episcopatus præiudicium, & periculum, Episcopi defectu, seu absentia, alioquin imminente; cessante autem huiusmodi necessitate, non posse Capitulum vti prædicta iurisdictione, nec enim eam ius Canonicum illi indulsisse dicunt, vt esset administrator voluntarius, sed solummodo necessarius, qui tanquam talis sola necessaria ministraret; & sic idem Barbosa *d. allegat.* 133. *d. n.* 13. dicit *ex reg. iuris in l. nemo potest, & in cap. Dathertus.* 1. *q.* 7. quod licet Capitulum Sede Vacante succedat generaliter in spiritualibus, & temporalibus, & ad ea constituere valeat Generalem Visitatorem, sed non tamen proindè possit ei dare plenam omnino, & vndique liberam administrationem; nam cum hæc ita sumpta, nec ei competat Capitulo; imo causam, quantumvis generalem

talem habeat, nequeat exercere in multis, in quibus eadem limitatur, vt infra dicetur in pluribus aliis quæstionibus.

QVÆSTIO II.

An Capitulum Sede Vacante, non tantum succedat illico à morte Episcopi, seu in eius absentia oblonga, aut eo translato, aliisvè de causis in iurisdictione ordinaria siue voluntaria, modo posito in prima quæstione; sed etiam in cognoscendo de casibus Episcopis generaliter, aut specialiter delegatis? Et an si Episcopus absens in remotis, contingat, vt eius Vicarius Generalis moriatur, tunc subintret Capitulum in iurisdictione, veluti, si aut mortuus fuisset, vel translatus Episcopus? Et quid quando Episcopus residens in suo Episcopatu negligat negotia iustitiæ necessariæ aut volũtariæ, siue delegatæ tractare? Et quid si Episcopus, vt vacet à curis, transferat suum imperium in proprium suæ Ecclesiæ Cathedralis Capitulum?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum in Sede Vacante, succedit in his, quæ sunt gratia, non nisi in quantum sit à iure concessum.*

2 *Capitulum succedit à morte naturali Episcopi in iurisdictione Diœcesis.*

3 *Cardinales ante nouemdiale à morte Pontificis, non curant de nouo eligendo.*

4 *Capitulum illico à morte Episcopi queit se congregare ad eligendos Officiales pro administranda iustitia in Sede Vacante, solet tamen spectare post funus.*

5 *Cardinales à morte Papæ solent pro iustitia administranda illico curare de ministris illius.*

6 *Sedis Vac. iurisdictio intra illos octo dies Trid. est penes Capitulum donec nominetur Vicarius.*

7 *Absentia longa Episcopi æquiparatur morti, qua de causa, Capitulum subintrat in administratione iustitiæ,* & Vide n. 17. & 18.

8 *Capitulum intrat ad gubernandum, si Episcopus sit captus à paganis, non Archiepiscopus.* Vide sub n. 17. & 18.

9 *Delegata iurisdictio, quæ competat Capitulo Sede Vacante, morte, aut absentia Episcopi, dicitur,* n. 14.

10 *Dispensationes matrimoniales numquam ex stylo Curiæ Romanæ diriguntur Capitulo Vacante Sede, sed Episcopis vicinioribus.*

11 *Capitulum non succedit in his, quæ competunt Episcopo accidentaliter; id est ex delegatione, & si delegatio fiat à Canone contra Machadum.* n. 12. & 13.

13 *Capitulum non succedit in delegatione facta Episcopo, etiam si post præsentationem mandati, fuisset mortuus Episcopus.*

14 *Iurisdictio data Episcopo, delegata à iure, vt procedat, tanquam delegatus sedis Apostolicæ, differt à data à iure, seu Concilio in aliquibus casibus, quam alias non habebat. Et quæ transeat in Capitulum.* remissiuè n. 15. & 16.

16 *Episcopus nequit cognoscere de causa demandata suo Vicario, etiam si commissa sit Episcopo, dum tamen litteræ fuerint præsentatæ coram Vicario.*

17 *Capitulum succedit, quasi Sede Vacante, si Episcopo in remotis agente eius, quem reliquit Vicarius moriatur.*

18 *Mors ciuilis, quando comparatur naturali ad effectum, vt absente Episcopo, subintret Capitulum, non Archidiaconus, nec alius ex priuilegio.*

19 *Capitulum verius est iam in praxi, vt subintret ad gubernandum pro Episcopo translato à tempore, quo in Dataria admissus est ad aliam Ecclesiam, & constet testimonio authentico,* à n. 22. & *si hic aliud de iure videatur sub hoc* n. 19. Vide n. 26. & 27.

20 *Incompatibilitas secundi beneficij, vt vacet primum, non operatur, donec de secundo capta sit possessio.*

21 *Translatus Episcopus potest sine culpa amittere fructus vtriusque Episcopatus, sine iniuria ipsius,* vt num. 23. & 24.

22 *Translatus Episcopus desinit esse primæ Ecclesiæ Episcopus à tempore gratiæ secundæ, & si de secunda non adeptus sit possessionem.*

sessionem. Et quare hoc in Episcopatibus, non sic in beneficijs sub n.23.& 24.

23 *Glossa in cap.siquis translatus* 21.q.2.

24 *Matrimonium contrahitur in Episcopatibus.*

25 *Translatio de Episcopo, qua de causa fiat?*

26 *Episcopus translatus, etiam compulsus, statim, ac in Dataria admissus est, amittit ius ad primam Ecclesiam secundum aliquos, aliter vt* n.27.

27 *Episcopus nequit ad aliam Ecclesiam transferri, nisi interueniat eius consensus.*

28 *Episcopo negligente in administranda iustitia non ad Capitulum, sed ad Superiorem deuoluitur remedium, vt* num. 29. & 30.

30 *Cap.2. de concessione Prabenda.*

31 *Episcopus vt vacet à cura Episcopatus, nequit suum imperium transferre in Capitulum, vt gubernet, & quare* n.33.

32 *Imperatores queunt se subijcere alijs iudicibus.*

1 EX dictis *quæst.* 1. infertur ad dubia præsentis quæstionis; iam ergo visum est ibi qualiter Capitulum Sede Vacante queat exercere iurisdictionem propriæ Diœcesis necessariam seu voluntariam; nam & si iura absolutè dicant Capitulum Sede Vacante succedere in iurisdictione ordinaria Episcopi, nec distinguant inter iurisdictionem contentiosam, & voluntariam; & sic non esse distinguendum, vt autumarunt præter Panuinum, Rebuffum, Federic.de Sen. Suarez, Garciam, Sbrozium, Vgolinum, Molinam, Marcum Antonium Genuens. Guttierrez, & alios *in dicta q.*1. adductos, Riccius *in praxi fori Eccles. res.* 305. Nauarr. *cons.* 44. *de temporib. ordin. & cons.* 7. *de filijs præsbyter.* Sanchez *de matrim. lib.* 2.*disp.*40.*& lib.*8.*disp.*2.*n.* 10. alios referens: tamen quia plures ibi relati tantum succedere in contentiosa, id est necessaria iurisdictione scripserunt, vt *ibi à n.*3. retuli, dicentes non succedere in iurisdictione voluntaria, seu in his, quæ sunt gratæ, nisi in quantum reperiatur in iure concessum; ideo admissa est à nobis distinctio relata *à vers. ex quibus*, vt potè omnino prærequisita ad veram intelligentiam totius huius tractatus.

2 Itaque si dubitetur quando à morte Episcopi succedat Capitulum, respondetur id contingere à morte naturali, postquam verè à vita migrasse, intelligatur Episcopus, nam eo ipso, vt reperiatur vita functus, re vera eodem iure subintrat, siue subrogatur Capitulum in administratione Episcopatus & in iurisdictione. † Solum potest esse dubium; an sicut post mortem summi Pontificis, non illico, antequam funeralia nouendialia expleta sint, valeant Cardinales conuocari pro eligendo nouo summo Pontifice, vt dixi *sub tit. de elect.* † Et similiter ante funus Episcopi, & nouendiale nequeat Capitulum Canonicorum Congregari pro eligendis Officialibus, & Ministris in Sede Vacante gubernatoris, in quo dubio placet dicendum, ne cesset administratio iustitiæ ante funus Episcopi, posse Capitulum, & Decanum conuocari ad talem nominationem faciendam; sin autem totum ipsum Capitulum, posse vt iudicem regere à morte ipsius Episcopi, donec intra dies octo nominet Vicarium generalem, iuxta Concilij formam, de qua infra, quia sine mora, à morte Episcopi subintrat Capitulum in iurisdictione, vt sine controuersia agnoscitur per DD. *in tit. ne Sede Vac. & in cap.* 16. *Trid. sess.* 24. *de reformat. ac alibi.* 3 4

5 Nec obstare dictum de nouendiali præmittendo à Cardinalibus, antequam congregentur de nouo eligendo Pontifice; quia illa praxis non est contra hanc, quam Capitula Ecclesiarum Cathedralium illico exercent; imo eandem obseruant Eminentissimi Cardinales, quatenus spectat ad administrationem iustitiæ, vt docent DD. & sic videmus, quod & si iam hodie ex Trid. Capitulum Sede Vacante, teneatur eligere Vicarium idoneum, in quem transferat potestatem iurisdictionalem intra dictos octo dies; † Tamen in illis octo 6 diebus residere penes ipsum Capitulum administrationem iurisdictionalem, vt per Zerolam *in praxi Episcop. p.*1. *verbo Capitulum* §. 3 Quarantam *in summa Bullar. dicto verbo sede vac.* §.12. *quæro* 1. Riccium *in praxi rerum fori Eccles. post resolutionem* 505. *in notabili de materia Vicarij à Sede Vacante vers. primo*, Barbosam cum Ragucio, & Machado *de Canonicis cap.* 42. *n.*29. *& ante in pastorali p.*3. *alleg.*54. *n.* 163. ex Sacra Congreg. Concilij sub die 19. Septem. 1620. Vbi expresè: *Quod donec durant dies electionis, Vicarij iurisdictio est penes Capitulum; non autem penes primam Dignitatem.* Quare & si per dicta à nobis, *in rub. & tit. de Officio Archidiaconi*, potuerint Petr. Foller. *in comment. super constit. Regni*, quæ incipit: *peruenit n.*75. Marcellus Vulpeius *in praxi iud. fori Eccles. cap.*34. *n.* 19. Sbroc. *de officio Vicarij lib.*1. *q.*61. dicere, quod stante præfixione termini octo dierum per Concilium facta,

interim

interim Archidiaconus sustineat vices Vicarij, non obseruatur, vt videtur etiam amplecti Barbosa in pastorali infra referendus *alleg.132.sub n. 19.*

7 Vnde ad alium casum de absentia Episcopi dicendum est, quod cum longa absentia æquipararetur morti, vt docent Cardinalis *in clem. vnica. qu. 18. in fine de Officio Vicarij*, Bonifac. *in clem. vnica §.volumus, q. 5. de foro compet.* & ille dicatur esse in remotis cuius præsentia in breui haberi non potest, *cap. vnico §. fin.* Vbi Gemin. *ne sede vac. aliquid. innouet. lib. 6. glossa in cap. cum multis, verbo remotis* de temporibus ordinat, ideo Tiraquel. *de iure mariti glossa. 8. à n.13.* & DD. ordinarij, vbi Barbosa *n. 15.* colligunt *ex dicto §. fin. ne sede vac.* quod si ad aliquem spectet collatio beneficij cum consilio Episcopi, morte Episcopi, seu remota eius absentia interueniente, possit sine illius consensu fieri.

8 Indeque subsequitur, quod si Episcopus captus sit à paganis, vel schismaticis, vel ab hæreticis, tunc Capitulum subintrare ab exercendum loco illius, quousque captiuitas perseuerat, vt habetur *in cap. si Episcopus, lib. 6. de supplenda neglig. Prælator. & glossa ibi Paganus*, eo quod sic captus fingitur mortuus ciuiliter, vt tenet glossa *ibi, vers. nota primo:* nam in isto casu mors ciuilis æquiparatur naturali, vt docent in terminis Diana *p. 8. tract. 4. res. 4. vers. idem,* Moneta *de commut. vltimar. volunt. cap. 5. n. 429.* Barbosa *in dicto cap. si Episcopus n. 12. & 13.* cum multis, vbi cum Panuino *de potest. Capituli Sede Vac. q. 1. sub n. 4.* Paulo Layman. *in quæst. canonic. de Prælat. Ecclesi. elect. q. 104. litt. A,* docet quod Episcopo, à paganis, vel schismaticis capto, iurisdictio Episcopalis pertinet ad Capitulum, non vero ad Archiepiscopum, ac si Episcopalis Sedes per mortem vacaret, cum sic captus Episcopus fiat seruus capientium, vt notarunt per textum Franc. *n. 3.* Dominic. *sub n. 7.* Menoch. *n. 1.* Probus *ad eundem Iason in 6. ex ea.* 121. *§. insulam sub n. 3. ff. de verbor. oblig.* Panuin. *in prælud. 7. sup. n. 11.* Alciatus *in l. hostes n. 5. ff. de verb. significat.* Socin. *consil. 92. in princip.* Alex. *cons. 110. incipit adeo grauis à n 6. & 13. volum. 6.* sed an hoc practicetur, quando reliquit, aut habebat iam exercentem proprium Vicarium, infra dicimus *in vers. ad secundam.*

9 Ad primam igitur partem dubij, his præmissis & adductis, sub relata *quæst. 1.* an Capitulum Sede Vacante succedat in iurisdictione delegata per Pontificem Episcopo, siue ad vniuersitatem causarum, siue ad certam, seu certas tantum causas, & Augustinus Berous probare nitatur in Capitulum Sede Vacante transire quoque delegatam *in Cap. quoniam Abbas de Officio, & potest. iud. deleg. n. 21.* & sub quibusdam distinctionibus, Panuinus *supra q. 11. n. 4. & 15.* Machado *de perfecto confess. in summa tom. 2. lib. 4. p. 4. tract. 1. docum. 6. n. 4.* tamen verius videtur in iure non transire hanc iurisdictionem, cum reuera commissiones speciales potius decernantur, vel habito respectu ad personam, & si hæc moriatur expirent dictæ commissiones, cum tunc non Officium, sed persona sit contemplata, Petr. Barbosa *in l. quia talem n. 2. ff. soluto matrimonio*, & Augustin. *in dicto cap. quoniam Abbas n. 4.* quia ea, quæ dependent ex hominis intellectu, non transeunt in successorem, vt docuit. Tiraquel. *de iure primog. q. 88. n. fin.*

Et sic Doctor Sahagun *in dicto cap. quoniam Abbas in responso ad 3. argum.* dixit quod cum hæc materia ardua, & grauis sit, non est recedendum ab hac communi, vbi comprobat ex stylo curiæ Romanæ, qui perpetuo obseruatus fuit, dicendo dispensationes matrimoniales nunquam dirigi Capitulis Sede Vacante, & si id nominatim petatur, sed Episcopis vicinioribus, cum Episcopalem Dignitatem exigant; & per hoc licet regula generalis admittatur, nempè Capitulum Sede Vacante posse omnia facere, quæ sunt iurisdictionis, nisi expressè prohibita reperiantur, venit intelligenda in his, quæ competunt Episcopo iure proprio, non autem iure alieno, hoc est iurisdictione ordinaria, non autem delegata, iuxta ea, quæ per textum *in cap. pastoralis §. præterea.* de officio ordinarij resoluunt ibi Doctores, & Glossa *in clem. 1. de hæret. verbo Capituli*, Federic. de Sen. *cons. 30. volumine 1.* Quaranta *verbo Capit. Sede Vac. p. 1. quæst. 10.* Maranta *in pract. dict. 5. n. 66.* Panuin. *sup. q. 10.* Azeued. *ad curiam Pisan. lib. 1. cap. 8. n. 12. & cons. 11. n. 7.* Sbrozius *de Officio Vicarij lib. 1. q. 16. n. 1. & lib. 2. q. 135. n. 4.* Barbosa *in dicta l. qui talem. 1.* Barbosa cum Filiucio, Azorio, Tuscho, Molina, Riccio, Bruno, Grilenzin. Genuens. & aliis *de Canonicis cap. 42. sub n. 104.* cum 13. Doctoribus, Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dubio 1. n. 15.* Diana *dicta p. 8. tract. 4. res. 2.* cum aliis, Ciarlin. *controuers. forens. lib. 1. capit. 46. num. 15.*

Et sic benè agens Solorzan. *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 4.* in verbis sequent. hanc vt veriorem admittit sententiam ibi: [*Verior sententia, est in scholis, & iudicijs,* 11

iudicijs, receptior est, quod ea, qua non competunt Episcopo iure cōmuni, vel ex iurisdictione ordinaria, est in eorum Officio radicata, sed accidentaliter, vel ex speciali mandato, commissione, aut priuilegio Romani Pōtificis, non transeunt in Capitulum; quia quamuis succedat in iurisdictione, non tamen in dignitate Episcopali, cui delegatio facta esse videtur, maximè si in litteris adiectum fuerit, vt procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, vt in exemplo dicti Cap. quoniam Abbas, *& in visitatione Monasteriorum Monialium exemptorum, de qua* in Clem. 2. de statu Monachor. *& in alijs casibus similibus &c.*] de quibus infra loquimur.

12 Et quamuis Machado contrarium dicat, vbi supra ex alia communi, *dict. num.* 4. cuius verba refert Diana *ref.* 2. *dicto lib.* 8. *tract.* 4. quia quoties iurisdictio emanat ex aliquo Canone, aut Concilio iuxta plures casus, qui in Tridentinis continentur, quos per specialem commissionem signanter Episcopis, & non Capitulis, Pontifices delegarunt, habenda sit, vt ordinaria, & vt talis transeat in Capitulum Sede Vacante. Tamen Nicolaus Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 4. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *cap.* 10. *numero* 8. *vers. quarto fallit*, Riccius *in praxi aurea resol.* 118. *per totam*, Barbosa *in pastorali p.* 3. *alleg.* 92. *n.* 17. docent, vt Capitulum non succedat, etiamsi delegatio fiat à Canone.

13 Imo & corroborant idem Garcia *dicto cap.* 7. *numero* 43. etiam si post præsentationem mandati, fuisset mortuus Episcopus per illa, quæ scribit. *p.* 2. *de benefic. cap.* 2. *dubio* 4. *numero* 41. omnino legendus, & procedit, etiam si Episcopus apposuerit manus ante obitum, vt per *dict. cap. quoniam Abbas*, docet, Barbosa *de Canonicis capite* 42. *sub numero* 104. Marchesan. *de commission. super commissione appellationum extra Romanam Curiam p.* 1. *cap.* 6. *numero trigesimo secundo.*

14 Verum quia Panuin. *de Capitulo Sede Vacante q.* 7. *num.* 9. *& quæst.* 10. *num.* 4. *&* 5. Marc. Anton. Genuens. Cuchus *summa Bullary*, & Azor. quos refert idem Nicol. Garcia *dicto cap.* 7. *p.* 5. *de benefic. num.* 46. tenent Capitulum Sede Vacante, succedere in iurisdictione à iure Episcopo generaliter, authoritate Apostolica delegata, si necessarium, vel vtile sit id, de quo agitur, expediri per Capitulum, nec patiatur dilationem; potuit idem Garcia *sub numero* 48. 49. *&* 50. distinguere, vt tolleretur æquiuocationis occasio, nempè aliud esse dari à iure iurisdictionem delegatam Episcopo, ita vt procedat authoritate Apostolicæ, & tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, vt in casibus *dicta clem.* 2. *de statu Monachor. & cap. irrefragabili, paragrapho cæterum, de Officio ordinarij, cap. ad abolendam. de hæret. cap.* 1. *§. fin. de statu Regul. clem.* 1. *de supplenda neglig. Prælator. clem. quia contingit. de religios. domibus*, in quibus non succedit Capitulum Sede Vacante. Et aliud inquam fore, quando datur à iure, seu Concilio iurisdictio Episcopo in aliquibus casibus, quam alias non habebat prorogando, & extendendo eius potestatem, & iurisdictionem ordinariam; ita vt Episcopus iure proprio, & tanquam ordinarius procedat, & in hac rectè succedere Capitulum, scribens per dicta ab eo, *dicto numero* 40. *&* 41. eo quod talis concessio, dicitur facta iure ordinario: nam quemadmodum, quando solum tollitur, & remouetur obstaculum exemptionis, vt *in clem.* 1. *de testam. & in clem.* 1. *de sepulturis* tunc reducimur ad ius commune, vt scripsit Panuinus *dict. quæst.* 10. *n.* 4. & similiter in præsenti delegatione, ex quo possumus dicere, vt quemadmodum in casibus necessariis iurisdictio voluntaria transit, & similiter in hac delegata, si sit extensiua iurisdictionis ordinariæ.

Quæ distinctio, cum dependeat à casibus infra referendis sub aliis quæstionibus, dum agamus de illis, in quibus non transit iurisdictio in Capitulum Sede Vac. ideo nunc de hac dubij parte, amplius non agimus reseruando eius intellectum ad ibi dicta; & sic nota vlterius, procedendo oportet, vt ad reliquas quæstiunculas in summario positas procedamus, aduertendo vnum nempè, vt quemadmodum † (imò multo plus) nequit Episcopus cognoscere de causa demandata ipsius Vicario, tanquam Vicario, vt docent. Nauar. *cons.* 6. *de Officio, & potest. Iudic. deleg. num.* 1. *in nouis*, Sayrus *in floribus decis.* 7. *sub eo tit.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 92. *n.* 6. *vbi num.* 7. ampliat, etiam si causa commissa esset Episcopo, vel Vicario: nam cum litteræ fuerint præsentatæ, vni eorum, alter non possit se intromittere, vt tenet etiam Barbosa, *in dicto cap. quoniam Abbas num.* 7. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. capite* 69. *in fine*, & alij communiter, sic nec possit Capitulum Sede Vacante decernere super casibus Episcopo commissis, cum id fiat aliqua speciali ratione, maiori quidem, quam militat in denegata cognitione causæ Vicario Episcopi delegatæ, de qua Episcopus 15 16

non

non poteſt cognoſcere, eſto etiam, quod Vicarius faciat vnum Tribunal cum ſuo Epiſcopo,& vt inferior perſona,tota Vicarij iuriſdictio ſit Epiſcopi, à quo illam accepit, ex quo quanta cum aduertentia debeamus loqui in hoc caſu de delegata iuriſdictione,reſpectu Capituli Sede Vacante,adminiſtratoris repræſentatur ad oculos.

17 Ad ſecundam partem dubij, ſi Vicarius Epiſcopi moriatur, agens in remotis Epiſcopus ? ſuppoſitis, quæ dixi *in hac quæſtione verſ. vnde, & verſ.indeque*, dum dictum eſt ibi abſentiam longam æquiparari morti ex Cardinali, & Bonifacio ibi relatis; ideo ſi Vicarius, quem reliquit pro ſua Diœceſi Gubernatorem moriatur,tunc reuera,quaſi deſtitutam Paſtore,Diœceſim videri, ac quaſi viduam,& carentem viro conſiderari, & vt orphanam in pici, iuxta quæ communiter docent DD.de habito pro orphano, ille, qui, etſi parentes habeat, illos habet inutiles; & ſic in terminis potuerunt hanc ſententiam docere, Quaranta *in ſumma Bullary , verbo authoritas Archiepiſcopi. num.* 22. Cardinalis Zabarella *in dicta clem. vnica de Offic.Vicary ſub n.*17 etiam cum Vitali *in dicta clem.* 1. *§.volumus n.*17. *de Officio Vicarij*, Proſper de Auguſta, *bi verbo Capitulum nu* 12. *verſ. ducdecimo dubitatur in* 1. *dubit.* & cum illis Diana *dicta p.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 4. *verſ.ſed difficultas*, referentes in caſus contingentia ſeruatum fuiſſe Neapoli tempore, quo bonæ memoriæ Annibal de Capua, Archiepiſcopus Neapolitan. exiſtebat in Polonia, Legatus ſummi Pontificis, idem docuerunt Graffius *tom.*2. *conſ. tit. de elect. conſ.*1. *num.* 4. quatenus Capitulum abſente

18 Epiſcopo, poſſe eligere Vicarium. † Et legendus Barboſa *in paſtorali alleg.*132.18.19. & 20. qui optimè probat quod licet mors ciuilis non æquipararetur naturali, quoad iuris effectus *per l. ſed ſi mors.* 13. *ff. de donationib. inter, l.cum pater* 77. *§.hæreditatem.* 1. *ff delegat.*2. *& in l.Statius Florus* 40. *§.Cornel. felici ff.de iure fiſci*: tamen quando ex qualitate, & natura negotij, mors ciuilis fuerit eiuſdem effectus, cuius eſt mors naturalis, tunc æquiparari vtramque per textum *in l.actione §. publicatione , ff. pro ſocio in l.ſi necem, §.ſi deportatus ff. de bonis libertor. cap.* 1. *§.*1. *ne Sede Vac.lib.*6. exemplificans hoc vltimum in abſentia Epiſcopi à Paganis, apprehenſi, addens tunc taliter ad Capitulum pertinere iuriſdictionem,vt nullo modo pertineat ad Archidiaconum, nec ad alium de Capitulo virtute alicuius priuilegij, quia tale priuilegium ſolum verificatur in vacatione vera, non ficta, quæ tantum contingit per mortem; vel alio ſimili modo, iuxta quæ latè proſequitur Panuin. *de Capitulo Sede Vac. præludio* 6. *à n.*4. eum priuilegij natura ſic poſtulet, vt intelligatur lædendo minus ius commune per textum *in cap.fin.. de Officio Archid.cap.ſane, cap.porro de Priuilegijs.*

De alio dubio ſi tranſlatus ſit Epiſcopus 19
nemo cogitat, cum reuera iuxta quæ latè dixi *in Rub. de tranſlatione Epiſcopi a n.* 11. Epiſcopus tranſlatus, deſinat eſſe Epiſcopus illius Eccleſiæ, ſeu Diœceſis, à qua transfertur, & ſic hic iunctis quæ *ſub dicto tit.* ſcripſimus pro lata materia, ſolum dicemus, quando tantis dicatur, vt queat Capitulum Eccleſiæ antiquæ, a qua transfertur, publicare Sedem vacare;& ob id Officiales nouos pro Sede Vacante nominare; in quo caſu, & ſi poſſet dubium non leue inter DD. excitari, nempè quia Epiſcopus tranſlatus non eſt, cur mittat primam Eccleſiam,donec litteris expeditis pro ſecunda, & de ea capta poſſeſſione virtute illarum ex integro, primam amiſiſſe dicatur, alias enim contingeret neutrius Epiſcopum fore, tam in nomine, aut dignitate, quam in perceptione fructuum † ad ſimi- 20
litudinem habentis duo incompatibilia beneficia, quod primum non vacat; donec pacifice ſecundum poſſideat iuxta communem Doctorum *in cap. de multa de præbend. cap.cum te de ætate & qualit.ord.* Vbi nonnulla notaui; ob hancque cauſam de iure poſitam pro Beneficiatis, quæ pro Epiſcopo nimis condecorato, qui debet non exui ab authoritate primæ Eccleſiæ, ſiue adeptione poſſeſſionis ſecundæ, debet potius militare, nonulli ſcribentium dixerunt, quæ cũ Tonduto, & Lotherio adduxi *in d. Rub.* vbi *n.*13. quod in Gallia ſic practicatur, ſicut teſtatur Franc. Tondutus. *part.*2. *var. q.benef. c.*4. *§.*6. *à nu.* 13. *&* 16. quam iuuat gloſſa, *in c.ſi quis trãſlatus n.*21. *q.*2. quatenus probare videtur, quod quis nõ dicitur verè tranſlatus, niſi poſt adeptam poſſeſſionẽ ſecũdæ Eccleſiæ,& illud nempè, quod beneficia tranſlati non vacant, niſi poſt adeptã pacificã poſſeſſionẽ Eccleſiæ, ad quã transfertur, vt apud omnes inconfeſſo eſt. † Tum 21
quia ſi iſte caſus aliter practicaretur, ſæpius contingeret, vt Epiſcopus tranſlatus amittendo fructus primi ſui Epiſcopatus à die abſolutionis per Pontificem factæ, quod amitteret fructus, prouentus, & redditus, etiam ſecundæ Eccleſiæ, quos etſi ueretur à die, qua iam abſolutus à prima, iudicatur ſponſus ſecundæ. Tamen vt eos queat ſuos habere, eget adeptione Epiſcopatus ſecundi per poſſeſſionem, & ob id, ſi Bullæ ſecundi retardantur, vt millies accidit

propter accidentia tam longæui itineris, manet translatus orbatus fructibus,& prouentibus eodem tempore simul vtriusque Ecclesiæ,quod perquam cedit in detrimentum grauissimum ipsius translati,& in Episcopo D.fr.Nicolao de Madrid nostro antecessore cotigit, qui cum translatus esset de hac ad Oxomen.anno præterito 1660.nudatus ab hac Austuricensi, dum cogitabat de eundo ad accipiendam possessionem secundæ Oxomen. migrauit è vita,qua contingentia, amisit vtriusque Ecclesiæ fructus,redditus,& prouentus.

22 Verum quia hæc quæstio iam hodie apud nos Hispanos aliter se habet noua S. Congreg. Cardinal. declaratione 14. Decemb. 1624. ideo non quæsita iuridica ratione,nisi quam ponimus hic in responsione ad fundamenta primæ, iam oportet verba illius ad longum appingere,quæ non apposuimus sub *dicta Rub. de translatione ibi :* [Sacra Congreg. Illustriss. Cardinal. negotiis Episcoporum præposita S. D. N. approbante censuit Ecclesia, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in consistorio sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & postea quam huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit etiam ex testimonio, seu documẽto Secretarij Sacri Collegij,illico teneri eum abstinere ab exercitio ordinariæ iurisdictionis, eamque transire in Capitulum, tanquam Sede Vacante;& ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione vti, ac Vicarium iuxta Trident. Concil. præscriptum eligere, Sedemque Vacantem publicare.] Et ante hoc tempus censuerat Rota,*decis.*475.*apud Farin. p.*1. *recent.* per quam dict.Sacr.Congreg.Card.in verbis iam relatis,declarauit, approbante Pontifice,dum consulta in Capitulum potuerit deputare Vicarium in Ecclesia, à qua quis fuit translatus, si translatio fuit facta de ipsius translati consensu,etiam ante adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, vt refert Barbosa *in pastorali alleg.*119.*n.*7.*& in c.*1.*n.*5.*de translat.Episcopi*, idem*lib.*3.*votorum,voto* 123. Vbi Laconice sic docet*n.* 12.*&* 13.quatenus ex Masobrio in praxi habendi concursum, *requisito* 1.*dubio* 9. secundum Romanam impressionem recordatur de dicta declaratione fundata *in dicta decis. Rota*, quæ sic decidit ex doctrina Abbatis, *cons.* 101. *n.*3.*&* 4.*p.*2. & ex Ioanne Andrea *in cap.quod ob gratiam* *n.* 5. *de regul. iuris in* 6. referens quod si postulatio fiat à Capitulo de consensu transferendi, desinit esse Episcopus loci, à quo transfertur statim post ipsam translationem factam à summo Pontifice, non spectato aliter ipsius consensu,quia licet ignoret translationem,sciuit tamen postulationem, & submisit se voluntati Papali, & tenent postea idem Barbosa *de Canonic. Cap.* 42.*n.*3.*& de iure Eccles.p.*1. *q.*30. *eodem n.*1. Quaranta *de Cap. Sede Vacante , in vers.terminum.*Iulius Labor. *Variar. Lucubrat. tit.*4. *de elect. cap.* 25.*n.* 17. Machado *de perfecto confess.lib.*4.*p.*4.*tract.*1.*docum.*5.*n.*3.*&* 4.Solorz. *de iure Indiar. tom.*2.*lib.* 3.*cap.* 13.*ex n.* 40. & omnes *per dict. decis.* 475. iterum Barbosa *in pastorali, alleg.*54.*p.*3.*n.*163.repetit dictum *verb.decretum* ex Sacra Congregatione, legendus etiam Diana *part.* 8. *tract.*4.*resol.*33.cum Iulio Laborio,Francisco Merco, Alced. Panuino, Gregorio Lopez, Mandozio, Cæsar. Cssinel, Stephano Gratiano, Rebuffo, Oseda,Azor Palladorio,& aliis præter antiquos; item idem Solorzanus *in politica Indiana dicto lib.* 4. *cap.* 13. *d. Cap tulo Sede Vacante à vers.figuese acra otra q estion.* Vbi cum infinitis distinguit tres casus, qui reducuntur ad dictos duos.

Et sic iam est facilis responsio ad contrariæ sententiæ fundamenta ; siquidem Glossa *in dicto cap. si quis translatus* 21. *q.*2. tantum loquitur in translatione abusiua, non autem in vera. Prouisio enim Papæ habet vim, non solum electionis,sed etiam confirmationis; & sic cum sit Episcopus, qui transfertur, absolutus à vinculo primæ Ecclesiæ, & habeat ius acquisitum in secunda,dicitur proinde effectus sponsus secundæ Ecclesiæ; qua propter cessare debere ei omne ius,quod habebat in prima, ne videatur sponsus duarum Ecclesiarum, docent cum dicta *decis. Rota* 475. *n.*5. Masob.*dicto dubio* 9.*à n.*16. Barbosa, *dicta alleg.* 119.*n.*10. qui *n.*11. cum eadem Rota *n.*18. & Masobr. *dicto dubio* 9. *à n.* 20. vt respondeat ad aliud fundamentum,quod beneficia translati non vacant, nisi post adeptam possessionem pacificam Ecclesiæ, ad quam transfertur, dicit hoc prouenire ex eo,quia ista beneficia non vacant per absolutionem à vinculo , pro vt vacat primus Episcopatus , sed per adeptionem secundi beneficij. 23

Quare potest etiam de iure dici non obesse alia tradita pro prima sententia, quia præter quam quod respondetur ex proximè dictis,& ex eo, quod translatus submittendo se voluntati Papæ,ab ipsa absolutione 24

ne primæ Ecclesiæ, manet secundæ Episcopus, cumque in Episcopatibus contrahatur matrimonium spirituale, & Papa transferendo, absoluat à vinculo primæ Ecclesiæ, indè euenire differentiam translati de vno Episcopatu ad aliũ, ac de Beneficiato, siue Præbendato prouiso ad aliud beneficium, seu Canonicatum incompatibili, qui nonnisi per adeptionem pacificam secundi beneficij, perdit fructus primi. Nec fore reparandum illud adductum inconueniens, quod Episcopus translatus, si fortè non consequatur possessionem secundi Episcopatus, amittit fructus vtrorumque Episcopatuum; quia cum hoc ex natura eiusdem translationis contingat; item ex consensu translati, quid mirum, vt subijciens se legi translationis, nequeat de tali facto, nec iure sic iam decreto conqueri.

25 Vndè non leue dubium hîc sese offert, quid tamen, si talis Episcopus transferatur compulsus à Papa, aut si transferatur sine consensu illius; quamvis ob benemerita, aut vtilitatem Ecclesiæ, ad quam transfertur, iuxta illud relatum à Bellarmino, *lib. 3. cap. 5. §. rursus ad consultationem clem. 8. ibi*: [Deberet prouideri Ecclesiæ de bonis personis; non autem personæ de bonis Ecclesiæ; fateor tamen optimam illam esse prouisionem, cum vtrumque simul fieri potest, vt & personæ benè merenti, & Ecclesiæ Vacanti vtiliter prouideatur (cui respondit Pontifex) scimus, & hoc quantum in nobis est præ oculis, habemus prouidere Ecclesiis; non autem personis, nisi quando, & Ecclesiæ, & personæ æque nos prouidere putamus,] & iuxta quæ adduxi *in cap. licet fin. de translatione Episcopi*, dum egi de illa quæstione, [An Episcopus possit transferre Episcopum de vna Ecclesia ad aliam ob pinguiores fructus, & quæ sint translationis causæ.]

26 Et quamvis etiam in isto casu per absolutionem primæ Ecclesiæ factã, amittere ius translatum; quia vt dictum est in Episcopatibus contrahitur matrimonium spirituale, & Papa transferendo, absoluens à vinculo primæ Ecclesiæ, ea Ecclesia, manet libera; indéque facta absolutione à vinculo illo spiritualis matrimonij, quod de facili queit Pontifex dissoluere, cùm non sit reseruatum lege Diuina in sensu litterali ipsi Christo, vt carnale, est iuxta quæ dixi *in cap. quanto cap. inter corporalia de translatione Episcopi*, & adducit Barbosa, *dicta allegat. 119. n. 6.* ita vt ad primam Ecclesiam nullus detur regressus per Hostiensem *in summa de translatione Prælatorum n. 6. vers. sed si Episcopus quod verius puto*, Calderin. *cons. fin. circa principium, vers. sic pronunciatum*, Bellarminus *in c. siquis iam translatus, n. 2. col. 10. vers. ad cuius quæstionis declarationem, & coll. 11.* quibus innuere videtur dicta Rotæ decisio. 475. *n. 6.* vt refert Barbosa *dicta allegat. 119. n. 8.* quæ annuit in simplici translatione, etiam non facta pro vtilitate, aut necessitate Ecclesiæ, aut ob benemerita statim post translationem absque alio consensu præcedente, aut subsequente, translatum perdere ius in prima Ecclesia. † Tamen 27 idem Barbosa *n. 9.* & ego cum illo credo verius esse; vt talis translatus non desinat adhuc esse Episcopus primæ Ecclesiæ cum & translatio, & absolutio, etiam ob benemerita sine præuio consensu facta intelligatur, quatenus translato placuerit; est enim intentio Papæ complacere translato, vt ex dicta decisione Rotali obseruat Masobr. *dicto dubio 9. n. 14. & 15.* Tum quia hoc ipsum deprehenditur ex Sacræ Congregationis declaratione, vbi de consensu transferendi fit mentio, quasi innuens, aliter resoluendum esse, si nollens transferretur, vel translatio non fuisset facta de ipsius translati consensu, eo maximè, quia Episcopus non potest ad aliam Ecclesiam, etiam motu proprio transferri, nisi interueniat eius consensus, vt tenuit Rota in Cremonen. fructuum. 18. Maij 1610. coram D. Pirouano impressa per Farinac. *decis. 278. p. 2. recent. n. 7.* & quia in hoc casu manent sine præiudicio fundamenta primæ sententiæ, quæ irrui non debent, nisi ad hunc casum adderetur alia Sacræ Congregationis Cardinalium declaratio.

Ad tertiam quæstionis partem, quid 28 quando Episcopus residens in suo Episcopatu negligat negotia iustitiæ necessariæ, siue voluntariæ, ac delegatæ tractare, in quo dubio potest pro Capitulis tentari; quia si longa Episcopi absentia illi præstat, posse gubernare, & mortuo eius Vicario, alium, vt in Sede Vacante fit, nominare, sequitur, vt etiam in hoc casu transferatur, viuente Episcopo, iurisdictio ad Capitulum: argumento eorum, quæ scribunt *per textum in cap. 2. de concessione Præbendæ*, Vbi quod Episcopo negligente intra debitum tempus, conferre beneficia ad suam collationem separatim spectantia à Capitulo, tunc collatio deuoluitur ad ipsum Capitulum, Nicol. Garcia *de beneficijs, p. 10. cap. 3. n. 33.* cum multis Barbosa, cum aliis *in dicto cap. 2. & in pastorali. p. 3. allegat. 126. n. 75. & 76.* cum Azor. Gregorio Lopez, & aliis; sic vt hoc in casu fiat deuolutio de superiore

ad inferiorem,& ex aliis fundamentis,quæ possent cumulari.

29 Verius tamen est in puncto difficultatis; imò regulariter propter negligentiam Episcopi numquam succedere in illius iurisdictionem, cùm esset dari superioritatem in inferiore, quod numquam in iure admittitur per illa, quæ longè scripsi *in capite 12. de iudiciis 4.quæstione* 1. deindè quia vniuersaliter in his quæ spectant, ad iurisdictionem contentiosam, est semper verum spectare ad superiorem scilicet ad Archiepiscopum, iuxta glossam *in verbo culpis* de supplenda negligentia Prælatorum, *lib. 6. & in verbo exceptis in cap. pastoralis, de officio Ordinary, & verbo Capitulum in cap. irrefragabili eodem tit. & in sum. 9.q* 3. Hostiensis *in summa tit. de officio Ordinary, paragrapho quod pertinet,sub num. 7. col. 2. in med.o*,cui adhæret Anchar.*in dicto capite* 1. *sub numero* 1. Franc.*sub n.* 3. Dominic.*sub num.* 5. *col.* 3. *post princip.* & Monachus *sub num.*1.*&* 2.Azor.*institut.moral.p.2.lib.3.cap. 34.quæst.*10.*vers.quares*, Barbosa *in dicta allegatione* 126.*p.*3.*num.* 10. videndus *à num.* 6.& per totam illam allegationem,qui hoc illud admittit in casibus à iure expressis, non aliter, qui latè etiam agit *à num.*13. quando deuoluatur in his, quæ pertinent ad iurisdictionem voluntariam, & *à num.* 37. quando ob negligentiam Prælatorum Ecclesiasticorum,circa beneficiorum prouisionem; benè, & latè Quaranta *in summa Bullar. verbo Archiepiscopi authoritas à numero* 21.*per* 9.*quæst.* Vbi glossa *in summa, & per textum in cap. fin. verbo negligeres eadem quæstione, cap. sicut olim de accusat.* cum multis aliis omnino legendus, & eius Additionator cum Afflictis, & aliis,vbi plures casus recensentur, & per illa,quæ latè dixi *sub cap. qualiter,& quando* 17.*de iudiciis,q.*1. hic applicanda.

30 Nec obstat dictum *de cap. 2.de concessione Prabenda*, quia in illo tantum casu, reperitur expressum in iure, vt deuoluatur ad Capitulum prouisio beneficij ex negligentia Episcopi, & in aliis,de quibus *in cap.fin. vers.quod si* 65.*dist. & in cap.2.paragrapho si vero* 89. *dist. & in cap. cum simus* 9. *q.* 3.Panormitan.*in dicto cap.2.n.6.*Barbosa *in dicta allegatione* 126. *n.* 76. dum dicit oppositum non concludi præcisè ex rei natura, sed totum à priori, pendeat ex iuris dispositione, quæ congruentius ad superiorem de iure deuoluitur ex natura rei, *per textum in cap. 7. de appellat.* Vbi quod appellatio de inferiori gradatim fit ad superiorem; & enim id propter multa sic eueuit, præcipuè, nam si sic non incusaretur, & puniretur negligentia Episcopi,aliter Ecclesiæ, aut earum iura diu in suspensoessent Pastoribus, & Præfectis viduatæ, vel quia dum in expediendis Ecclesiasticis muneribus, se negligenter gerit, vt inutilis suo muneri, & officio haberetur, & ex aliis rationibus, quas respectu iurisdictionis voluntariæ cousiderauit idem Barbosa *dicta allegatione* 126.*sub n.*16. omnino etiam legendus *à n.* 3. vbi de negligentia formali, aut impropria.

Ad vltimam quæstionis partem quid si Episcopus, vt vacet à curis, transferat suum imperium in proprium suæ Ecclesiæ Cathedralis Capitulum; in quo dubio id videri denegatum in iure Episcopis; eo quod per imparem nequit imperium haberi; & quia non videtur, vt sit in Episcopi potestate cedere iurisdictionem qua potitur ipso iure sic imperante sine facultate Pontificia, quemadmodum nequit suum Episcopatum renunciare per illa, quæ latè dixi *sub Rub. & tit. de renunciat.* † Nec obstare dicendum est; quod Imperatores, & Principes supremi possint se obijcere aliis iudicibus interioribus, non obstante quod sint supremi, nec recognoscant superiorem per Doctores *in l. est receptum* 14.*ff. de iurisdictione omnium iudicum, & in l. illa à quo* 13. *paragrapho tempestiuum ff. ad Senat. Consult. Trebell.* vt dixi cum multis *in cap. significasti* 18. *de foro competenti quæst.* 1. *num.*8.& per alia plura,quæ dixi *in cap.cum venissent.*12.*de iudiciis qu.*8.Vbi quod Papa aliquando ab aliquo iudicari queit, cum hæc,& alia dependeant ab eadem suprema potestate,volente se in nonnullis subijcere iudicibus inferioribus, vt æqualitas inter supremos, inferiores, ac subditos obseruetur per rationem textus *in l. de quibus ff. de legibus, l. digna vox. cod. eodem*, & per illa, quæ dixi *in cap.* 1. *de probationibus,& alibi.* 31 32

† Quod nequit Episcopus facere quia & si illius potestas sit ordinaria, non tamen est suprema; dependet enim in multis à Papa,Ecclesiasticorum iudice supremo per illa,quæ latè adduxi *in cap. nouit. de iudiciis* 13. *quæst.* 4. 5. *&* 6. vbi de Imperatore, & Regibus. 33

QVÆST. III.

QVÆSTIO III.

Iuriſdictio contentioſa, aut voluntaria, quare ſic dicta, & in quo differant? Et an ſicut differunt in materia prorogationis de vno Iudice ad alium, ſic in modo ſuccedendi in vtraque Capitulum Sede Vacante? Et numquid idem valeat contingere reſpectu iuriſdictionis delegatæ, ſine vlla diſtinctione?

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio contentioſa ideo dicta, quia exercetur in inuitos, voluntaria in volentes tantum,* & n. 34. & à n. 8.

2. & 3 *Voluntaria iuriſdictio in cõſecratione, in ordinatione, benedictione, authoritate, ſiue decreti interpoſitione, abſolutione, beneficiorum prouiſione, diſpenſatione, & in his ſimilibus; item adoptione, emancipatione, & alijs, vt ſub* n. 9.

4 *Magiſtratus apud ſemetipſum queit omnia exercere ex iuriſdictione voluntaria, quæ ad eam pertinent.*

5 *Voluntaria valet exerceri extra territorium etiam citra voluntatem iudicis illius, non ſic contentioſa.*

6 *Iuriſdictio contentioſa, & voluntaria differunt in modo prorogandi de vno ad alium iudicem, hæc valet prorogari extra territorium, & cum differentia contentioſa, vt* n. 7.

8 *Capitulum Sede Vacante, difficulter exercet voluntariam iuriſdictionem extra territorium, non ſic Epiſcopus.*

9 *Voluntaria iuriſdictio quando & ſi ſit cum contentioſa, valeat extra territorium exerceri, quando tantum intra.*

10 *Prorogatio iuriſdictionis, etiam delegato, quando valeat contingere, & à* n. 11.

11 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, dicitur inſtar Ordinarij, vbi quomodo hoc intelligatur* n. 12.

12 *Prorogatio non admittitur in iuriſdictione vnius ſpeciei ad ſpeciem diuerſam.*

13 *Merum imperium nequit ad mixtum prorogari, aut ad iuriſdictionem ſimplicem, nec iuriſdictio criminalis ad ciuilem, nec in alijs breuiter.*

14 *Delegata iuriſdictio cur non exerceatur à Capitulo Sede Vacante, niſi data neceſſitate.*

AD primam quæſtionis partem, non 1
difficulter reſpondetur ex adductis,
quæſt. 1. & 2. Etenim non ſine fundamento
potuerunt Doctores ibi adducti pro ſen-
tentia quæ docet Capitulum Sede Vacan-
te; ideo ſuccedere tantum in iuriſdictione
contentioſa, quia eſt illa, quæ exercetur in
inuitos, & ſic neceſſitate adminiſtrandæ
iuſtitiæ, & non ſuceedere in his caſibus,
quæ ſpectant ad iuriſdictionem volunta-
riam, eum hæc tantùm exerceatur contra
volentes: De Prima exemplificant Docto-
res per materiam textus *in l.* 2. *ff. de Officio*
Proconſ. poſt Gloſſam ibi *in verbo contentio-*
ſam, Maranta *de ordine iudiciorum p.* 4. *diſt.*
18. De Secunda, per Doctores *in cap. decer-*
nimus de iuriſdict. Franc. *in cap. cum nullus,*
ſub num. 5. *de temporibus ordinat. lib.* 6. vbi
Ancharan. *ſub n.* 2. Dominus *ſub nu.* 3. *verſ.*
Religioſi, Couarruu. *lib.* 3. *Variarum. cap.* 20.
*à n.*6. Boër. *deciſ.* 30. Bart. *de nullitat. tit. de*
de defectu iuriſdict. n. 109. Henriquez *in ſum-*
ma iuncta litt. G, lib. 6. *cap.* 7. §. 1. omnino le-
gendi, quatenus hanc duplicem iuriſdi-
ctionis ſpeciem, & cuiuſlibet exempla no-
tant ad varios effectus, maximè ad intel-
lectum, & limitationem textus *in l. vltima.*
ff. de iuriſdictione omnium iudicum & in cap.
vltimo. §. *ſtatuto, de conſtit. lib.* 6. † Vbi latè 2
controuertit Ludouic. Gomez, *à num.* 57.
exemplificantes voluntariam in ordinatio-
ne, conſecratione, benedictione, authorita-
te, ſeu decreti interpoſitione, abſolutione,
beneficiorum prouiſione, diſpenſatione, &
in his ſimilibus.

Etenim colligitur ex his, quod iuriſdi- 3
ctio voluntaria, eſt ea, quæ inter volentes,
tantum exercetur contra poſita contentio-
ſæ, quæ redditur in inuitos iuxta textum
in l. inter ſtipulantem 83. §. 1. *ff. de verborum*
obligat. Gloſſa *in l. omnes ſchol.* 1 *ff. de Officio*
Proconſul. & in l. fin. ff. de iuriſdictione omnium
iudicum; & ſic conſtat has iuriſdictiones eſſe
diuerſas, cum in iuriſdictione contentioſa
nemo poſſit ſibi ius dicere, *l. vnica cod. ne*
quis in ſua cauſa, l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſ-
dictione omn. iudicum, niſi quando ſcilicet
Reges, & Principes ex voluntate abſoluta,
ius ſibi dicunt. † In voluntaria inquam ali- 4
ter, cum poſſit Magiſtratus apud ſemetip-
ſum expedire omnia, quæ ad talem iuriſ-
dictionem attinent, vbi benè docuerunt

Fulgo

Fulgosius, *in l. est receptum ff. de iurisdictione omnium iudicum* cum multis Carleual. *de iudicijs, p. 1. q. 8. à n. 1159.* per textum *in l. digna vox. Cod. de legibus, l. 1. ff. de constitut. Princip. & nu.* 1158. per textum *in l. emancipari* 36. Vbi glossa *fin. vol. 1. & 2. ff. de adopt. & in l. omnes 2. ff. de Officio Proconsul. leg. & in l. apud Proconsulem* 18. *ff. de manumiss. vindicta & in l. 1. ff. de emancipat. liber. ego in cap. significasti* 18. *de foro compet. q. 1. num.* 9. 10. 11. & 12.

5 Vbi † quod iurisdictio voluntaria valet exerceri extra territorium, etiam citra voluntatem iudicis eius territorij, non sic contentiosa; non enim voluntaria respicit certum genus subditorum, sicut contentiosa, cum illa valeat exerceri in omnes volentes ex Bartolo *in l. Modestinus* 23. *n.* 3. *ff. de donat.* Romano, Socino, & alijs, de quo optimè dixit Petr. Barbosa *sub l. 1. ff. de Iustic. art. 1. n.* 181. & 185. Couarruu. *lib. 3. Variar. cap. 20. n. 8.* & alij communiter, videbis quæ latius dixi *sub c. 14. de foro comp. q. 2. à n. 11. ad finem*, vbi bene de distinctione harum, & *infra vers. itaque*.

6 Ad secundum dubium, an sicut differunt in materia prorogationis de vno iudice ad alium, itidem in modo succedendi in vtraque Capitulum Sede Vacante; igitur quod differunt voluntaria, & contentiosa in modo prorogandi, patet; siquidem voluntaria prorogari valet extra territorium, quæ sic prorogata exerceri ibi queit, non impetrata licentia iudicis de territorio Præfecti, nec prorogatur in parem, vel minorem illo, qui prorogat, iuxta textum *in l. apud eum 14. in principio ff. de manumiss. & in l. apud filium famil. 18. §. 1. iuxta litteram Florent. ff.*

7 *de manumiss. vindicta* † At iurisdictio contentiosa prorogatur in parem: vel minorem, quam sit prorogans *per d. d. l. est receptum. 14. ff. de iurisdic. omnium iudicum*, vt contingit in Imperatore, & Rege, siue Principibus non recognoscentibus superiorem, per illa, quæ adduxi *quæstione præcedenti sub vers. ad vltimam.* Marian. Socinus *in d. cap. significasti. de foro competenti, n.* 14. Ego *n.* 6. 7. & 8. Gregor. Lopez *per textum ibi in l. 7. tit. 9. p. 1. glossa 9. & glossa 2. in principio, in l. 2. tit. 7. p. 3.* Anton. de Math. *de prorogat. iurisdict. n. 8. vers. Imperator.* Carleual. *de iudic. q. 8. sect. 3. n.* 1109.

8 Itaque & si Capitulum Sede Vacante succedat in vtraque iurisdictione contentiosa, & voluntaria iuxta dicta *supra sub quæst. 1. & 2.* Tamen cum ea scilicet differentia, quod voluntariam difficulter extra territorium exercet, sicut quotidie illam exercent Episcopi; nam cum supra dictum sit *q. 1. & 2.* Capitulum esse necessarium administratorem, non quidem voluntarium, quia de iure contentiosa, quam valet exercere inter contendentes, ideo dicta, quia actor contendit contra reum, & etiam dicta necessaria, quia reus in iudicio vocatus, tenetur sibi respondere, & voluntaria, quæ in solos subditos volentes exercetur, vt iam est dictum, & longius expendo *sub cap. postulasti 14. de foro competenti. ex n. 19.* & de hac dicant Doctores posse exerceri extra territorium, cum nullam causæ cognitionem, nec iudicem pro Tribunali sedentem petat, nec inde valeat conqueri iudex alieni territorij quod ibi exerceatur *ex l. 2. ff. de Officio Proconsulis cap. nouit. de Officio delegati*, vbi DD. & hæc competat potius Episcopis, quam Capitulis; inde erit vt nec dispensare, nec aggratiare, aut beneficia conferre extra territorium, valeat Capitulum in Sede Vacante, sicut valet quilibet Episcopus ex dicendis infra de casibus spectantibus tantum ad iurisdictionem contentiosam, vel ad voluntariam.

Vnum tamen notaui *in dicto cap. 14. de foro competenti, dicta quæst. 2.* postquam *à n. 1.* egi de illo dubio, an sententia iudicis vnius territorij, possit ab alio a iudice alterius territorij executioni mandari? Et *à n. 11.* quod iudices, in alieno territorio iurisdictione carent, vbi *ex n. 14.* in quibus limitetur, & perinde *ad n. 19.* limitari in voluntaria, quæ extra valet exerceri, in tantum dixi procedere *ibi n. 23.* quando iurisdictio voluntaria indiget aliqua contentiosa, tunc enim exercita contentiosa, possit voluntaria exerceri extra territorium adhuc, vt docuerunt Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 8. n. 6.* cum Baldo *in l. vnica in principio n. 11. vers. vltimo*, Lambertino *de iure patronat. lib. 2. p. 2. art. 6. n. 3. & ibi n. 24.* quod si voluntaria iurisdictio assumit naturam contentiosæ, tunc quidem ad contentiosam voluntariam reduci, quando scilicet nequit exerceri, non nisi causæ cognitione, vt in manumissione exercenda per minorem, in qua requiritur cognitio causæ, vt dixerunt Marian. Socin. *in cap. licet ratione n. 91. de foro comp.* Albericus *in l. 1. n. 7. ff. de Officio Proconf.* Sanchez *dicto lib. 3. disp. 19. n. 7. in fine*; alij enim actus, vt sunt adoptio, emancipatio, & alij similes, qui pertinent ad munificentiam illos exercentis, extra territorium posse exerceri, quia sunt merè iurisdictionis voluntariæ, cum non fiant inuitis subditis, sed solum volentibus, nec petant iudicem pro Tribunali sedentem, vt dixi *ibi num. 20 ex glossa in dicta l. 2. ff. de Officio Proconsul.* vt 9

optimè

optimè explicat Maranta *de ordine iudicior.* 4. *p.* 1. *an simplex, vel duplex. dist.* 18. *n.* 1. *&* 2. Sanchez *supra ex n.* 7.

10 Ad tertiam partem dubij, nunquid idem valeat contingere in iurisdictione delegata? & repetitis quæ dixi *sub dicta quæstione* 2. *in vers. ad primam*, an Capitulum Sede Vacante, succedat in iurisdictione delegata? Et quia de hoc puncto prorogationis, dixi cum distinctione *in dicto c. significasti.* 18. *de foro competenti sub dicta quæst.* 1. *à n.* 13. *vsque ad finem quæstionis*; & quod reuera admittatur prorogatio, quando delegatio fuit facta ad vniuersitatem causarum, † 11 eo quod delegatus ad vniuersitatem causarum, fit instar ordinarij, sic vt in omnibus exæquetur iudici ordinario, vt explicaui *ibi à nu.* 14. & latè dixerunt relati ò Carleual. *de iudicijs disp.* 4. *p.* 1. *n.* 32. qui *dicta quæst.* 8. *n.* 1165. hoc intellexit, quando delegatio fit ad vniuersitatem causarum, vel ad vniuersitatem personarum, etiam si sit limitata ad vnum genus causarum iuxta distinctionem, quam *in dicta quæst.* 1. posui *à nu.* 16. limitando cum Feliciano de Vega *in dicto cap.* 18. *à n.* 17. † Quatenus regulam non 12 admittit negando prorogationem admitti in iurisdictione vnius speciei ad speciem 13 diuersam. † Non enim merum imperium, queit prorogari ad mixtum, aut ad iurisdictionem simplicem, nec iurisdictio criminalis ad ciuiles causas, vel è contra *per l. solemnus* 61. *§. Latrunculator ff. de iudicijs*, nec prorogari de causis mercaturæ, nec de causis pro defunctis ad alias diuersas, si delegatio fuit tantum pro illis facta vt cum multis expendi *in dicta quæst.* 1. *n.* 18. 19. *&* 20. vbi *à n.* 21. quid si delegata iurisdictio fuerit, non quoad causas, sed quoad personas.

14 Vnde, quamuis Marianus Socinus *in dicto cap.* 18. *de foro comp. n.* 25. Panormitanus *in dicto cap. P, & G, n* 5 *de Officio iudicis delegati*, Paulus *in l.* 1. *Cod. de iurisdictione, omnium iudicum*, & alij negarint, delegatam iurisdictionem etiam ad vniuersitatem causarum, vtcumque posse prorogari; & ob id melius dici, nec in Capitulum Sede Vacante transire illam iurisdictionem. Tamen quia de hac quoad causas speciales dicimus non prorogari, sic nec in Capitulum transire fortius dicendum esse arbitramur, nisi aliquoties, data necessitate subueniendi sub dictos Episcopatus, quibus in ea egestate constitutis, æquum est, vt quantum fieri possit succurratur, propter grauamen, seu nocumentum, quod patiuntur ex litibus, iuxta id, quod notatur *in cap. fi-*

nem litibus de dolo, & contumacia, cap. vt debitus honor. de appell. l. properandum Cod. de iudic. Ego *sub dicta quæst.* 1. *n.* 25. 26. *& fin. dict. cap.* 18. *de foro compet.* quibus patet iuxta iam dicta in nostro tractatu *dicta quæst.* 1. *& quæst.* 2. quod licet iurisdictio contentiosa transeat in Capitulum Sede Vacante, & iurisdictio voluntaria, siue delegata, nonnisi iuxta distinctiones ibi positas, & quando necessitas vrgeat magna administrando subditis expeditionem suarum petitionum iuxta dicta *infra à qu.* 14. vbi de multis exemplificatur casibus.

QVÆSTIO IV.

An Capitulum, Sede Vacante eo ipso, quod moritur, aut transfertur Episcopus, seu abest modo dicto sub quæst. 2. succedat in his, quæ sunt de emolumentis, aut honorarijs Dignitatis Episcopalis? 2. Et an quemadmodum valet nominare Vicarium Generalem, visitatores, aliosvè ministros pro administranda iustitia Episcopatus, sic & Officia aliquorum Officialium, qui fuerint de alternoćturno inter Episcopum, & Capitulum, seu ab antiquo pertinuerint nominationes eorum ad solam Dignitatem Episcopalē? 3. Et hac occasione, an nostrum amantissimum Capitulum in Sede Vacante ante nostrum aduentum, & adeptam possessionem, legitimè, & de iure potuisset, (vt fecit,) attitulare, ad vitam tres Receptores, & binos Procuratores, vel debuerit illos reseruare mihi aduenićti? 4. Vbi referēdo quid pro pace tentauimus nihil proficiendo, qualiter pro Digni-

te Episcopali defensio contigit, etiam in Regali Vallisoletana Cancellaria 13. Iulij 1663. ad quam pro parte nominatorum à Capitulo, fuit declaratum, nos violentiam nullam fecisse, spoliando, & amouendo nominatos, & attitulatos à Capitulo Sede Vacante, alios diuersos attitulando, qui nunc possident? & quid coram Domino Nuncio Papæ Legato vsque ad hoc tempus acciderit instante Capitulo?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ si necessitas vrget. Et qualiter in delegata.* n. 2.

3 *Capitulum non succedit in emolumentis, aut honorarijs Dignitatis Episcopalis, reiecta omni consuetudine.* num. 4. 5. & n. 10.

4 Cap. quia sæpè de elect. lib. 6. & à nu. 7. & 10.

5 Clement. statutum de elect. & à n. 7. & 19.

6 *Declaratio Cardinalium.*

7 *Capitulum cum qua differentia, exercet in iurisdictione contentiosa, & voluntaria; item, & delegata, & in gratiosis.* à n. 9. & n. 15.

8 *Capitulum succedit in iurisdictione quasi quodam iure accrescendi.*

11 *Capitulum Sede Vacante, succedit in iurisdictione eorum casuum in quibus per stylum, constitutionem synodalem, aut consuetudinem eam acquirunt Episcopi, & in nominatione ministrorum* n. 12.

12 *Potestas nominandi Ministros, & Officiales Audientiæ est ramus iurisdictionis, & quare?* n. 13. *limitatur.* n. 15. 16. & 17.

14 *Capitulum non succedit in iurisdictione, quæ iure accidentali competit Episcopo, aut speciali iure.*

16 *Capitulum non succedit in prouisionibus, aut nominationibus, quæ consuetudine, aut iure speciali spectant ad prouisionem Episcopi.*

18 *Capitulum potest consuetudine acquirere Episcopo reseruata, nisi aliàs consuetudo improbetur.* & n. 19.

20 *Austuricense Capitulum cum me Episcopo certatur super prouisione Receptorum, & Procuratorum, quorum vacatura contigerit in Sede Vacante. Et refertur quædam breuissima relatio de compromisso intentato, à quo iam inito recessit Capitulum.*

21 *Ministri Austuricensis Audientiæ Episcopalis, sunt in triplici differentia, Notariorum maiorum alternatiua inter Episcopos, & Capitulum: Procuratorum, & Receptorum ad vitam, quæ soli Episcopi legitimè prouiderunt, vt* à n. 23. *& aliorum Officiorum temporalium ad vitam Episcopi, durante Sede Vacante.* num. seq.

23 *Procuratorum nominatio Audientiæ Austuricens. semper fuit Episcoporum, vt recognouit Capitulum.*

24 *Receptorem quendam attitulauit Capitulum Sede Vacante anno* 1615. *qui iam ab Episcopo de Caceres attitulatus fuerat, & sic dolosè, vt fecit Capitulum in alijs nominationibus.* n. 25. & 26.

26 *Spolium factum ab Episcopo Austuricensi de Receptoribus, & Procuratoribus à Capitulo in Sede Vacante ad vitam attitulatis, legitimatur de iure, vt* à nu. 112. & 115.

27 *Capitulum Austuricens. Ecclesiæ quibus potioribus fundamentis intendat ad se pertinere, vt faciat nominationẽ omnium ministrorum huius Audientiæ, &* à n. 28. *respondendo dictis cap. quia sæpè, & clem. statutum.* à n. 31.

31 *Emolumenta, & fructus, quæ proueniunt ex sigillo, aut ex iurisdictione vndequaque Capitulum Sede Vacante, debet futuro Episcopo reseruare.*

32 *Vendere, & arrendare nequeunt Prælati Ecclesiastici Officia Officialium suæ curiæ; eo quod gratis debent dare etiam in locis, vbi habent, temporalem iurisdictionem, & quare?* n. 33. *sed contra fecit Capitulum nostrum elargitionem pro virginibus respuendo, vt* n. 66. *Vide* n. 99. & 100. 101. & 102.

33 *Capitulum Austuricens. intendit succedere in omni emolumento proueniente ex omni actu iurisdictionis; & sic in nominando Officiales suæ Audientiæ, vt facit Episcopus.* n. 34 35. 36. 37. *& nominare Receptores, super quibus est lis.* n. 38. 39. 40. *& quia ab anno* 1615. *erant in possessione nominandi Receptores, vt* à n. 41.

39 *Commissary Capituli destiterunt à compromisso iam ad scripturam publicam redacto ex mandato eiusdem Capituli.*

40 Capitu

40 *Capitulum Austuricens. ex duabus regulis intendit probare Procuratores, & Receptores esse nominatos contra spoliationem à nobis factã, debuisse manu teneri in sua possessione,*n.41.42.43.44.45.& à n.111.

41 *Manutentio prius intentanda, quã vt trãsitus fiat ad iudiciũ plenarium, &* n.45.

42 *Officia ad tempus data, etiam sine causa à Principe non auferuntur.*

43 *Possessio etiam per vnum actum, videtur stabilis.*

44 *Iudicia numquam à Spolio incipienda.*

45 *Manu teneri solet possidens in eo interim, quo agitur de iudicio plenario, & Capitulũ videtur sic manu teneri vt* à n.108.

46 *Receptores, & Procuratores, quos nominauit Capitulum Sede Vacante suadetur non potuisse remoueri per nos sine causæ cognitione, &* n.47.

47 *Cap.cum Ecclesia Sutrina, de causa, possess. & propriet.quî intelligitur,* à n. 109.

48 *Capitulum Austuricens. allegat esse in possessione immemoriali nominandi Receptores, & Procuratores, &* n.74. *nostra Audientia, quod non est vt infrà,* à n.50. & n.106.

49 *Citatio est necessarissima ad incipiendum omne iudicium: applica dicta sub* n. 118. *fallit quando citandus compares.*

50 *Episcopi Austuricens. fundant latè legitimam facultatem nominandi Procuratores, & Receptores ad vitam nominatorum, & respondent fundamentis supra in contrariũ, adductis* n.55.& seq.*sed cõtra quod ad Episcopos tantum pertineat probatur* n.seq.*& constat ex processu,* n.82.

51 *Episcopi Austuricens. sunt in possessione immemoriali legitimè probata scientia, & patientia Capituli nominandi ad vitam Procuratores, & Receptores sua Audiẽtia probata ex ventre processus, quem pro se Decanus, & Capitulum coram me Episcopo diù ventitarunt.*

52 *Regula generales, quæ assistunt Capitulic Sede Vacante succedendi in iurisdictione Episcopali, non negantur, intelliguntur tamen, vt* à n.53.

53 *Capitulum Sede Vacante succedit in iurisdictione contentiosa, quia exercetur in inuitos; non sic procedit in voluntaria, quæ tantum exercetur inter volentes, vt* n.54.& 55.*& differentia ratio* à n.56.

55 *Capitulum Sede Vacante non exerceat iurisdictionem voluntariam, nisi in casibus præcisè necessariis vbi quid de Cardinalibus remissiuè.*

56 *Iuxta, quibus intendit Capitulũ Austuricens. probare æque succedere, tam in iurisdictione contentiosa, quã voluntaria, loquuntur tantum de contentiosa; & de voluntaria si necessitas vrgeat, vt illa exerceatur,* n.65.

57 Cap.2. ne Sede Vac.*intelligitur melius* à n.58.

58 Cap.2.de concess.Præb.

59 *Collatio beneficiorũ pertinet ad donationẽ, nisi in collatione necessariò facienda.*

60 *Capitulũ Austuric.solũ poterat pro interim Sede Vac. nominare Recept. & Procurat. in casu, quo nõ superessent alij de numero, qui sufficerent pro pleno exercitio, quod in casu litis est cõtra, vt infra* nu.69. & 70.

61 *Iurisdictio Capituli Sede Vac. est substitutiua Pontificis pro sola Sede Vac. vsque ad aduentum noui Prælati.*

62 *Capitula Sede Vac. nequeunt reuocare Officiales ab Episcopis nominatos, nisi quos viuente Episcopo, possint deputare.*

63 *Declarationes Cardinalium quam authoritatem habent?*

64 *Capitulum Austuricens. prætendit posse nominare ad vitam Officiales, quorum vacatura accendit tempore Sede vacante quemadmodum Episcopus illos ad vitam nominat, &* n.65.*vbi de ratione.*

65 *Officialium creatio est necessaria, vbi tales sunt de numero.*

66 *Capitulum Austuricens. vendidit Officia Procuratorum, & Receptorum, & si publicè decertant talia, & alia Officia non posse vendi, contra doctrinam ab ipso relatam.*n.32.*& contra factam elargitionem Autoris pro maritandis virginibus. Vide* n.99.& 100.

67 *Voluntaria iurisdictio taxatiuè transfertur in Capitulum Sede Vacante.*

68 *Capitulum Sede Vacante, est tantum administrator necessarius, non voluntarius.*

69 *Ministrorum decuria, nominatio liberalitatis & voluntatis est, non necessitatis, vt* n.70.*Vide* n.60.

71 *Nominationes facta ab Episcopo cum consensu Capituli Officialium sunt perpetua.*

72 *Notarij quatuor maiores Audientia Episcopalis Austuricens. sunt ad vitam alternatiuè inter Episcopum, & Capitulum.*

73 *Constitutio Synodalis* 2.cap.26 & n.122.

74 *Capitulum Austuricens. vt fundet immemorialem refert ab anno* 1615.*nominationes Receptorum esse factas, quæ eliditur, vt à* n.75.

75 *Receptorum nominationes factæ à Capitulo, nulliter factæ fuerunt & à* nu.76.77. 78.79.92.& 98.

76 *Receptores de numero, in tãtum ad vitã cuiusq; eorũ nominantur, vt licet vice versa Capitulum, & alia Episcopus spoliarent illos volẽtes reducere ad nutũ amouibiles; tamen*

tamen Regia Cancellaria illos restitui mandauit, vt restituti fuerunt, & n. 80. & 81. & 92. *vbi refertur ad id concordia.*

78 *Consensus noster, vt pro tempore, quo duraret terminus compromissi exercerent Receptores, & Procuratores à Capitulo nominati nobis obesse nequit.*

79 *Procuratorum Officia numquam per Sedem Vac. inueniuntur legitimè prouisa & refertur actus, quo declarauit Capitulum reseruandam fuisse Episcopo venturo nominationem Vacaturæ per mortem Francisci de Medina Procuratoris anno* 1639. *& sic probatum est in processu, &* n. 91.

81 *Capitulum nequit fundare immemorialem; imo nec possessionem iuridicè temporalem.*

83 *Capitula Ecclesiarum Sed. Vac. nihil nouare possunt, etiam si allegetur consuetudo in contrarium,* n. 84. 85. 86. & 87.

84 *Præscriptio Sede Vac. nec inchoari, nec finiri potest.*

85 *Nominationes Officialium Sede Vacante, factæ sunt clandestinæ; & sic nulla.*

86 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & nullius momenti.*

87 *Officialium nominationes, vt præiudicent, debent fieri cum scientia, & patientia eorum, ad quos aliàs spectant.*

88 *Episcopi successores non præiudicantur, ex patientia antecessorum.*

89 *Maioratus successor non præiudicatur, præscriptione alterius.*

90 *Ministrorum nostræ Audièntiæ intitulatio Capitulo in Sede Vacante ante nostrū aduentum nullo modo nobis officit, &* n. 91.

93 *Receptorum nominatio, quia Notariorum est fidem facientium, solum ad Episcopos pertinet de iure.*

94 *Ministrorum intitulatio legitimè requirit causam possessionis, cum iure proprietatis, & quare* n. 95.

96 *Notarius à Capitulo tantum creari poterit, quando adest necessitas administrandæ iustitiæ, & pro tempore tantum Sedis Vacantis, & hoc vt faciat solam fidem, quam Secretarius Capituli, aut Tabelliones oppidorum.* n. 97.

98 *Capitulum nostrum Austuricens. numquam potuit de iure se intromittere in nominatione Receptorum, & Procuratorum, super quibus est lis, etiam si hæc Officia non annumerarentur inter fructus & emolumenta Episcopatus nostri, & sub* n. 101. in fine 102.

99 *Officia Procuratorum, & Receptorum Episcopo nominanda, reseruanda sunt à Capitulo Sede Vacante, quia sunt fructus, & emolumenta Episcopatus inclusa in dicto cap. quia sæpè, & dict. clem. statutum de elect. nec vendenda, & si aliter practicatum sit.* n. 100.

101 *Capitulum Austuricens. litigauit contra D. Episcopum Caceres eo quod Receptorum Officia voluisset facere ad nutum, vt sic venderet, quem condemnaruat in Vallisoletana Cancellaria.*

102 *Emolumenta, & fructus Episcopo futuro reseruanda, ex dicto cap. quia sæpè de elect. & dict. clement. statutum eodem, non solum consistit in pecunia, sed ea, quod sit honorificum.*

103 *Collatio beneficiorum est eorum fructus, & emolumentum; & sic non mirum, si etiam nominatio Officialiū Curiæ, vt sub* n. 105.

104 *Emolumentorum appellatione qualibet commoditas venit.*

105 *Emolumenta, & fructus ad pœnas cameræ, etiam extenduntur, & ad prouisiones, & nominationes Officialium.*

106 *Consuetudo vlla potens est ad auferenda Episcopo successori per Capitulum Sede Vacante emolumenta.*

107 *Capitulum nostrum Austuricens. victum tam in Cancellaria, nunc anxie quaritat in proprio Archiuio, & Notariorum altus nominationes antiquiores, sed num cum dolo præsumantur offendi post ultas Capituli curas, & anxietates, facilis est intellectus.*

108 *Processus originalis petitus à Capitulo ad curiam Illustrissimi Nuntij, vt mitituri transcribi mandatum est à nobis, vt si fortè originali, depereat, sicut decantatur, remaneant veritatis vestigia fideliu.*

109 *Capitulum alijs fundamentis potuit contra nos Episcopum persuadere, quibus respondetur, à* num. seq.

111 Cap. licet Episcopus de Præbend. lib. 6. & n. 112. & 113.

112 *Collationis beneficiorum actus de iure potest pertinere ad inferiores Episcopis.*

113 *Spoliati restitutio denegatur, si pugnet contra eum Notorius defectus, aut ius, &* num. sequentib.

114 *Regula, spoliatus ante omnia, est restituendus: fallit, vt* num. sequentib.

115 Cap. ad decimas de restit. spoliat. lib. 6.

116 *Spolij restitutio denegatur, si adsit peccati fomentum.*

117 *Dominus quando potest possessionem vindicare authoritate propria, & à* n. 120.

118 *Capitulum Austuricens. allegans in Cancellaria fundamenta, vt vis contra nos spoliantes declaretur, consequi non voluit, vt* num. sequentib.

119 *Auditores Regis veritatem videntes compertam pro Episcopo Austuricens. ex eisdē actis*

*actis processus,pronunciarunt nostrum Vicarium vim non fecisse spoliando Ministros nominatos à Capitulo.*num. seq.

120 *Iudex ex Officio potest legitimum ius habentem defendere contra quemlibet inquietantem,vt* n. 121.

121 *Grauari timens pro alieno debito, potest implorare officium iudicis.*

122 *Synodales constitutiones habent vim legis in Episcopatu Austuricen. Vide* n. 73. *ex approbatione, & consensu nostri Decani, & Capituli.*

123 *Austur. Cancellariæ positus* n. 124. *iuste prouisus ex ante dictis suadetur.*

125 *Documenta quæ de nouo Capitulum præsentat compulsata ex libris actuum Capitularium quibus per altas nominationes Receptorum & Procuratorum, volunt, corroborare ius quod prætendunt explanantur, & concluditur non Officere Episcopo Austuricens.*num.seqq.ad 145.

146 *Sententia nunciaturæ auditogus,quæ processus ad nos fuit remissus.*

147 *Bulla Clem. anni 1598. in fauorem Capitulorum explanatur.*

1 IN hac quæstione cumulata præstiterunt nobis occasionem scribendi præsentem tractatum, de potestate scilicet Capituli Sede Vacante. Non inquam negamus Capitulum posse exercere illa, quæ sunt iu-
2 risdictionis voluntariæ, si necessitas vrget vitandi aliquod damnum, seu imminens periculum; licet alij DD. docuerint nullo modo in hanc iurisdictionis partem succe-
3 dere iuxta proposita *supra q.* 1. *&* 2. † Sicut nec negamus succedere in iurisdictione delegata ad vniuersitatem causarum,quod alij non admiserunt iuxta dicta *hic q.* 3. *prae-
4 ced.*† Et quod in emolumentis,aut honorariis dignitatis Episcopalis Capitulum,mortuo Episcopo, non succedat; quantumvis aliqua consuetudine, priuilegio, aut vsu nitatur.† Probant expressa iura *in c. quia sæpè de elect. lib.* 6. in verbis sequentib. [quia sæpè contingit quod Cathedralibus Regularibus, ac Collegiatis Ecclesiis Vacantibus, Capitula, Conuentus, Collegia,& singulares earundem personę,bona à Prælatis ipsarum dimissa vel Vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum expendi,vel futuris deberent successoribus reseruari, occupant inter se (dicunt) subripiunt, dilapidant, dissipant, & consumunt in earum graue dispendium,& iacturam.Nos ipsarum ausus reprimere,ac ipsarum indemnitatibus præcauere volentes decernimus, vt ij,qui præmissa de cætero præsumpserint, eo ipso sint, & tamdiu maneant ab Officio, & beneficio quibuscumque suspensi, donec planè restituerint quidquid de bonis perceperint, supradictis,non obstantibus quibuscumque priuilegiis, vel consuetudinibus, constitutionibus,vel statutis,iuramento, confirmatione sedis Apostolicæ,aut alia quacumque firmitate vallatis; quæ omnia, quæ ad hoc authoritate Apostolica reuocamus, cassamus, & irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmitatis.

Et per verba *clem. statutum de elect.* ibi: 5
[Statutum super bonis à Prelatis Cathedralium Regularium, & Collegiatarum Ecclesiarum,dimissis,aut obuentionibus tempore Vacationis earum futuris successoribus fideliter reseruandis, editum locum declaramus habere in omni emolumento, quod prouenit ex iurisdictione & sigillo Curiæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis,aut alias vndecumque, quoad Prælatos, Ecclesiis non vacantibus, pertineret, consuetudine qualibet non obstante; ista tamen,quod in istis, & similibus rationabiles deducantur expensæ.] † Iuxta quam Clement. prolata 6
sunt verba à Congregatione Cardinal. in Argentina. die 5. Aprilis de anno 1627. vt referunt Aldanus *in compendio Canonicarum resol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 18. Barbosa *in collect. Concil. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 11. *n.* 9. in illis inquam verbis: [Emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis prouenientia ea iurisdictione, & sigillo, aut alias vndequaque, nec ad Vicarium, nec ad Capitulum spectant, sed debent futuro successori reseruari, si ad Episcopum, Ecclesia non Vacante,peruenissent.]

Ex quibus verbis, præter illa,quæ ordi- 7
narij cumulant DD. adducti à Barbosa *in dicto cap. quia sæpè, & in dict. Clem. statutum,* constituitur, quod licet Capitulum Sede Vacante, succedat in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, tam necessariæ, quam voluntariæ; generaliter in omnibus casibus Nicolaus Garcia *de benef.* 5. *p. cap.* 7. *n.* 4. Lotherius *de re benef. lib.* 2. *q.* 2. *num.* 24. Diana *resol. mor. p.* 6. *tract.* 4. *res.* 1. Sperel. *decis.* 111. *à n.* 39. Rota *decis.* 166. *n.* 5. *p.* 3. *recent.* Cardinal. Soto,Bono, *decis.* 120. *n.* 2. Laurentius Visel. *litt. A, conclus. legal.* 138. *n.* 91. *tom.* 2. præter alios,quos adducit Barbosa *ad textum in cap. illa n.* 3. *ne Sede Vacante,* dum ait hanc iurisdictionem, nec in minimo diminutam esse à Concilio Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 16. etiam si cum Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *c.* 13. *à n.* 1. Vrsell. *conclus.* 162. Barbosa *ad text. c. olim. n.* 3. *& in c. his quæ n.* 2. *de maiorit. & obed. & de potestate Episcopi alleg.* 36. *n.* 9. *& alleg.* 45. *n.* 26. *& alleg.* 39. *nu.* 8
16.

16. † Sic vt iurifdictio non tam ad Capitulum Sede Vacante, deferatur, quam ad illum quasi quodam iure accrefcendi maneat, admittitur, vtique procedere in fpiritualibus. Tamen iidem Doctores, & communiter omnes fcribentes eam fic pofitam regulam contra aliam communem dicentem, non fuccedere in iurifdictione voluntaria, nec delegara vt relatum eft *fupra fub q.1.& 2.* docent latitudinem fuæ regulæ limitari in cafibus, in quibus adeft fpecialis derogatio per iura *in d. c. his quæ, cap. cum olim de maioritate, & obed. c. vnica, eodem lib. 6. c. ad abolendam, de hæret. c. penult. cap. fin. ne Sede Vac. cap. cum nullus de temporib. ordinat.*

9 Ex quo infertur quod, & fi generaliter Capitulũ fuccedat in gratiofis, & in facultate difpenfandi, in quibus fpecialiter conceditur ea poteftas Epifcopis per Gratian. *d. p. 7. c. 7. nu.* 41. *& p. 7. c. 11. nu.* 21. Barbofa *de canonicis cap. 42. n. 82. & de iure Eccleſ. c. 31.* vbi per totum caput, & numeros materiam de Capitulo Sede Vacante reperit Pater Molina *tract. 5. de iuſt. diſp.* 11. *n.* 5. Nauarro *conſ. 28. ſub tit. de temporibus ordinat.* idem Barbofa *in dict. c. 2. ne Sede Vacante n. 9. &* 12. Thomas Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp.* 2. *n.* 10. Moneta *de conſeruatorib. cap.* 10. *n.* 167. Riccius *in praxi, var. reſol. tom. 2. reſ. 265. n. fin.* Abbas *in c. Verum, n. 9.* Felinus *in cap. cum te n. 17. de reſcript.* limitantes, quando illam iurifdictionem habent per delegationem. Tamen præterquam quod hæc latitudo intelligenda eft iuxta modum, quo plures cafus in gratiofis, & difpenfationibus infra componuntur. Hæc fecunda generalis regula inconcuffa limitatur à DD. plus latè in fauorem iurifdictionis Capituli Sede Vac. quando fpecialirer, inuenitur ea in iu-
10 re derogata † ob quod quia expreffè *in dicto c. quia ſæpè, & in d. Clem. ſtatutum de elect.* cauetur non fuccedere in emolumentis, de quibus ea iura loquuntur: fequitur nullo modo poffe in illis Sedem Vacan. Capituli defraudare Epifcopo futuro, nec prætextu cuiufvis Priuilegij; confuetudinis, ftatuti, fiue cõftitutionis fub pœnis cõftãtib. *in d. c. quia ſæpè, & in dict. Clem. ſtatutũ.*

11 Et quamvis Capitulum Sede Vacante fuccedat in iurifdictione eorum cafuum, in quibus per ftylum, conftitutionem Synodalem, aut confuetudinem acquirunt Epifcopi, vt fatentur Molina *de iuſt. & iure tract. 5. diſp.* 11. *num.* 10. Auguftinus Barbofa *de canonicis c. 42. num. 61. & de iure Ecclеſ. c. 31. eodem nu.* 42. Valenzuela *conſ.* 107. Baffæ verbo *Capitulum Sede Vac.* Solorzan. *de iure Indiar. tom. 1. lib. 3. c. 13. n. 1. &* 2. Machado *de perfecto Confeſ. lib. 4. p. 4. tract. 1. docum. 6. n. 2.* Felician. de Vega *in c. 4. §. de adulterijs de iudicijs,* Diana *p. 8. tr. 4. reſ.* 18. Merolla *tom. 3. diſp. 7. c. 7. dubio 1. n.* 11. Azorio *p. 2. inſt. moral. lib. 3. c. 39. q. 7.* dicentes, etiã cũ Syluestro, & Abbate, eo prouenire, quia acceffórium ex confuetudine comparatum, qualitatem, ac naturam fortitur principalis
† & per hoc etiam fuccedere in nomina- 12
tione Miniftrorum, & Officialium deferuientium pro adminiftranda iuftitia; quia hæc poteftas eft ramus iurifdictionis, *ex l. 3. tit. 19. p. 3.* Auendan. *de exequendis mand. 1. p. c. 10. n. 1.* Azeued. *in Rub. tit. 25. n. 6. lib. 4. recopib. vti fructus iuriſdictionis*, Francifcus Vicus *ad leg. Sardiniæ 1. tom. tit. 18. c. 11. n. 1.* Velafco *litt. C. axioma* 99. Nauarrus *lib. 1. for. q. 23. n. 2.* id corroborantes ex regula illa generali textus *in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. & c. præterea de Offic. & poteſt. iudic. deleg. & & l. mandatum, ff. de Offic. eius, cui mand. eſt iu-*
riſdict. † Et etiam fi Epifcopo competat in- 13
ter perfonas laicas cognofcere per infra referenda, quia vt fatetur Vrfellius, vbi fupra, verbo *Archiepiſcopus, ſub dicto num.* 91. in Capitulum Sede Vacante tranfeunt omnia iurifdictionalia, quæ competunt ratione naturali Epifcopatus: & enim etfi Capitulum, dum Sedes vacat, æquale fit eidẽ Epifcopo, cum habeat ex iure eandem poteftatem, tanquam fubrogatum, vt probant Merola *tomo. 3. diſp. 7. c. 7. dubio 1. nu. 9.* cum Panormit. & Profpero de Hugolino, & Fratre Eman. Rodrig. *in ſum. tom. 1. c. 71. num. 2.* cum Iacobo, Sbrozio, & Nauarro.

Tamen, quia DD. omnes id limitant, 14
quando competit Epifcopo iurifdictio alio iure accidentali vt diftinguendo agit Lotherius *de re beneſ. lib. 1. qu. 9. à num.* 45. Videndus Vrfellius *ſupra d. concl.* 138. *ſub d. num.* 91. & alij communiter, ficut apparebat in aliis quæftionibus infra referendis; item in cafibus vbi fpeciali iure competit Epifcopo cognitio improbãdi quãlibet confuetudinẽ, per quam Capitulũ nitatur fuccedere, iuxta *d. c. quia ſæpè de elect. lib. 6. dict. Clem. ſtatutũ eod. tit.* fequitur accidenter nõ in omnib. de quibus, aut iure fpeciali vfu, & ftylo cognofcit Epifcopus, & itidẽ cognof-
cere valeat Capitulũ Sede Vacante. † Non 15
enim ad omnes cafus dicitur fubrogari Capitulũ, fed ad illos, qui sũt iurifdictionis ordinariæ, fi exceptuati nõ inueniũtur in iure, vel ad illos qui sũt iurifdictionis volũtariç, fi exprefsè cõceditur Capitulo, aut quãdo neceffitas agratiãdi, fiue difpenfandi cũ fubditis, id expofcat iuxta quæ diftinximus fupra fub dicta *q. 1. &* 2. vt ex aliis quæftiũculis apparebit; & fic licet cũ Solorz. *d. tom. 2. c. 13. à n.* 3. fateamur, vt cõtrarij volũt Capitulũ Sede Vacãte, fuccedere etiã in fpiritualib. hoc tamẽ procedere in his, quæ funt

merè

merè iurisdictionis contentiosæ, & necessariæ, vt in potestate excommunicandi, vt *infra* dicemus; non tamen in aliis,quæ spectant ad iurisdictionem voluntariam, nisi expressè concedatur in iure per regulam textus *in cap. 2. de concess. Preb.* & aliorum, quæ retuli *sub dict. q. 1. & 2.* cui nisi hæc expressa concederetur facultas, vt per negligentiam Episcopi deuoluatur ad Capitulum collatio maximè, obstat textus *in dicto cap. 2. ne Sede Vac.* vbi absolutè denegatur libera beneficiorum collatio, & prouisio Capitulo Sede Vacante, nisi in coarctatis, vt *infra* dicemus.

16 Vndè patet, quod si è contra v.g. in his, quæ ex regula generali,quibus nititur Capitulum Sede Vacante ad absolutè firmandum, mortuo, vel translato Episcopo, succedere in omnibus, quæ administrabat Episcopus Sede plena, contingeret, quod per consuetudinem soli sedi Episcopali pertineret prouisio aliquorum beneficiorum, siue Audientiæ Episcopalis Officiorum, nec vnquam Sedes Vacans reperiretur illa beneficia, siue Officia prouidisse, nominando, seu attitulando personas,quæ inseruirent,sed reseruarentur,quantumvis vacarêt tempore quo Sedes plena vacaret, & Capitulum Sede Vacante esset gubernator, & administrator Episcopatus, tunc quidem etiam in iurisdictionalibus,aut illis cohærentibus; nihilominus ex sola vi consuetudinis legitimæ,aut vsus longæui, semper deberet reseruari futuro Episcopo eorum prouisio,siue nominatio:nam tanta est vis consuetudinis, vt quemadmodum potens est dare, siue ampliare iurisdictionem per ea, quæ fusè dixi *sub Rub. & tit. de consuet. in cap. 2. cap. 8. de iudic. & in cap. contingit. 13. de foro compet. & sub cap. 2. de probat. & alibi.* & similiter,ad auferendam,siue limitandam respectu illorum, quibus alias de iure competebat, per dicta etiam fusè *in cap. fin. de consuet.*

17 Ergo quoties respectu alicuius Capituli, seu nonnullorum Ecclesiarum Cathedralium hæc regula extensè, & amplè, ablata, seu limitata inueniretur ad fauorem ipsius Sedis Episcopalis, à fortiori semper, Sede Episcopali Vacante,nihilominus dictorum Officiorum prouisio,siue nominatio,deberet futuro Episcopo reseruari, tanquam quid proprium suæ Dignitatis, non communicandum facultati Capituli Sedis Vacantis: *argum. dict. cap. quia sæpè & dict. clem. statutum de elect.* vbi DD. latè.

18 Itaque, & si priuilegiis, consuetudine, alióve vsu possint Decanus, & Capitulum acquirere iura,& fructus mensæ Episcopalis,& quę de iure debebantur reseruari futuro successori, *c. præsenti de Officio ordinarij §. porro lib. 6. glossa in c. si tibi concesso in verbo fructus de præbend. lib. 6.* Tiraquel. *de retractu lnag. §. 15. glossa n. 6.* & cum Menochio, & Azeued. Augustin. Barbosa *in dicto cap. præsenti n. 3.* etiam in beneficiis, in quibus aduersus Capitulum adest specialis prohibitio, vt *in dicto cap. 2. ne Sede Vac.* cum aliis iam adductis, Anton. de Marin. *lib. 2. resol. cap. 24. num. 8. & in emolumentis iurisdictionis,* Zabarella *in dicta clem. statutum num. 15. de elect.* & alij intelligentes *decis. dicta clem. statutum, & dict. cap. quia sæpè*, tantum de consuetudine reprobante talem acquisitionem respectu illorum,qui cum non succedant in iurisdictione, volunt percipere emolumenta illius (qui intellectus diuersus est à littera dicti *cap. quia sæpè dicta clem.* & declarationis supra hoc *nu. 12. & 3.* positæ.) Re vera non negamus quod si Capitula aliqua ex iurisdictionalibus sibi antea non competentibus vsu acquirerent ea,legitimè administrare posse, nisi consuetudo,aut vsus contrarius improbaretur in lege,vel statuto.

Quare quia *in dicto cap. sæpè*, improbantur priuilegia, consuetudines, statuta, & constitutiones, etiam iuramento corroborata *ibi in vers. non obstantibus, & in dict. clem.* ibi: *consuetudine qualibet non obstante*, & in littera illorum iurium specialiter comprehendantur Capitula Sede Vacante, & in congreg. ibi *n. 3.* declaretur idem in illis verbis, *nec ad Vicarium, nec ad Capitulum*; ideo si talis consuetudo improbata, intelligeretur de omni etiam immemoriali,euidenter appareret numquam in emolumentis,de quibus ibi iura,& declaratio loquuntur,posse Capitulum Sede Vacante succedere, sed reseruanda esse futuro Episcopo, iuxta determinationem earum constitutionum; & perindè si Officia Notariorum, Procuratorum, & Receptorum, eorúmque nominationes, & attitulationes deberent numerari inter emolumenta, de quibus ibi:per illa verba relatæ *clement. statutum: [In omni emolumento, quod prouenit, ex iurisdictione, & sigillo curiæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis,* & fortius *ex vers.* ibi (*aut alias vndequaque,*) quæ repetit dicta declaratio relata *n. 3.* Cardinal. ibi: [*Emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis prouenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut alias vndequaque &c.*] euidenter concluderetur in casu de quo in nostro amantissimo Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Austuricensis, pro me Episcopo, 19

Episcopo, & pro meis successoribus, semper respondendum esse, cum ab immemoriali tempore, attitulare & nominare Receptores nostræ Audientiæ Episcopalis; item & Procuratores, quia semper ad Episcopos antecessores pertinuerit, sic vt si forte aliquis Receptor, vel Procurator moreretur, aut derelinqueret proprium Officium Sede Episcopali Vacante, futuro Episcopo reseruaretur nominatio; quantumvis in aliqua intrusione dictum Capitulum Austuricens. fundaretur. Ob quod iam pro prima quæstionis parte hæc generalia breuiter scripta, & simul quæ allegata, & conferentiata inter me, & Capitulum ante quam ad arma deuentum esset, facient clariora iura, & fundamenta nostræ iustitiæ, vt *in 2. p. nostræ quæstionis* ventilatur *ex num. proximè ponendo.*

20 Ad secundam partem quæstionis propositæ, quæ deseruiunt pro sedanda controuersia inter me, & Capitulum nostræ Cath. Austuricens. ad vnguem in casu præsenti examinabuntur de iure, præter alia, quæ de vrbanitate, vt pax conseruaretur diu in sessionibus 16. cum Commissariis Capituli in praxim reduximus, vsque ad compromissi scripturam publicam vt litteratissimus ille D. Franciscus de Heloaga è Consilio Regis supremo Castellæ, & Præsuli Cancell. Vallisoletanæ, quem nouissimè Capitulum elegit & in quem consensi, facta casus de facto, & de iure relatione vna cum processu antiquo, in quo Capitulum se fundebat, negotium deseruiret sub termino mensium quatuor, qui finitus fuit vltima die Aprilis huius anni 1663. à qua illicò recesserunt pugnando in me, diuersis cauillationibus, quarum vlla commotus fui, nec prorupi ad iniuriam; imo potius nihil fando tanto tempore termini, eo transacto, prohibens, ne vllus Procurator, seu Receptor ex nominatis à Capitulo Sede Vacante exerceret in Officio, & quod titulos datos à dicto Capitulo nobis traderent, in quo se restiterunt, & deindè illa Officia gratis sine pretio orphanis puellis assignando, vt nuberent viris honestis, & habilibus ad illa Officia exercenda, nostra nominatione, & titulo in forma; ad arma Decanus & Capitulum nostrum robustè, & animosè nos impellendo, tum litteris nostri sapientissimi, prudentissimi, ac illustrissimi D. Caroli Bonelli, totius nostræ Hispaniæ Honoris per P. M. Alex. 7. Diuina prouidentia Papam, prætextu recusationis ad remittendum processum originalem; tum alia via nos implicando, disponendo, quod idem processus virtute prouisionis Cancellariæ Vallisoletanæ per viam violentiæ, ventilaretur à Senatoribus illius, vt sic diuersis viis nos grauarent, ea inteutione, vt si Senarores declararent Nos, nostrúmque Vicarium Generalem vim fecisse, remouendo tales Officiales à Capitulo nominatos, lis verteretur in plenario possessorio, aut proprietatis immortalis, eaque restitutione, Dominium adipiscerentur Officiorum, quæ ad Dignitatem nostram semper pertinuerunt laboribus, expensis, & prolixis dilationibus nos fatigando, nostrósque successores; quovsque desertio contingeret.

Est ergo supponendum pro veritate facti, vt veritas iuris agnoscatur in hac nostra Audientia Episcopali, sicut in aliis esse plures Ministros pro admiuistranda iustitia, vt sunt Vicarius Generalis, Visitator, Fiscalis, Notarij maiores, Procuratores, Receptores, vulgo Notarij minores, ad inquirendum per Episcopatum defectus subditorum, Alguacelus maior, Carcerarius, Executores, & in nostro territorio pro administranda iustitia inter laicos inhabitantes nonnulla oppida nostræ Sedi à Regibus iam diu pro Vasalagio assignatos, alij ministri cognominati modo sequenti Merinus maior, alij Merini minores locum tenentes maioris, scribæ &c. quorum omnium nominatio, exceptis quatuor Notariis maioribus, quorum nominatio, & attitulatio multis abhinc annis, spectat, pro alternis vicibus, aliquo illorum mortuo, ad Dignitatem Episcopalem, & successiuè alternando ad Capitulũ, & deindè, alternatiua prosequuta, pro omnibus vacaturis, de quibus lis nunc non est. 21

Supponitur secundo, nec nunc disputari super nominatione Vicarij Generalis, Visitatorũ, Alguaceli maioris, Carcerarij, Executorum, nec super nominatione Merini maioris, minorum, aut scribarum, quia istos ad libitum nominat quicumque Episcopus de nouo veniens ad administrandum; eo vero mortuo, aut translato, illico subintrant Decanus, & Capitulum gubernando, & pro libito nominant Vicarium Generalem, aut duos, vt moris est; item sex Visitatores, Fiscalem, Alguacelos, Carcerarium, & Executores; item Merinum maiorem, qui nominat minores, & scribas pro iurisdictione sæculari inhærenti Dignitati Episcopali, eligendo ad talia ministeria de suo gremio Capitulares, quorum nonnulli locant certis pecuniariis stipendiis, aliquibus personis laicis Officia seruituris, vt sunt Fiscalis, Alguacelus, Carcerarius, Executores, Merinus maior, & illius locum tenentes, diuersis 22

diuersis in locis, & Scribæ &c. Vicarij tamen Generales, & dicti Visitatores solent per se inseruire, qui omnes illico, ac nouus Episcopus adipiscitur possessionem Episcopatus, expirant in Officiis, cum inde noua Ministrorum nominatio, & attitulatio ad Episcopum spectet: in hac praxi nulla lis adhuc suborta est, de quorum duratione dico infra *à q.* 8.

23 Supponitur tertio, litem tantũ agitari respectu Receptorum, vulgo Notariorũ minorũ, quorum numerus est duodecim certa concordata; de qua constat in processu; itẽ respectu aliorũ sex Procuratorũ de numero, quorum nominatio, & attitulatio semel facta durat pro vita cuiusq; personæ; quia licet tam pro parte nonnullorũ Episcoporum, vt fuerunt D. fr. Anton. de Caceres, D. Alphonsus Mesia de Tobar. item D. Ludouicus Garcia Rodriguez, & Capitulum nostrũ in Sede Vacante eiusdẽ D. Alphonsi ita tantũ foret, vt Receptores ad libitũ remouerentur, & spoliarentur, vt de facto cõtigit; ipsi de spolio conquesti per autos Regios Cancellariæ Vallisoletanæ restituti, & redintegrati in eodem processu inueniuntur; respectu tamen Procuratorũ nulla huc vsq; fuit controuersia; siquidẽ prouisio, & attitulatio horum ad vitam, nulla reperitur, nec audita fuit facta à Capitulo Sede Vacante: nam cum in Sede Vacante dicti Episcopi D. Ludouici Garcia Rodriguez anni præteriti, 1639. vitã cum morte commutasset, Franc. de Medina vnus ex Procuratoribus numeri huius Audientiæ, & prætenderet Didacus de Caruaial fieri, & intitulari Procurator loco illius prædefuncti, anxiè prætendens, vt nominaretur à Decano, & Capitulo, constat probatum etiã in processu, Capitulum respondisse non potuisse talem attitulationem facere; eo quod illa debeat reseruari futuro Episcopo, vt contigit; siquidẽ postea adueniente D. Didaco Salcedo de Beancos Episcopo, illum attitulauit anno 1640. vt in dicto processu stat probatũ depositionib. Officialium antiquorum dictę Audientię; item & declaratione D. Didaci de Caruaial & licentia D. Ludouici de Caruaial Rector. Parochiæ oppidi de Magaz nostræ Diœcesis in prouincia del Bierço hoc anno 1663.

24 Supponitur quarto constare ex actis dicti processus, vt anno præterito 1615. in Sede Vacante dicti D. fr. Antonij de Caceres, quod Capitulum in Sede Vacante nominauit, & intitulauit Receptorem huius Diœcesis Ioannem Lopez, qui diù vixit exercens vsque ad annum 1647. Tamen etiam constat quod iste talis Ioannes Lopez erat, Receptor intitulatus ab anno 1607. per D. Episcopum Caceres, & quod quodam libello præsentato fol. 90. declarauit idem Ioannes Lopez, quod ipse erat talis Receptor nominatus à dicto Episcopo Caceres, & quod postea in dicta eius Sede Vacante, voluit Capitulum, vt exerceret in Officio cum titulo dicti Capituli; Et item constat ex fol. 330. quod cum Episcopus D. Bernard. de Atayde vellet, vt amouerentur Receptores extra numerum illorum duodecim, qui sunt de numero, iuxta concordiam, ad id mandaret, quod quilibet Receptor præsentaret titulum suæ nominationis, cuius virtute exercebat. Quo facto oppressus dictus Ioannes Lopez, & fortè timens quod si præsentaret titulum ipsi præstitum à Capitulo, numquam ad exercendũ admitteretur, voluit potius probare testibus se esse antiquiorem ex Receptoribus, vt deposuerunt nostræ Cathedralis Canonicus Martinus de la Torre; D. Petrus Valentin. Thesaurarius, & Michaël de Reynoso Procurator Audientiæ: isti expressè deponentes D. Ioannem Lopez esse antiquiorem ex Receptoribus intitulatum à D. Episcopo Caceres plus ab illo anno, quadraginta annis, & cum istis alij contestes. Et sic satis probari Capitulum intulando in Sede Vacante dicta 1615. illum Ioannem Lopez occultando titulum, quo ab anno 1607. intitulatus fuerat à D. Episcopo Caceres, perperam, ac malitiosè egisse, & per intrusionem, ne dicam animosam subreptionem attentasse à Dignitate Episcopali illud antiquissimum ius nominandi Receptores à Vellere.

Supponitur quinto Antonium Bueno fuisse postea intitulatum in Officio Receptoris per resignationem Hieronymi Rodriguez Aluares, nunc Abbatis de Fuencabedon, Dignitatis huius almæ Ecclesiæ, qui anno 1637. ascendit ad Procuratoris Officium. Sed cum talis intitulatio Antonij Bueno fuerit facta in dicto anno per Capitulum in Sede Vacante, vt constet de titulo fol. 117. tamen patet quod postea successor Episcopus D. Didacus Salzedo de Beancos anno 1640. tum primo sciuit, Antonium fuisse intitulatum à Capitulo in Sede Vacante, illum reuocauerit, suspendendo eius exercitium libenterque petiisse à dicto Episcopo, vt attitularet illũ agnoscendo sua petitione, pertinere ad Episcopum, qui illum attitulauit fol. 311. Et quãuis in eo anno 1637. cõstet in processu fol. 287. de alio titulo in dicta Sede Vacante dato 25

Christophoro Balcarcel; tamen ex eodem processu patet illum mortuum fuisse sine vllo exercitio, nec vixisse tempore alicuius Episcopi futuri.

26 Supponitur sexto, me adueniente Episcopo huius Diœcesis audiuisse, quod in Sede Vacante nostri antecessoris D. Ioannis de Vallesо attitulasset Capitulum tres Receptores, & binos Procuratores, quorum vnus, qui admissus non fuit ad exercendum per uostrum Vicarium Generalem D. Ioannem de Vriue, coram me conquestus, & non admissus, iterum querelans apud Decanum, & Capitulum, ex tunc actum fuit de compromittendo, vt dictum est, post quod non impletum, & subsequutam spoliationem eorum, auto prouisionali facto, & per vim violentiæ ad Cancellariam, delatum, vimque Nos nun fecisse declaratum, quantumvis pro iustitia principali Capituli Sede Vacante, coram Senatoribus iudicibus per Aduocatum fuit informatum, tum verbo pro nostris, tũ allegatione in scriptis iuridica, insistendo adhuc pro deferendo processu originali, virtute duplicis Breuis Illustrissimi Nuncij ad eius Auditorem; ideo nunc aliis præmissis, de quibus sub fundamentis contrariis prætensionis Episcopi, & Capituli, fit infra mentio ad iustitiam vtriusque partis deueniendo, modo sequenti, fiet oratio iuris.

PRO CAPITVLO, ET Decano Austuricens.

27 Instant Capitulum, & Decanus primo generaliter in adducta ea regula sub *qu.* 1. *&* 2. item & *à n.*42. hic, qua docemur, deficiente Episcopo, succedere Capitulũ Sede Vacante in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, tam necessariæ, quam voluntariæ, sine vlla distinctione, & limitatione, exceptis casibus, in quibus datur specialis derogatio ex iuribus in principio adductis, etiam in spiritualibus, & in iurisdictione pertinente ad Episcopum iure speciali, excepta ea, quæ illi obtingit per delegationẽ; item & in ea, quæ ei pertinet ratione styli Synodalis, aut statuti, vsus, ac consuetudinis, & in his, quæ sunt gratiæ, aut dispensationis, per dicta *à dict. n.*4. hic; non enim dicunt prædicta, regula fallit, nisi quando adest aliqua specialis dispositio Canonica eam limitans.

28 Sed cum in casu, de quo fuit, ac est controuersia inter me Episcopum, & Capitulum Austuric. manet sine cõtrouersia, quod sicut Decanus, & Capitulum Sede Vacante, succedit in omni iurisdictione, quam exercebat Episcopus, & per hoc in facultate pro sola duratione, & tempore Sedis Vacantis nominandi Vicarios Generales, vulgò Prouisores, Visitatores, Fiscalẽ, Carcerarium, duos Alguacellos, & duos executores, Merinum maiorem, vulgò *Gouernador de la merindad*, quæ est super Vasallis laïcis aliquorum oppidorum, qui alios minores nominat, vulgò *Tenientes*, & Scribas, sic similiter, & cæteros Ministros, vulgo *Receptores, & Procuratores*, necessarios admodum pro administranda iustitia inter partes, & ex Officio: nam, vt iam est dictum *per l.* 3. *tit.* 19. *p.* 3. & cum Auendaño, Azeuedo, & Franc. Vico ex generalitate textus *in l.* 2. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi beuè Gothofred. *litt. F, ex l. mandatum* 5. *ff. de Officio eius cui mand. est iurisdict. dict. cap. præterea de Offic. deleg.* potestas nominandi omnes Officiales pro administranda iustitia inhæret ipsi iurisdictioni, cuius est ramus, cumque verum sit Episcopis sine controuersia concedi posse nominare in suis tribunalibus Ministros, & Officiales necessarios ad expeditionem causarum, in quibus habent cognoscere, Syluester in *summo verbo Tabellio qu.* 1. Azeuedo, Gomez Bayo *in praxi Eccles. in proœmio. tit.* 27. *lib.* 4. *recop. n.* 8. *p.* 1. *lib.* 1. *c.* 7. *&* 10. *& in altera practica lib.* 8. *q.* 154. *n.* 12. Afflict. *decis. Neapolit.* 101. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 167. Barbosa *de iure Eccles. lib.* 1. *c.* 39. §. 3. *n.* 34. qui si legatur tãtum dicit Notarios, Birruarios, & alios esse Ministros de familia Episcopi; indeque inferri per idem ius, quo succedit in Iurisdictione Episcopali Capitulum Sede Vac. habere etiam potestatem uominandi tales omnes Officiales pro expeditione causarum necessarios.

Quare in terminis nostri casus denominando Notarios, Receprores; item & Procuratores, quoties tempore sedis Episcopalis vacantis contingat vacare tales Officiales, probant Decanus & Capitulum ex doctrina Basconcel. *lib.* 2. *diuers. iur. arg. c.* 13. Azeued. *in Rub. d. tit.* 25. *n.* 8. *lib.* 4. *recopil.* Stephan. Gratian. *d. c.* 167. *discept. forens.* præcipuè *n.* 10. *&* 11. quatenus docent succedere in tali iure nominandi Notarios Ecclesiasticos, & Officiales, quorum officia vacarunt, deficiente Episcopo, in tantum, vt eorum nominatio, duret etiam superueniente Episcopo vsque ad mortem uominatorum, à Capitulo. 29

In tantum, vt indistinctè possint Decanus & Capitulum nominare non solum Vicarium Generalem; imo cæteros ministros, 30

Ministros,& Officiales necessarios pro integra,atque recta administratione iustitiæ, & expeditione negotiorum Episcopatus,vt docuerunt Archidiaconus, & Barbosa *in c. fin.de supplenda neglig. Prælator.lib.6.num.*4. cum P. Molina Guttierrez, Rebuf.& aliis; & ob id Mastrill. de Magistrat. cum aliis *lib.1.cap.* 22.*nu.* 37. potuit dicere, quod in audientiis, vbi adsunt Notarij, Procuratores,ac alij Officiales numerati,vulgo *del numero* huius numeri, complementum esse supplendum;ideo,quia nequeunt aliæ personæ eorum Officia exercere, nec illorum numerus augeri, ad illa, quæ scripsi *in cap. 9. de constit.* num Capitulum possit augere numerus? q.1. 2.hic applicanda;& pro hoc adducunt Capitulum,& Decanus quæ tradunt Ioannes Baptista Toro *in compend. decis.litt.P,verbo, Princeps an possit*,& latè Velazquez *consf.*121.*p.*2.*per totum.* Et magis latè legendus Marius Giurba *obseruat.*10.*per totam*,cum aliis.

31 Potiora fundamenta hæc fuerunt pro Decano, & Capitulo nostræ Cathedralis firmando etiam *dict. cap. quia sæpè, & dict. clem.statutum de elect.cum declarat.Cardinal. Congreg.*nihil de hoc puncto stabiliisse,cum tantum loquantur de fructibus, & emolumentis futuro Episcopo reseruandis, qualia sunt illa, quæ proueniunt ex sigillo, & aliis similibus,inter quæ non est cur annumerentur nominationes Notariorum, Ministrorum, & Officialium deseruientium pro regimine Audientiæ:nam quoties hæc Officia prouidentur ab Episcopis, seu Magnatibus populorum,veluti à Ducibus,Comitibus, & Marchionibus in suis territoriis, non merentur nomen fructuum, nec emolumentorum; eo quod nec titulo arrendationis,siue venditionis, aliòve titulo, seu interesse, vel pretio,aut fructu temporali, queunt percipi, vt distinxit Ioannes Maria Nouarius de grauam.Vasall. grauamine 200.*n.*6. sub alia distinctione: quia & si in Rege, seu Principe non recognoscente superiorem hæc Officia inter fructus, & emolumenta annumerantur, quia possunt per illos vendi vt quotidie fit in

32 hoc nostro Regno Hispano. † Nec similiter respectu Episcoporum; non inquam Prælati valent vendere, arrendare, seu alienare Officia,Procuratorum,Notariorum, Fiscalium, & aliorum Officialium suarum Audientiarum, probantes sic ex Concilio Compostellano *act.* 36. *à decreto vigesimoquarto*, ex Bernard. Diaz *in praxi capite quarto,littera B.* & ibi Salcedo, Gomez, Bayo *libro primo prax. Ecclesf. part.* 1. *cap.*10. *numero*.9. Bobadilla, *lib.*3.*polit. cap.*8.*n.*28; D.Franc. Vico *ad leg. Sard. tit.*18.*cap.*10. *à numero* 5.addit.ad Franc.*decis.*526.*à n.*18.& de iure Regio probant in *l.* 8. *tit.*2.*lib.*7. *recop.*Capiblanc.*d. Baronib.prag.*4.*n.* 57: benè præter alios legendus Azeu.*consf.*8.

33 Quibus, vt ad saturitatem probent Capitulum, & Decanus nostræ Austuriensis Ecclesiæ, addo in tantum verum videri, non posse Prælatos Ecclesiasticos Officia vendere,siue locare,vt vtique debeat practicari in locis, vbi tanquam Episcopi haberent omnem iurisdictionem, etiam temporalem, ad textum, & ibi glossa, ne Prælati vices suas, vbi Canonistæ, Sotus,*de iust. lib.* 3. *q.*6. *art.* 4. Vbi ait, quod præter multa, quæ ex talibus venditionibus, seu locationibus, euenire possent, de quibus per eum scandalo Christianos oculos offendunt; gratis enim acceperunt, gratis dent, non solum spiritualia, sed sæcularia, quæ ad custodiam spiritualium instituta sunt,vt dixerunt Salon.*de iust.& iure,quæst.* 63 *art.*2.*col.* 1071. Salced.*in addit.ad Diaz in pract.cap.*4. *addit.*2. ad quæ sunt notabilia verba D. Gregorij *in epist.*110.*lib.*7. ibi: [Vehementi tædio memores efficimur, si in Ecclesiasticis Officiis locum habeat pecunia & fiat sæculare, quod sacrum est;] & tradit Azeued. *consf.* 8. *per tot.* vbi addit, quod vitium simoniæ committere inquiunt, quod nos ambitum vocamus; *ad textum in cap. lege Iulia,& cap.fin.*1.*quæstione* 1. glossa *in verbo consuetudines in capite primo de Magistris, & in cap. accepimus in fine, de purg. Canonit.* glossa *in lege secunda ff. ad leg. Iul. ambit.* Vbi Bart. & glossa *in leg. Bassus cod.de muri tegulis libro* 11. vbi Platea, Socin. *consf.* 246*numero secundo, volum.* 3. Rebuf. *in* 3.*tom. constit. francia tit.de Salarijs taxand.* Glossa 1. *art.* 1.*num.* 11. Franc. Marc. *decis.* 749. Abbas *in cap. de multa de præbend. numero quinquagesimo tertio.* Vasquius *controuers. illustr.pers.capite quadragesimo tertio,numero vigesimo tertio*, cum aliis Mastril. *de Magistrat. libro* 1. *cap.*20.*per tot. & à numero* 47. vbi *numero* 50. dixit cum Cauedo *decis.*20.& Grammatico *decis.*353. *n.*5. eorum morte expirare concessiones de Officiis factas.

34 Quare litterati Capituli conantur respondere *ad dict. cap. quia sæpè, & Clem. statutum, cum declarat. sup. numero* 12. & 3. *adduct.* non loqui de istis Officiis, quæ nec vendi, nec arrendari, siue locari valent, sed in vendibilibus, & locationi subiectis;imò restringi eorum verba: *fructus & emolumenta*,in non quibusuis suc-

cessori Episcopi reseruandis,sed tantum in illis, qui reseruantur, deputantur, & assignantur ad Episcopi sustentationem per glossam *in Clem.1.de excessib.Prælat.Innocent. in cap.vt super, de rebus Eccles. non alien.* vbi Abbas *n.9.* Barbosa *de potest. Episcop. 3.p.alleg.95.à n.67.* Piasec.*in prax.Episcop.p.2.c.5. n.35.* Reduanus *de reb. Eccles.q.62.* & licet expresse subincluderentur, non intelligerentur de Officiis, qui prohibentur locari, aut vendi,sed tantum de vendibilibus,negando hæc posse practicari apud Episcopos Hispaniæ, nec illa iura quæ practicari in capitalibus Cathedralium nostræ Hispaniæ, excepto summo Pontifice, qui valet Cameræ Officia pretio assignare, quia illa sunt suæ mensæ fructus.

35 Et insuper addunt Aduocati Capituli Austuricens.*dict.c.quia sæpè & dict.clem.statutum cum glossa in cap. Vbi periculum §. hoc sacro,& in vers.prouisionis de elect.lib.6.* intelligi tantum de illo tempore, quando electio Episcoporum spectabat ad Capitula Cathedralium iuxta tempora illa diuersa, de quibus memini *sub cap. cum Ecclesia vtrina q. 2. & 3. de caus. possess. & propriet. & sub Rub. de elect.* ne ambitione emolumentorum in Sede Vacante prouenientium, dilatarentur Episcoporum electiones,sicuti respectu conclauis Cardinalium, dum Sedes Pontificia vacat, prohibitum est illis sibi acquirere fructus, & emolumenta,quæ proueniunt ex illis Officiis,accommodis iuxta notata per glossam ibi *in dicto vers.prouisionis verbo camara*, vbi post Ioannem Andream alij DD. explanant.

36 Imò addunt tales litterati in Sede Vacante, sicut ad Episcopum, dum gubernat Sede plena in specie textum *in dicto cap. sæpè,& in d.clem.statutum.* debent pertinere fructus sportularum, & aliarum obuentionum, qui dependent ex sigillo, aut ex iurisdictione per verba *in dicto cap. quia sæpè ibi reseruari,* pertinere ad Capitulum, & Decanum, & ad Officiales per ipsum nominatos prouentus sportularum, qui aliàs applicarentur Episcopo, aut eius Vicario Generali,Fiscali, Visitatoribus, & aliis Ministris per verba ibi: [ratione istius iurisdictionis aliqua proueniunt, puta ex condemnatione, ex sigillo, vel huiusmodi, numquid in his locũ habet Decretalis; puto quod non; quia ex quo competit eis iurisdictio, ergo & omnis iurisdictionis fructus qui accessorius est.]

37 Et funditùs possent addere consuetudinem fore generalem omnium Capitulorum Sede Vacante, Regnorũ Legionen.& Castellæ fructus, emolumenta, & prouentus ex sigillo, aut aliàs vndequaque obuenientia ratione administratæ iurisdictionis,applicari Vicariis, Visitatoribus, Fiscali, Carcetario,ac Alguacellis nominatis, dum Sedes vacat, ac applicantur Vicario Generali Episcopi in Sede plena,ac aliis eius Officialibus Audientiæ Episcopalis.Et sic sine dubio potuisse dictum Austuricense Capitulum in suo tempore Vacationis prouidere Receptorum, ac Procuratorum Officia ad vitam singulorum, ac Episcopus potest sic prouidere, si vacant, aut renuncientur, dum ipse stat, ac viuit gubernator ex illa dispositione generali adducta *ex vers. ad secundam, & à n. 4.* nempè Capitulum succedere in omnimoda iurisdictione sede Episcopali Vacante,tam iurisdictionis contentiosæ, necessariæ, quam voluntariæ † Imò 38 & consuetudine sibi acquirere, etiam in fructibus percipi prohibitis per iura, & DD.*supra in vers.itaque,* ac hoc ipso intendunt in præsenti negotio potuisse nominare Receptores, respectu quorum erant in vsu ab anno 1615. quando nominarunt Ioannem Lopez, & postea anno 1637. quando nominarunt Antonium Buero, & Christophorum Barcarcel continuando illam possessionem post mortem Episcopi. D. fr. Nicolai de Madrid anno 1660. Didacum Rodriguez Santalla, & post mortem nostri proximi antecessoris D. Ioannis à Vallesо, continuando vsum, & possessionem, nominasse morte vnius, & renunciatione alterius Petrum de Paradela,& Franciscum de Medina Receptores, extendentes nunc prædictam facultatem ad posse, & potuisse de iure nominare Procuratores binos,Stephanum videlicet de Azeues per renunciationem Blasij Perozi, Antonium Rodriguez Coello,morte Didaci Ortiz anno præterito 1662. & si numquam probanere fuisse in vsu aliquando nominandi Procuratores hoc sic intendo per fundamenta, quæ faciunt pro Decano, & Capitulo *sub hac quæst.à n.4.* posita.

Propter quæ transitũ fecerunt litterati 39 Decani, & Capituli ad impugnandam spoliationem, quam de nostro consensu, & consilio fecit suo autho.prouisionali licent. D. Ioannes de Vriue die. 2.Maij huius anni illico, & sine intermissione à transacto termino à me assignato, quatuor Commissariis Capituli, nempè D.Ioannes Ramos concentor, vulgò *Chantre*, D. Petro Iniguez del Cezzo Scholastriæ Dignitas.DD. D. Matthias Florez de Mora, Canonicus Doctoralis, & Archidiaconus de Riuasdesil,

sil, ac DD. D. Ioseph Martinez Ruiz Se-
cretarius Capituli, ex aliis duabus regulis
40 generalibus iuris. † Prima, quod quoties
non est lis super proprietate, aut possessorio
plenario, sed tantum super manu tenendo,
vtcumque possessorem in possessione, qua
fuerit inuentus; ob idque ex quali quali
possessione, in qua erat Capitulum fuisse
sine dubio manutenendum quantumvis
constaret de iure circa dominium, & pro-
prietatem in fauorem mei ipsius Episcopi,
ac nostræ Dignitatis. Secunda, quia, tam
iure communi, quam Regio, prohibitum
est iudicibus generaliter, & absolutè inci-
pere per spoliũ tituli, & vsus illius, qui in-
spicitur possidere inferendo ex his vim no-
toriam tali spolio nos fecisse.

41 Primam subijciunt litterati Capituli,
quia cũ essent iam ab anno 1615. & 1637.
in possessione nominandi Receptores, quã
in relatis proximè nominationibus *num.
praced. in vers. imo*, non potuit de iure suos
Officiales, nempè Receptores, & Procura-
tores nominatos, & intitulatos à Capitulo
spoliare, & amouere; tum quia cũ ipsi
virtute talis nominationis, ad vitam, cense-
rentur nominati, perindè non fuisse, nec
esse in nostra potestate illos auocare ab
Officiis, & exercitio illorum, nam post-
quam semel illos nominauit Capitulum
Sede Vacante, & ipsi nominati, & intitulati
steterint in vsu, & exercitio Officiorum
(quæ publica sunt) debent durare per to-
tum tempus vitæ cuislibet nominati; ita vt,
nec possit Episcopus illos reuocare, ad tra-
dita in terminis per Gundizalb Mendez
Basconcel. *lib. 2. diuers. iur. argum. dict. c* 13.
Steph. Gratian. *discept. forens. dict. cap.* 167.
n. 11. ibi: [durabit tamen Officium proui-
sum per Capitulum, durãte vita Officialis,]
quem sequitur Hermosilla *in l. 5. tit. 5. p. 5.
glossa 2. nu.* 7. Zeballez *in pract. com. cont. qu.*
425. *à n.* 10. Molina *de Maiorat. Hispan. lib.
1. cap.* 25. *n.* 17. Burgos de Paz *cons.* 21. *nu.* 5.
idem Hermosilla *in l.* 53. *glossa* 6. *num.* 25.
DD. Ioan. de Escobar. de Corro nostræ su-
premæ inquisit. Consil. *de puritate, & nobi-
lit. sang. q.* 13 § 4. *n.* 25. *in fine* addentes, quod
etsi hi duo vltimi DD. loquuntur de Epis-
copo volente reuocare Notarios, & Officia-
les nominatos ab altero Episcopo antecef-
sore, idem etiam fore dicendum autumant
litterati Capituli in nominatis à Decano,
& Capitulo Sede Vac. ob easdem rationes,
quas congerit DD. Ioannes de la Roa *in de-
cis. 2. Gran. per totam*, quatenus ipse, & *Grat.
dict. cap.* 167. *n.* 11. responderunt in alio du-
bio, numquid talia Officia transitura essent
ad hæredes nominatorum, non quidem,
sed duratura tantam ad vitam nominato-
rum; & conducunt plura, quæ congerunt,
pro hac parte Valençuela Velazquez *p. 2.
cons.* 121. qui latè loquutus fuit de quatuor
Notariis de numero Audientiæ Conchen.
Episcop. ac denominatione aliorum Offi-
cialium, & longius Giurba sub dicta obser-
uat. 100. † alia cumulantes, etiam in Offi- 42
ciis ad certum tempus, quæ nec amoueri
valent adhuc per Principem, nondum im-
pleto tempore, ad tradita per DD. *in l. iu-
risperitos ff. de excusat. tutor. l. vna is ancilla*. §.
sorore ff. de fideicom. lib. ex Mastrillo *de Ma-
gistrat. lib. 1. cap. 27. à n. 16. &* 23. Menoch.
de arbitr. lib. 1. *q.* 55. *in addit. n.* 21. Gratian.
dicto cap. 165. *à n.* 41. *&* 46. cum multis Her-
mosilla *in dicta glossa* 6. *n.* 30. idem loquutus
de Notariis Ecclesiasticis *in l. 5. tit. 5. p. 5.
glossa 2. n.* 7. Franc. Vico *ad leg. Sard. tit. 4.
cap. 1. à n.* 33. Marius Cutell. *ad leg. sic Mart.
in fol.* 396. *n.* 50. Valenz. *cons.* 130. *à n.* 30. *tom.*
2. Escobar. *de parit. dict. q. 13. §. 4. n. 15. in fin.*
Gonzalez. *ad regul.* 8. *Cancel. glossa* 5. §. 6. *à
n.* 4. D. Ioannes de la Roa latè *dict. decis.
Granat.* 2. Riccius *in praxi Variar. resolut.*
293. *in fine, & in praxi fori Eccles. decis.* 398.
n. 1.

Et ad prædictum effectum, dicunt suf- 43
ficere possessionem vnius actus, per quem
nominauerint Officiales, aut fecerint col-
lationem semel de aliquo beneficio, quæ
sortiretur effectum per glossam *in dicto
cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. &
propriet. Abbat. in cap. bona, el 2. de postulat.
prælat.* Decius *cons.* 2. Donatus, Anton. de
Marinis, *lib. 2. quotid. resol. cap.* 48. *n. fin.* qui,
& *n.* 8. item, & Cardinal. Seraphin. *decis.*
237. Parisius *de resignat. Benef. lib. 1. q. 23. nu.*
40. addunt, nec egere nominati Officiales
à Capitulo probare, plus, quam quod Deca-
nus, & Capitulum, erant in possessione, vel
quasi faciendi similes nominationes; &
quod generaliter quasi possessio omnium
iurium incorporalium, quales sunt, de qui-
bus est contentio acquiratur ex vnico solo
actu, probant ex Couarr. *cap. 4. pract. nu.* 2.
Menochio *de arbitr. casu* 160. *n.* 1. Cauedo
de patrim. Reg. coron. cap. 6. ex August. Barbo-
sa cum aliis ad textum *in dicto cap. cum Ec-
clesia Sutrina. à n. 10. de causa poss. & prop* ob
idque ad intentum possent dicere, suffice-
re solum vltimum actum dicti anni præte-
riti 1662. in quo ante nostram possessionem
Episcopatus, & aduentum, nominauerunt
quatuor Receptores, & Procuratores nu-
per relatos, mittendo illos in exercitium
suorum Officiorum in quo erant ex tem-

 pore

pore Sedis Vacantis, & postquam Episcopus adeptus fuit possessionem per mandatum suo sobrino D. Nicolao Rodriguez Hermosino Collegę D. Æmiliani apud Salmant. nunc Canonico, & Archidiacono de Paramo nostræ Cathedralis, & insuper Vicario Generali die 29. Augusti dicti anni, & intrauit ad gubernandum per se die 23. Octobris, in quo publicè iurauit antè receptionem, obseruantiam statutorum dicti Capituli, prout moris est, quos nec illico auocauit; imo sustinuerit in Officiorum exercitio, vsque ad relatum diem 2. dicti mensis Maij huius anni, in quo illos amouit, & spoliauit.

44 Secundam regulam ex his proximè dictis, & ex aliis admodum contra nostrum factum, attentant corroborare ex principio iuris, quo docemur iudices numquam iudicia incepturos ab spolio possidentium, sicuti & nos docuimus abundantius præ cæteris scribentes *sub toto tit. de restit. spol. sub tit. de caus. poss. & propriet. sub cap. 12. & fin. de ordinat. cognit.* & ex aliis, & in terminis probant Capituli litterati in omni genere, & causa *per l. meminerint cod. vnde vi leg. fin. Cod. si per vim vel alio modo ex cap. conquerente 7. de restit. spoliat. de iure Regio, ex textu optimo in l. 17. t. 17. p. 7* quæ loquitur in Capitulis & Prælatis Ecclesi. *ex l. 2. tit. 13. lib. 4. Recop.* ibi: *No sean osados de despojar de su possession, a persona alguna, sin primeramente ser llamado, oydo, y vencido, por derecho*, & ex Barbosa ad textum *in dicto cap. conquerente*, Solorzano *de iure Indiar. libro secundo cap. 28. num.* 80. D. Ioanne Larrea *decis. Granat.* 79. *n.* 7. *tom.* 2. Cancer *lib.* 2. *Variar. cap.* 2. *n.* 6. idem Barbosa, legendo *lib.* 3. *voto decisiuo* 97. *n.* 18. *&* 19. *in collect. ad cap. reintegranda 3. q. 1. n.* 9. & ex Salgado, & Valenz. in tantum, vt nec Princeps valeat eos spoliare, nec id vult. *ex dict. l. 2. tit. 13. lib. 4. recop.* Solorz. *dicto capite vigesimo octauo à numero octuagesimo primo*, Barbosa *dicto voto* 97. *n.* 5. 6. *&* 7. vbi loquitur in rescriptis Pontificis, iubente aliquem suo Officio priuari, Salgad. *de retent. Bullar. cap.* 7. *à n.* 40. 50. *&* 52. ob idque spoliatos per iudices, seu superiores, fore reintegrandos, & restituendos sine dilatione intra dies tres probant *ex dicta l. 2. tit. 13. recop. lib.* 4. ibi: *Que los otros Alcaldes de la ciudad, o donde acaeciere restituyan a la parte despojada hasta tercero dia*, vti benè eam exornat Barbosa *in dicto voto* 97. *n.* 5.

45 Ex quo inferunt, vt in eo interim, quo disputatur, si titulus spoliatorum, est vitiosus, aut nullus, vel si reuocatio eorum est iusta, fore manutenendos in possessione, & exercitio suorum Officiorum tales Officialesico quod possident ex doctrina Anthonij Fabr. *in cod. lib.* 7. *tit.* 7. *definit.* 38. *num.* 2. Franch. *decis.* 373. Bursato *decis.* 149. *nu.* 9. Posthio, *post tract. de manutentione decis.* 300. *n.* 2. Tonduto *post tract. de pensionib. decis.* 80. *n.* 11. quia ex actu, & titulo nullo, transfertur possessio, *l.* 1. *§. si vir vxori ff. de acquirenda possess.* adducentes Barbosam *dict. l.* 3. *voto* 76. *n.* 166. Giurbam, *obseruat.* 8. *n.* 33. alios plures referentes † & quia in specie casus 46
nostri sine causæ cognitione non potuerunt remoueri Receptores, & Procuratores à Capitulo nominati, quibus de iure competunt omnia remedia possessoria, ad tradita per DD. *in cap. ex tenore de restit. spoliat.* vbi, & nos notabimus nonnulla, Larrea *dict. decis.* 2. Granat. *sub nu.* 8. cum aliis Zeballos *in pract. q.* 425. *n.* 19. Barbosa *in dicto voto* 76. *n.* 2. Hermosilla *in l.* 35. glossa 6. *n.* 37. *tit.* 5. *p.* 5. alios referendo. Et quia ex quo Decanus, & Capitulum fundantur in repetitis nominationibus dictorum Officiorum, quo facto probata, diutina possessione, ex nominationibus Receptorum, vt apparet ex actis processus antiqui, debuit cessare dispositio *cap. ad decimat de restit. spoliat.* in cuius decisione nos fundabamus pro iure reuocandi, & spoliandi illos, vt postea apparebit: sic dicunt litterati Capituli ex Posthio *de manutent. obseru.* 440. *num.* 23. *&* 26. Marescoto *lib.* 1. *Variar. c.* 11. *n.* 53. Barbosa *lib.* 2. *voto* 52. *à n.* 19. *&* 22. alios referentibus, & in hac lite non obstare defectum notorium iuris allegantes Capitulo, & Decano; tum quia de iure possunt prouidere, & nominare, quandiu Sedes vacat, Officiales, sicut Episcopus in Sede plena ex iam adductis principiis his *à n.* 4. *itē & à vers. ad secundū*, † tum expressione, in qua diu aderit nominandi Receptores, vt ex processu constat, ad tradita per DD. & textum ibi *in dicto cap. cum Ecclesia Sutrina de causa, possess. & propriet.* de quo nos latè in eo *sub q.* 1. vbi de ratione, quare tres electiones, in quibus interfuerūt Clerici nocuerunt Capitulo Canonicorum, & offerendo probationem continuò nominati à nostro Capitulo possessionis, in qua erant Decanus, & Capitulum eos nominandi debuisse, nos nostrumque Vicarium illos ad probandum admittere per illa, quæ refert, ac sequitur Posthius *de manut. obseruat.* 42. *nu.* 157. *&* 158. *legendo, & à nu.* 159. cum Zeballos, *tomo de cognit. per viam viol. q.* 62. 47

q.62.n.52.dicente quod si cum causa legitima non sit remotio dictorum Officiorum, præsumitur dolo facta.

48 Et addendo litterati Capituli, & Decani esse in possessione immemoriali, nominandi Ministros, & Officiales audientiæ Episcopalis in Sede Vacante, vt supra præsupponitur *à vers. ad secundam*, vt Vicarios Generales, Visitatores &c. à fortiori sequi esse tuendos in sua possessione, etiam in casu, quo spoliarentur prouisi ab antecessore Episcopo, vti fatetur Tondutus post *tract. de pensionibus decis.* 80. *n.* 5. author, qui præ cæteris plus loquitur in fauorem Episcoporum: ac proindè dicunt ex Cancerio 2. *var. cap.* 7. *n.* 18. & Salgado *de protect. Regia p.* 4. *cap.* 4. *n.* 23. vim nos fecisse incipiendo ab amotione, & spoliatione dictorum Ministrorum, quos nominauerant Capitulum, & Decanus, eo præcipuè, cum constet ex actis processus autum spolij à nobis præstitum, esse sine citatione partium iuxta expressa loca in terminis Officiorum *in l. ex defensionis facultas cod. de iure fisci*, Valenzuela *dicto consil.* 130. *à n.* 1. *&* 30. Barbosa *in dict. lib.* 3. *voto* 97. *à n.* 2. qui plures alios referunt, & suadetur ex his, quæ de necessitate citationis diximus latè *sub Rub. de indic. sub cap. fin. de libellis oblat. sub* §. 1. vbi de ordinando processu in ciuilibus *sub cap. penult. de foro comp. à q.* 1. *&* *sub cap.* 2. *de testibus.*

49 † Est enim citatio semper necessariissima ad incipiendum, & prosequendum omne litigium; & ob hæc fuisse faciendam restitutionem aduersus amotionem, & spoliationem factam per nos istorum Ministrorum absque eo, vt regula relata, *ante omnia spoliatus est restituendus*, possit aliqua exceptione in hoc casu infringi; indéque fortiter suadendo doctrinis iuridicis, nullo modo Auditores Regios Cancellariæ Vallisoletanæ posse pronunciare vim nos, non fecisse, spoliando dictos Receptores, & Procuratores, nominatos à Capitulo, de quo infra: confidendo in tantum in pronunciatione aduersus nos, vt intelligerent Decanus, & Capitulum sibimet mederi, taliter vt numquam, iam deinceps nos, nec Episcopi nostri successores haberemus vires ad prosequendam hanc litem plenario possessionis, & proprietatis, fatigando expensis, dilationibus, & laboribus, quales solent in iudiciis Ecclesiasticis practicari propter tot instantias, & propter diligentias faciendas in Romana Curia.

PRO EPISCOPO ASTVRICENS.

Præmittimus nos Episcopus pro facto ad introductionem huius allegationis corollaria sex, quæ præmisimus supra hic ex *vers. ad secundam*, quę ex actibus processus antiqui, & moderni constant, & ex quibus robuste Decanus, & Capitulum contra nos conferēciabant publicè, & clam colloquendo, nec apicem iustitiæ nos habere ad propulsandas nominationes Receptorum, ac Procuratorum; quos intitularunt. Sed quia nos perlegendo processum, & illum annotando coram Commissariis eiusdem Capituli, inter illas quatuordecim sessiones, quas Capitulum fatetur in suo longissimo allegato præsentato, & firmato ab eius Canonico Doctorali sub primis diebus præteriti mensis Maij huius dicti anni 1663. nec nostris suasionibus repetitis in ordine ad pacem, ex voluntate assentiendo potuerimus illos ad pacem trahere impulerūt nos ad litigandum pro re, & negotio, iusto quidem; sicque in arenam descendendo, & ad persuadendum, tam illustrissimum Nuncium, cuius litteris, ad mittendum processum originalem nos prouocauerant Decanus, & Capitulum, eiusque doctissimum Auditorem, cæterosque iudices, ad quos per appellationem perduceretur lis, sequentia propria allegatione, verbo, & scripto composuimus, quibus quia super negotio principali ipsa narrabantur, persuasum fuit, vt Auditores Regij Vallisoleti, qui admodum, ad pronunciandum an fieret, vis nec ne, solent attendere ad actorum veritatem pro nobis declararent die 13. huius mensis Iulij, nos nullam fecisse vim, vt ex suo auto constat, quem ad litteram Hispano sermone, vt fuit inibi pronunciatum circa finem huius allegationis inserimus. 50

Fatebamur regulas generales, quas pro se Decanus, & Capitulum adducebant, & quas allegauerunt sui litterati coram nobis, & coram Auditoribus Regiis, sed noluerunt nos audire super facti veritate, quę ab immemoriali tempore adstabat in fauorem nostræ Dignitatis Episcopalis, quæ tam ex actis antiquis processus constabat, item & modernis, quam ex attestationibus Officialium antiquorum Audientiæ, & Vicinorum huius ciuitatis, quod non ignorabant plures ex Capitularibus nostræ Cathedralis, qui quando nos eramus in hac Alma Canonicus Doctoralis ab hinc plus 20. annis, testes etiam erant tantæ veritatis 51

qua

qua de causa, & quia eandem veritatem, tunc temporis Nos incalluimus, tamquam talis Canonicus Doctoralis, cui ex Officio incumbit res Capituli defendere, si iustæ sint; non quidem animosè ad arma, rixasque litium prouocare, vt nonnulli Canonici Doctorales solent excitare, non tam zelo iustitiæ, quam vt profligent Prælatos, aliásque partes litigantes, machinas de facili introducendo, ac suadendo, quas fortè abscinderent si ex propria eorum Bursa sumptus facerent; non autem ex communi mensæ Capitularis.

52 Etenim non negamus Capitulum Sede Vacante succedere in iurisdictione contentiosa, & necessaria, quam exercebat Episcopus; imo etsi possemus negate iuxta communem Doctorum sententiam, aliam non succedere Capitulum in iurisdictione voluntaria, nec in delegata, in qua non succedere, etiam litterati Capituli firmarunt. Tamen Nos, qui numquam in nostris scriptis mordicus loquuti sumus; nec in hoc negotio, in quo de proprio commodo, aut honore Dignitatis loquimur, ne ex affectu videamur proloqui magis, quam ratione iuridica, & DD. iu fauorem Decani, & Capituli Sedis Vac. adducendo, concludemus, nullo modo in casu nostri dissidij, nec in facto, nec in iure pro Capitulo posse responsum fieri.

53 Primo, quia etiam si iustas regulas generales supra adductas pro Capitulo, tam hic *à n. 4. & à dicto vers. ad secundam*, quam. *quæst.* 1. 2. *&* 3. quæ in præsenti quæstione possent repeti, & in hac lite loquamur cum reuolutione iurium, & interpretum, adhuc inuenitur iuxta legitimas sanctiones fieri, vt Officiales, siue Ministros, qui ad vitam illorum nominantur pro inseruiendo Tribnnali Ecclesiastico, nominari debeant ab Episcopis: numquam tamen, à Capitulo Sede Vac. nisi aliter, aut consuetudine immemoriabili, siue ptiuilegio, aut concordia vteretur in aliquibus Diœcesibus. Ratio est, quia quantumvis Capitula Sede Vac. succedant in iurisdictione Episcoporum prædefunctorum, siue translatorum, aut se in longinquis habitantium modo dicto sub *q.* 2. *&* 3. Tamen in iurisdictione contentiosa; ideo succedit, quia semper in ea exercenda inter subditos floret necessitas; quare, vt supra diximus, sub dicta *q.* 1. in hac omnimoda fatemur succedere, nisi alias in casibus in iure specialiter prohibitis, & expressis, vt ibi, *& q. 2. ac* 3. retulimus; eo quod iustitia respectu iurisdictionis contentiosæ exercetur semper in inuitos, à quo prouenit, vt semper sit necessarium exercitium talis iurisdictionis; quod si suspenderetur Sede Episcopali Vac. maximum nocumentum partibus quotidie pararetur, vel si retardaretur administratio iustitiæ, vsque ad aduentum noui Episcopi.† Quod inconueniens in iurisdictione voluntaria non repetitur, quæ tantum exercetur inter volentes, non in inuitos, vt iam *in dictis quæstionibus* 1. 2. *&* 3. explanauimus; ex quo prouenit, vt satis probabiliter, & fundamentaliter loquuti sint DD. *sub dicta q.* 1. adducti negantes, vt Capitula Cathedralium in Sede Vacante succedant in iurisdictione voluntaria, nec in aliqua parte delegatæ iurisdictionis ex adductis ibi, *dict. q.* 1. 2. *&* 3. 54

55 Tamen nos, qui vt iam diximus, noluimus loqui, nisi in fauorem iurisdictionis Capitulorum, adstringimur tantum admittere duas inter se diuersas regulas. Primam, quod Capitula Sede Vacante, omnino succedunt in dicta iurisdictione contentiosa necessariò exercenda, etiam inter subditos inuitos; & iuxta hunc casum intelligendos fore DD. pro parte Capitulorum loquentium nullam admittentes exceptionem, nisi eam in casibus scilicet in iure specialiter exceptis. Tamen si iurisdictio fuisset voluntaria, tunc Capitula in illa non succedere, nisi respectu casuum, in quibus concedatur Capitulis Sede Vac. illam exercere, vt distinximus, sub dicta *q.* 1. eo quod tunc prouenit à necessitate illam exercendi, vel respectu Legis, aut Constitutionis Pontificiæ, sic imperantis, vel respectu alicuius necessitatis impellentis ad cognoscendum, ne ex diuturna dilatione partes quæ aggratiationem, siue dispensationem, exposcunt, detrimentum, siue dispendium paterentur, veluti, si retardaretur executio alicuius dispensationis, aut gratiæ iuxta casus infra referendos in aliis quæstionibus, ad quod faciunt pro corroboratione dicta infra de Cardinalibus sub *q.* 17 *vers. ad vltimam*, qui & si tanto maiores existant adhuc Sede Pontificia Vacante minus possunt, nisi periculo vrgente & necessitate gna.

Vndè & si litterati nostri Capituli, absolutè velint firmare Capitula Cathedralium succedere, tam in iurisdictione contentiosa, necessaria, quam voluntaria sine vlla distinctione, profectò falluntur ex dictis hic, & sub *dict. quæst.* 1. 2. *&* 3. quare si ad id probandum adducant textus *in dicto cap. is qui, cap. cum olim de maiorit. & obed. cap. vnico, eodem tit. lib. 6. cap. ad abolendam* 56

de

de haret cap. penult. & fin. de supplend. neglig. Prælat. lib. 6. cap. 3. illa, cap. fin. ne Sede Vac. cap. nullus de temporibus ordin. lib. 6. & Clem. statutum de elect. Hæc tamen iura sunt intelligenda, vt quæ loquuntur in casibus contentiosæ iurisdictionis, sint exceptio regulæ, in qua fundatur Capitulum, & quæ loquuntur in casibus voluntariæ iurisdictionis, constituant regulam pro ea, vt sunt textus, in *dicto cap. 2. ne Sede Vacante*, & alij veluti iura, quæ loquuntur in prouisione beneficiorum; quia cum hæc procedant à voluntaria iurisdictione, sequitur Capitula Sede Vac. non posse illa prouidere, & conferre, nisi quando datur casus illa prouidendi, vt contingit in collatione facienda beneficiorum Coarctatorum, vt sunt beneficia certis personis conferenda, nempè filiis patrimonialibus, aut consanguineis Fundatorum, quorum collatio dicitur necessaria, non quidem libera, infra qualiter contingat in alia quæst. examinauimus.

57 Quare & si proterve conantur generaliter DD. scribentes de Larga iurisdictione Capituli Sede Vac. dicendo æqua lance, Capitula, succedere etiam in iurisdictione voluntaria, ac succedit in contētiosa necessaria respondendo ad textum in *dict. cap. 2. ne Sede Vac.* per quem alij DD. negant absolutè ea Capitula succedere in iurisdictione voluntaria; quod decisio illa Pontificia loquitur tantùm in collatione beneficiorum, quæ est tantum quædam donatio, vt DD. admittunt per textum *in cap. de multa, de Præb.* quæ non comprehenditur sub quacumque ampla, & generali facultate concessa, nisi exprimatur; & ob id merito Pontificem *in dicto cap. 2. ne Sede Vac.* dixisse Capitulum, non posse conferre beneficia, quia nullibi reperitur hoc in iure expressum: ita ex illis Doctoribus sic explanantibus refert, ac tenet Diana *p. 8. tract. 4. de potest. cap. Sede Vac. res. 1. in fine vers. ad argumentum.*

58 Quam responsionem, siue interpretationem non auderent præstare, si diligentissimè fuissent in percallendo Pontificia iura, dixerunt inquam tanti DD. circa collationem beneficiorum, nullibi expressum reperiri, quod Capitula Sede Vacant. valeant illa conferre, siue prouidere, & non legerunt textum *in alio cap. 2. de concess. Præb.* in verbis sequent: [Cum verò Præbendas Ecclesiasticas, seu quælibet Officia in aliqua Ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspenso, sed intra sex mensēs personis, quæ dignè administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus, vbi id ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur &c.] Si enim in hoc casu, adhuc viuente Episcopo, collatio permittitur in casu negligentiæ, eius Capitulo, ne detur dilatio, quanto faciliùs, dum Sedes vacat, hoc Capitulo debet permitti, vt permittitur etiam in aliis similibus casibus, de quibus infra, cum agemus de collatione beneficiorum denegata, siue permissa Capitulis in Sede Vac. † Arguitur 59 igitur ex hac decisione regulam fore collationes beneficiorum denegari Capitulis in Sede Vac. *ex d. cap. 2. & alijs, ne Sede Vac.* quia hoc pertinet ad donationem, quę nihil aliud videtur quam quę pertinent ad iurisdictionem voluntariam, quæ tantum exercetur in volentes, vt diximus supra *dicta q. 1. & 2.* & clarius *dict. q. 3.* imo plus dicere debemus collationes beneficiorum plus pertinere ad actus iurisdictionis contentiosæ, tum ex verbis proximè relatis *dict. cap. 2. de concess. præb.* tum quia, vt insinuatum est, & longè, infra dicetur, in aliquibus casibus, necessario Capitula in Sede Vac. debent de beneficiis prouidere, vt *in dicto cap. 2. de concess. præb.* & in aliis casibus similibus; item & in beneficiis coarctatis; qualia sunt debita certis personis, vt dictum est, sicut longius explanatur infra, per quod satis, & concludenter probatur; quod licet collatio beneficiorum sit donatio in suo initio per textum *in dicto cap. de multa, de præbend.* vt volunt DD. contrarij ad dicendum eas nec cadere sub iurisdictione voluntaria (& quidem perperam) in esse tamen illa conferendi, siue prouidendi esse necessitatis; quapropter licet denegetur Capitulis in Sede Vacante illa conferre; eo quod collationes eorum sibimet Pontifices reseruarunt, vt quotidie contingit in beneficiis prouidendis liberi concursus: tamen ex Trid. Concilio, & ex Bulla Pij V. aliisque Constitutionibus, debent Capitula in Sede Vac. siue eorum Vicarij generales per examen oppositorum per concursum prouocare ad beneficia vacantia, quo examine præmisso, & iudicio facto de magis idoneo, & digno ex coopposítoribus, illum præsentant Summo Pontifici, & eius Datario testimonialibus Notarij de numero, vbi examen contingit in forma probanti, vt electum de beneficio liberi concursus prouideat ex hoc intra certum tempus, de quo hic non loquimur.

Quam obrem, si dicitur Officia Recep- 60 torum,

torum, & Procuratorum pertinere ad iurisdictionem voluntariam, quando nulla adest necessitas illos nominandi, propterea, quod alicuius pra mortui exercitium suppletur per exercitium aliorum qui supersunt ex numero; sequitur euidenter, quod quia in nostra Audientia Episcopali superessent præter duos nominatos à Capitulo, alij quatuor Procuratores, & præter tres Receptores, alij nouem omnes creati legitimè ab Episcopis, quando omnes curæ, quæ pertinent ad tales Officiales, & ministros per pauciores valebat, ac semper valet exerceri, vt nullo inquam modo potuerint Decanus, & Capitulum se introducere ad nominandos, & intitulandos illos, super quibus aderit controuersia ad vitam cuiusque, & quod nihil amplius quiuerint, quam occurrente necessitate talium ministrorum, cum superstites non sufficerent ad expedienda negotia Audientiæ illos nominare pro illo tantum interim, quo sedes Episcopalis esset vacans ad instar cæterorum Officiorum Vicarij Generalis, visitatorum, Fiscalis, Alguacelli, Carcerarij, Executoris, Merini, & scribarum, quos & si in principio Sedis Vacantis nominent Decanus, & Capitulum pro regimine Audientiæ ad tractandas lites occurrentes: tamen in ipsomet instanti, quo Episcopus per se, vel Procuratorem, adipiscitur possessionem Episcopatus, de nouo illi Officiales nominati à Capitulo, cessant, vt praxis quotidiana omnium Episcopatuum, & Cathedralium obseruat, & hoc in opinione eorum, qui plus dilatant imperium Capituli Sedis Vac. siquidem Parisius loquutus *in tract. de resignat. benef. libro septimo, capite vigesimo tertio de Vicario Capituli*, firmauerit, quod Capitularis Vicarius tenetur cessare per prouisionem factam de nouo Prælato, & litteris expeditis, vt testatur fuisse decisum in Rota 28. Iunij 1583. de quo latè infra.

61 Esset inquam perquam absurdum Capitula in Sede Vacante, cuius iurisdictio est substitutiua Pontificis pro interim, & momento temporis, dum aduenit nouus Prælatus, posse nominare, & intitulare Officiales ad tempus vitæ, & in tempus inhabile, vti considerauit Afflictis in specie de Notario, & si ad aliam speciem decis. 101. Rota coram Cardinali Lancel. Romani Officij stimatoriatus ex die 24. Aprilis 1570. & licet ex dicta decis. Afflictis appareat *numero tertio* resolutum Notarium, siue Scribam à prædecessore Archiepiscopo nominatum, posse à successore reuocari; quia nominatio ad vitam non sustinetur; & sic potuisse Capitulum nostrum ex hac doctrina nominare, & multo plus intitulare dictos Procuratores, & Receptores in locum præmortuorum, aut renunciantium, quando sic accidit in Sede Vac. Tamen ab hoc loco, & discursu, non infertur me, non potuisse, vti Episcopus de nouo veniens, illos non reuocare; siquidem potius arguitur, vt quemadmodum cætera Officia cessant aduentu noui Episcopi, vt probauit etiam Pauin. *de Cap. Sede Vac. quæstione 10. à numero decimo nono*. Item vt cessaret illa nominatio Notarij, aut Scribæ ab Archiepiscopo nominati, & per consequens fortius à Capitulo in Sede Vacante.

Imo, quod Capitula in Sede Vacante 62
nequeant ad libitum reuocare Officiales iam dictos à Prælatis Episcopis, probat satis declaratio sequens Cardinal. 4. Nouemb. 1596. *ad cap. 16. Trid. sess. 24.* ibi: [Facta electione Officialium, non posse eos ad libitum reuocare, & nouos constituere, nisi vel OEconomum, vel illos Officiales, quos etiam, viuente Episcopo, Capitulum, possit deputare.] Garcia *de benef. p. 5. capite septimo, numero vigesimo tertio*, Barbosa *in collect. ad concil. sess. 24. capite decimo sexto numero fin. in impres. Lugdun. anno* 1651. ad quod facit dictum Valerz. Velazquez *p. 2. consilio 121. numero septimo*. ibi: [Maximè cum contra Secretarium faciat ius aliquod non posse prætendere ad publicam fidem faciendam ex nominatione à Capitulo facta, circa Secretariæ munus solus enim Princeps creat, & facit Officiales publicos, qui fidem faciant de illis, de quibus rogantur, & Prælati, & non alij inferiores.] ad illa, quæ scripsimus latè *sub capite 7. & cap. quoniam contra falsam de probat. sub qu. 1.*

Litterati Capituli impugnant declara- 63
tionem prædictam; tum ex doctrina Ioannis Sancij *in selectis disp. vigesima octaua à numero primo*, quatenus loquendo de vi declarationum Cardinal. distinguit; quando illis est fides præstanda, & quod prædicta anni 1596. authoritatem non habet, qualis oportet; sed quia de fide earum diximus latè *sub Rub. de constit. quæstione 12.* Vbi etiam, quam fidem faciant regulæ Cancellariæ, authenticari qui dicantur; eo solum, quod præ manibus videantur, impressæ à Doctoribusque allegentur, quales sunt Garcia, & Barbosa,

ita

ita versati in materiis Ecclesiasticis, vt docent Eman. Rodriguez *quæst. regular. tom. 1. q. 11. art. 1. & 2.* Miranda *tom. 2. q. 26. art. 11.* Cerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo studiutas, & p. 2. verbo absolutio*; Chochier. *de permut. benef. p. 2. cap. 30.* Caualer. *decis. 627. n. 8.* Nar-
64 bona *de appell. Vicarij ad Episcop. n. 189.* † Et in proposito admittamus, vt litterati Capituli, autumant dictam declarationem, nihil facere contra Capitulum Austuricens. cum casus, de quo est lis, non fuerit, an valeat Capitulum, reuocare Officiales nominatos; sed longè diuersus, nempè numquid mortuis aliquibus ex Officialibus, qui soliti sunt nominari ab Episcopis ad vitam, tempore, dum Sedes vacat, & similiter valeant Capitulum, & Decanus de nouo alias personas nominare, etiam pro tempore vitæ cuiusque, in quo puncto non esse id negandum Capitulo præstat ratio sequens; quia quemadmodum, quoties contingit Sedes vacare, Capitulum pro tempore Sedis Vacantis nominat Officiales, qui etiam, si nominati sunt ab Episcopo, illo mortuo, siue translato, illico expirant, è conuerso, & à paritate dato quod sint nonnulli, qui semel nominati ab Episcopo, durant pro toto tempore vitæ; sic eodem pari modo, quando accidit, vt tales Ministri morte, aut renunciatione aliorum, à Capitulo nominati durent in perpetuum ad vitam, vt efficaciter arguitur ex dictis *à n. 4. hic & à vers. ad secundam*, quibus abundè probatum relinquitur Capitula in Sede Vacante, succedere in omnimoda iurisdictione contentiosa, nisi aliquid in iure excipiatur & in voluntaria in casibus à iure expressis, & dum necessitas præstat; cumque Officia Procuratorum, & Receptorum, de quibus est quæstio à longæuo vsu sint perpetua; sequitur, vt si vacando, viuente, & administrante Prælato, ad vitam præstantur; item ad vitam etiam præstentur, si vacent, dum Decanus, & Capitulum pro Sede Vacante gubernant, vt casus obtigit in nostra concertatione.

65 Et corroborant litterati Capituli, eo amplius: nam in Audientia, vbi deseruiūt Officiales numerati, eorum creatio est necessaria; quia nequit eorum numerus per alios suppleri, nec augeri ex Mastrillo *dict. capite vigesimo secundo, libro 1. 37.* Giurba *dict. obseru. 100.* Thoro. *litt. P, verbo Princeps*, Velazquez *dicto cons. 121.* & sic legitimè processisse ad nominandum Procuratores, & Receptores prænarratos, nec obligatum fuisse Capitulum spectare me

Prælatum superuenturum, vt illos prouiderem, vel quia inter fructus, aut emolumenta talis electio numeretur nobis reseruanda, vt futuro successori *ex dicto capite quia sæpè, & dict. Clem. statutum, de elect. numero primo & secundo*, relatis, cum iam pro Capitulo satisfactum, & responsum datum sit supra his decisionibus. Et quia ex quo, vt etiam dixerunt potestas nominandi Officia pro administratione, est iurisdictionis ramus, quod in suspenso non subsistit; siquidem talium numeratio, & intitulatio, sunt de iurisdictione necessaria, in qua sine dubio succedit Capitulum Sede Vac. ad textum *in l. cum pater, 54.* ibi: [Facultatem necessariæ electionis propriæ liberalitatis, beneficium non esse; quid enim de suo videtur reliquisse, qui quod relinquit omnino reddere debuit,] *ff. ad leg. falcid. leg. vnum ex familia 57. §. si falcidia ff. de leg. 2.*

Tamen omissis pro nostro iure circumuallando, quæ *ex d. c. quia sæpè, & d. Clem. statutum.* DD. congerunt, & quod nostri amātissimi Decanus, & Capitulum potius vendidisse dicuntur Officia præfatorum Procuratorum, & Receptorum pretio, quod deseruire valebat nuptui quinque (ad minus) Orphanarum, vt publicè in tota hac ciuitate obloquitur, & vt decantant ipsimet nominati Procuratores, & Receptores, & vt probatum iam est in actis nouis processus; & quia ipsimet nominati iam à Capitulo suis petitionibus, pretia data exposcunt, quæ ipsis denegentur, qua conscientia, seu animo nescitur, etsi facilis sit exploratio, siue calumniatio) perperam quidem, & ambitu, contra id, quod supra, nisi fuerunt allegare eius litterati verbo, & scriptis, dicendo, coram Senatoribus Regiis dicta, & alia Officia publica Audientiarum Episcopalium, gratis præstanda, simulando hac doctrina Decanus, & Capitulum, aggratiando ea præstitisse, fortè, vt persuaderent iudices tantos solo zelo pro administranda iustitia, meliores personas ad id elegisse mendaces, propriam turpitudinem occultando; licet author gratis dederit pro maritandis virginibus egenis, & consanguineis Decani, & aliorum ex Capitularibus, respuunt & ipsi hoc factum, & fortè, quia suppeditat illos pecunia ex venditis Officiis in propriis bursis incorporata, & in conscientia obligata restitutioni, quam confessio boni operis suis propinquis impartiri. 66

67 Cumque iam dictum, & probatum sit Decanum, & Capitulum succedere tantum in iurisdictione contentiosa, & necessaria, non vero in voluntaria nisi taxatiuè glossa *in cap. Capitulum de maiorit.* Felin. *in cap. cum olim eodem. n.6. in fine*, & qualitercumque solum succedere, si adsit necessitas imminens in iurisdictionalibus ex Episcopi defectu, sic vt ea cessante, vti nequeant ea iu-
68 risdictione, † Quia dicitur Capitulum administrator necessarius, sed non voluntarius, cui non spectat, quod est liberalitatis, sed tantum quod est necessitatis, glossa *in Clem. 1. verbo Capituli de haret.* & ibi Barbosa, Abbas *in dicto cap. is qua de maiorit. & obed.* Azeued. *cons. 11. à n. 10.* Lambert. *de iure patronat. lib. 1. q. princ. 2. q. 9. n. 4. 5. & 13.* Rebuffus *in praxi tit. de deuol. num. 78. & 86.* Garc. *de benefic. p. 5. cap. 7. n. 51. 54. 60. & 69.* Lotterius *de re benef. lib. 2. q. 2. nu. 25.* vbi ait, intelligitur *modo vrgeat necessitas, & patiatur defectum ministrorum.* Barbosa *de potest. Episcopi allegat. 132. n. 22.* taliter vt in hoc sensu intelligantur DD. contrarij, de quibus *sub quast. 1. 2. & 3.* & hic, quos refert Franc. Tondut. *decis. 80. nu. 40. post tract. de pension.*

69 † Sequitur vt cum in specie, de qua loquimur, Officiorum, & Ministrorum nominatio spectet, non ad iurisdictionem necessariam, sed voluntariam, [Cum libera, & gratiosa Officiorum prouisio quædam sit donatio, & species liberalitatis; & ex eo, quod possit conferre cui velit, excludat actum necessitatis; & istæ liberalitates non transeant in Capitulum Sede Vacante, sed Episcopo successori reseruantur,] vt in terminis ratiocinatur Panormit. *in dicto cap. cum olim de maiorit. & obed.* Decio *in l. fin. Cod. de pactis*, & Parisius *de resignatione lib. 12. q. 1. n. 36.* faciens paritatem de prouisione beneficiorum sæcularium ad illa, quæ prouident Episcopi, & cum aliis Giurba *obseruat. 102. n. 17.* vt nequeant Capitulum ea prouidere, etiam pro solo tempore Sedis Vac. nisi alias deficeret administratio iustitiæ; eo quod non essent alij Notarij, Receptores, & Procuratores de numero superstites, per quos suppleretur.

70 Quibus excluditur supradictum pro Capitulo, nempè Officia de numero esse necessitatis; & sic necessario prouidenda à Capitulo; quia hoc intelligitur necessitate vrgente, non quando cum superstitibus Procuratoribus, & Receptoribus poterant ius, & iustitia exerceri, vt accidit in nostra Audientia Episcopali, in qua cum superstitibus, poterat abundè exerceri, vt exercebatur, ex tunc quidem Capitulum non potuisse intitulare illos ad vitam, & si illorum nominatio prærequiratur; eo quod Officiales à Capitulo in Sede Vac. nominati, tantum durant prointerim, & quasi momento Sedis Vacantis, vt dictum est, & ex eo etiam, quia si cessante consuetudine nominandi ab Episcopis Officiales pro toto tempore vitæ nominatorum, non excedit tempus vitæ ipsius Episcopi nominantis, vel assistentis Dignitati, cum eius successor habeat ius ad nominandos de nouo Officiales, vt dixerunt Innocent. *in cap. P. Tabellio. de fide instrum.* Gratian. *discept. forens. cap. 167. nu. 1.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. glossa 5. §. 11. num. 16.* qua de causa poterit nostrum Capitulum intendere, vt nominationes, quas fecit titulo venditionis, forent perpetuæ, nec potuerit tunc, nisi imminente necessitate, illos nominare ad verba, quæ refert Azeued. *infra sub num. 8.* ibi: [Sed an Capitulum Sede Vacante, dic, quod cum creatio Tabellionum iurisdictionis sit, imminente necessitate, & non alias poterit.]

Et quamuis fortiores pro Capitulo pugnent eius litterati ex Gratiano *dict. discept. 167. n. 10. & 11.* Vasconcel. ab eo relati, & Azeued. *in Rub. tit. 25. lib. 4. recop. n. 8.* tamen si dicti DD. legantur, visi sunt tantum loqui, an v.g. Notariæ nominatio facta ab Episcopo, duret pro sola vita nominantis, seu transeat ad successorem; & firmantes, vt dictum est, tantum pro vita, tamen ipse Gratianus id declarando, addit, quod si talis nominatio ab Episcopo facta, fiat cum consensu Capituli, tunc, quia Capitulum participat de tali nominatione, semperque durat, & numquam mori nominationem Notariæ ad vitam Notarij nominati, durare probant DD. sicut & tenuit etiam Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. glossa 5. §. 11. n. 21.* † Cuius metri possumus fateri esse 72
nominationem maiorum quatuor Notariorum, quam alternando faciunt Episcopus, & Capitulum Austuric. ab immemoriali tempore; eo quod licet Episcopus nominet, tamen Capitulum præstat assensum; & si altera vice Capitulum, item & Episcopus præstat suum Capitulo nominanti, in qua nominatione datur perpetuitas ratione Capituli nominantis, aut assentientis. Et quia iam ab immemoriali tempore tales quatuor Notarij semel nominati durant ad vitam, sed hic casus non est nostræ concertationis, nam Receptores, siue Procuratores nominati ab Episcopo numquam eguerunt assensu, siue confirmatione Capituli, cum semper etiam ab immemoriali ex sola

sola nominatione Episcopi exerceant in suis Officiis.

73 Considerabant tamen litterati Capituli ex hac distinctione non concludi per nos, quia si sustinentur Receptores,& Procuratores Episcoporum nominatione, hoc non erit,nisi tantum pro vita,aut regimine Episcopi nominantis,non ad vitam nominatorum, cum alias esset præiudicare successoribus in Episcopatu. Nec aliud suaderi ex verbis constitutionis nostræ Synodalis. *const.26.cap.2.* quæ loquitur de Receptoribus ibi : *Mandamos sean examinados por Nos, opor nuestro Prouisor y proueidos por nuestro nombramiento,por el tiempo,que fuere nuestra voluntad &c.* & ibi : *Mandamos que ninguno vse el Officio de tal receptor sin tener nuestro nombramiento &c.* Ex quibus dicunt non inferri, quominus, deficiente Episcopo,nequeant Decanus, & Capitulum Asturicens. in sua Sede Vacante prouidere dicta Officia Receptorum, inferendo legitima,vt ex qua Episcopus habet ius nominandi Officiales ad negotia huius Audientiæ,hoc idem competat ipsi Decano,& Capitulo, ex iam adducta vniuersali regula *q.1.2.& 3.* item, & *à n.4.& à vers.ad secundam*, hic satis Iuribus, & Doctoribus comprobata.

74 Et hanc illationem acerrimè prosequuntur,eo quod Decanus, & Capitulum Charissimum nostrum allegant se esse ab immemoriali tempore, in possessione nominandi & intitulandi in sua Sede Vacante omnes Ministros, & Officiales pro administranda iustitia inter subditos in specie allegantes nominationem, & intitulationem, quam fecerunt anno præterito 1637. in Sede Vacante D. Alphonsi Mesia de Tobar de Antonio Bueno Receptore, & insuper alias Petri Rodriguez Santalla anno 1661. in Sede Vacante D. fr. Nicolai de Madrid, & quas facerit de cæteris quatuor in Sede Vac. antè nostrum aduentum, vt ex *dicto vers. ad secundam*, retulimus nec allegantes aliam anteriorem D. Ioann. Lopez de anno 1615. in Sed.Vac.D.fr.Antonij de Caceres, in qua principaliter se adstruebant, quando nobis, cum sæpius consedendo colloquuti fuerunt in hoc puncto, & cum fortè ex actis processus antiqui viderint, & considerauerint istum Ioannem Lopez constasse fuisse ab anno 1607 per D. fr. Anton. de Caceres Receptorem nominatum, & intitulatum ; imò & sic probatum per eundem Ioannem *fol.* 90. & *à fol.* 331. testibus Capitularibus,huncque actum improbare potius Capituli intentum ; ideo solum litteratos in Cancellaria illum adduxisse cum aliis posterioribus ; & si in quadam petitione longè Doctoralis apud Nos præsentata fiat mentio de dicto Ioanne Lopez,cui satis responsum præbuit, & quidam concludenter Fiscalis noster.Et ob id allegant vsum,consuetudinem, & præscriptionem longi temporis, saltem, quæ dicunt sufficere iuxta notissimas iuris regulas, de quibus scripsimus latissimè *sub tit. de consuet. & sub tit. de prescript.* vbi etiam de immemoriali tempore.

Sed quia ex actibus, & nominationibus Receptorum, & Procuratorum à Decano, & Capitulo factis, nulla efficax probatio sumitur corroboratiua possessionis immemorialis,quam allegant,nullo modo est,cur sustineantur, quia & si respectu Officialium, qui exercent solum pro duratione cuiusque Sedis Vac. vera sit talis generalis propositio se esse in possessione nominandi Vicarios Generales, Visitatores, Fiscalem, Carcerarium, Executores, Alguacellum, Merinum,& Scribas,qui tantum durant vsque ad possessionem nostri Episcopatus per nouum Episcopum adeptam, de quibus non est quæstio,vt retulimus sub *dicto vers. ad secundam*, hic, nullam tamen probationem posse, ac vnquam potuisse facere de tali possessione ; circa Receptores, patet : nam & si allegent in tribus Sede vacantibus nominasse,quod satis erat,iuxta materiam textus *in dicto cap.cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet.* de cuius intellectu infra. Prima, Ioannis Lopez, fuit nulla, & introducta per subreptionem latitando titulum, quem habebat à dicto Episcopo D. fr. Antonio de Caceres, cuius nominatione prouocauit idem Ioan. *à dicto fol.* 90. & 331. processus exercuisse, nec vnquam nomine Capituli.Altera Antonij Bueno introducta in Sede Vac.dicti Episcopi D.Alphonsi Mesia de Tobar, reuocatam fuisse per D.Didacum de Beaneos Episcop. anno 1640. 75

76 Et licet contra hoc factum allegent, intermedio tempore ab anno 1638. gubernasse hanc Diœcesim, Episcopum D. Ludouicum Garcia Rodriguez, qui cum intentasset reducere Receptores de numero ad nutum amouibiles futuros esse,& de facto à suis Officiis amoueret,& spoliaret,inter quos, etiam erat dictus Antonius Bueno, & omnes per viam violentiæ ad Cancellariam Regiam Vallisolet. conquererentur de spolio, & in ea Auditores illos restitui mandarent, pronunciando dictum Episcopum, & eius Vicarium, vim fecisse, eos,

eos, spoliando, ac per hoc fuisse approbatam nominationem dicti Antonij Bueno, à Capitulo factam. Tamen præterquam quod dictis Episcopis D. Ludouicus tantum vixit menses 10. & infirmus, nec inquireret, quando tractauit de remouendo Receptores, an aliquis esset nominatus à Capitulo, cum iuxta constitutionem allegatam, debuisset eredere omnes Receptores de numero, fuisse intitulatos ab Episcopis antecessoribus; ideo malè hanc allegationem adduxerunt litterati pro facto Capituli, de quo nullam notitiam habuit idem D.D. Ludouicus, quod eius successor D. Didacus Salçedo non tolerauit, ex quo dicto anno 1640. vt sciuit, & petcalluit dict. Anton. Bueno fuisse nominatum à Capitulo, illum remouit, nec voluit ad exercitium admittere, donec petendo nominationem, & titulum à dicto Episcopo D. Didaco, sibi illum præstitit, cuius virtute exercuit tantum.

77 Nec memento fuisse aliam Christophori Balcaçer de dicto anno 1637. quia iste numquam exercuit, parumque vixisse, nec relatam Didaci Rodriguez Santalla nominati in Sede Vac. dicti Episcopi D. fr. Nicol. de Madrid. & quod tempore, quo fuit Episcopus D. Ioannes de Ballezo anno 1661. exercuit; nam præterquam quod hæc nominatio laborat intrusione, qua proximè relata constat; quod dictus Episcopus solum vixit à die 27. Iulij ad diem 8. Octobris dicti anni; & sic in tam paruo tempore duorum mensium, nullam potuisse habere notitiam denominatione facta, à Capitulo Sede Vacante, sicut nobis accidit; siquidem nondum petiuimus, vt omnes Procuratores, & Receptores exhiberent suos titulos; quamtumvis stamus per prædictum casum in malitia introducta, vt videremus, an aliqui alij præter relatos fuerint nominati à

78 Capitulo. † Et sic minus obstare alias quatuor nominationes duorum scilicet Receptorum factas à Capitulo maxima cum intrusione, & ambitu in Sede Vac. D. Ioannis Vallezo Episcopi nostri immediati antecessoris; quia præter quam quod Nos illico inpugnauimus, vt iam dictum est, nec sustinuissemus exercere, nisi pro illo tempore, quo duraret tempus in compromisso à nobis datum ipsi Capitulo, pro finiendo, & determinando ipso compromisso à dicto Præside Vallisoletano D. Francisco Feloaga, protestando illum assensum nobis nociturum non esse, & quod termino transacto sine præfinitione dubij, illos nominatos, amoueremus, vt fecimus dicto die 2. Maij huius anni, vt de omnibus apparet ex actis dicti processus antiqui; & moderni, illa duorum Receptorum nominatio, nequit sustentari ex diuturna possessione, quam allegabat Capitulum; siquidem præfatæ priores nominationes dicti Ioannis Lopez, Antonij Bueno, Christophori Balcaçer, & Didaci Santalla, nullum vnquam habuere legitimum effectum; & inde istas posteriores in ære fundari; imo & si parerent actus æquiuocos ad tradita per Butrium *in cap. fin. n. 34. de causa possess. & prop.* Bald. *in l. 2. n. 60. Cod. de seruit. & aqua*, Socin. Senior. *cons. 187. n. 20. vers. tertio considera lib. 2.* Gratian. *discept. for. cap. 113. n. 67.* cum aliis.

Minusque obstare nominationem dictorum duorum Procuratorum, nempè Antonij Rodriguez Coallo, & Stephani de Azeued. quia quoad Officia istorum, numquam auditum fuit aliquando prouisa fuisse in Sede Vacante per Decanum, & Capitulum, sed semper ab Episcopis, in tantum, ad vitam dari, ita vt si forte appareat, vt aliquis Procurator nominatus esset tempore Sedis Vac. talis nominatio, deberet necessitate postulante & tantum pro sola Sede Vac. subsistere, vt arguitur fortiter ex casu sequenti, constat vero, quod mortuo Francisco de Medina Procuratore huius Audientiæ anno præterito 1639. in mense Aprilis iterum, atque iterum Decanum, & Capitulum in sua Aula Capitulari consedisse ad effectum, si possent intitulare, & nominare Didacum de Caruaial prætendentem tunc ab ipsis Procuratorem fieri, & decreuerunt non posse; eo quod talis nominatio Procuratorum est ad vitam cuiusque facienda per Episcopos, ac à tempore retro semper factam; & ob id reseruasse illam de Didaco, aut de alio faciendam per Episcopum de nouo venturum, vt contigit, ac probatur ex actis cum depositione dicti Didaci, & eius fratris licetiati Luis de Caruaial, & aliorum testium nostræ Audientiæ illum fuisse intitulatum Procuratorem per DD. Didacum Salçedo, & Beancos; cuius titulo semper exercuit. 79

Ex proximè relatis in facti contingentia clarè constat de nostra iustitia ad nominandos quocumque tempore vacent dicta Procuratorum, & Receptorum Officia, ad vitam cuiusque nominati & de proterua subuersione Capituli, ambiendo eorum nominationes, vel pro interim, & duratione Sedis Vac. sicut faciunt de aliis Officiis, vel si fortè aliquod istorum Officium vacet, durante aliqua Sede Vac. nominent pro 80

vita,

vita;etiam cuiuſque, vt faciunt Epiſcopi in
Sede Plena, quod non eſt tolerandum:
nam in Officiis Receptorum *ex dicta con-
ſtit. 2. tit. 26.* & ſi ex verbis ſupra relatis
eiuſdem Synodalis num implicet, quomi-
nus Decanus, & Capitulum poſſent pro-
uidere in Sede Vacante, nec conſtaret de
inconcuſſa praxi, numquam etiam tan-
tum pro ſola Sede Vacante ad tempus no-
minatos; tamen reuera, quod iſta Officia
Receptorum ſint perpetua, iam aduerſus
Epiſcopum D. Luis Garcia ſuo tempore,
& aduerſus Decanum, & Capitulum in
Sede Vac.anni 1637. DD. Alphonſ. Meſia,
ſatis in Cancellaria declaratum fuiſſe, eſſe
81 perpetua ſuo auto *fol. 63.* † Et clarius patet
ex concordata facta tempore dicti Epiſco-
pi Meſia confirmata à Concilio Caſtellæ,
quâ patet ſingulos Receptores *de el numero*
ſemel ab Epiſcopo nominatos, pro vita
durare, ſemperque ad nominationem ſo-
lum Epiſcoporum pertinuiſſe conſtat ex
dictis actis proceſſus,& teſtium probationi-
bus *à fol... in art. 2. & à fol... in art. 6.* vbi te-
ſtes planè anno 1638. aliud agendo decla-
rarunt iſta Officia Procuratorum, & Rece-
ptorum ſemper fuiſſe perpetua, ſolumque
ea nominaſſe Epiſcopos, & numquam in
Sede Vacante vacantia à Decano,& Capi-
tulo nominata iuridicè fuiſſe.

82 Patet inquam allegatam poſſeſſionem à
Capitulo nominandi dictos Procurato-
res,& Receptores ad vitam vllo modo fun-
dari poſſe, non ſolum, vt immemorialem,
imo nec vt temporalem effectuatam ad
tempus breue:quapropter, & ſi attentaue-
rint in tribus Sed. Vac. Decanus,& Capitu-
lum, nominare ad vitam Officia Recepto-
rum, quæ tunc vacauere,& quod nomina-
tio valeret ad tradita per Afflict. *decıſ. 167.
n. 1.* Rota *decıſ. 167. nu. 1. p. 4.* Burato *decıſ.
427.* tamen nominationes non ſortiri, ſi ef-
fectuatæ non fuerunt patiente prælato ex
Rota Sabinienſ. Caſtri Pompei coram Emi-
nentiſ. Cardinali Veroſpio, apud Poſt. *de
manut. decıſ. 470. num. 12.* & in aliis caſi-
bus.

83 Vndè cum certum de iure ſit, Sede Va-
cante, Capitula Eccleſiarum nihil nouare
poſſe in præiudicium earum per tradita à
Doctoribus per textum ibi *in cap. 1. de præ-
ſcript. cap. de quarta eorum*, in quibus prohi-
betur quælibet præſcriptio Sede Vacante,
*& in titulo ne Sede Vac. lib. 6. & extra, & ibi
cap. cum nos de Officio ordinary*, Barboſa *alleg.
128. in paſtorali*, Panormit. *in dicto cap. olim
de maioritate, & obed.* Et loquendo in cauſa
quatuor Notariorum Conchenſis Epiſco-
patus, Valenz. Velazquez *p. 2. dicto conſ. 121.
n. 166. & 167.* omnino legendus ad plura
per totum, abſolutè dicit cum Abbate, &
aliis,& etiam *ex cap. auditis de præſcript.* acta
per Capitulum Sede Vac. non inducere
aliquam obſeruantiam in præiudicium Ec-
cleſiæ,vel iurium Epiſcopalium,non enim
ait Abbas *in dicto cap. 1. n. 2. de præſcript.* Ec-
cleſia Cathedralis, quamdiu vacat, debet
in aliquo præiudicari, nec tunc currere
præſcriptionem cõtra Eccleſiam,& Digni-
tatem Epiſcopalem. † Nec aliquam con- 84
ſuetudinem introduci poſſe, nec poſſeſſio-
nem, cum non ſit perſona Prælati, quæ ius
Epiſcopale tueatur *ex cap. 1. ne Sede Vac.* &
illam eſſe reprobatam ſacris Canonibus;
probant Azeuedo *conſ. 9. n. 24.* Barboſa *de
iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. nu. 135.* Mareſcoto
lib. 1. Variar. cap. 17. n. 60. & 61. Flamin. Pariſ.
de reſignat. benef. lib. 7. qu. 23. num. 44. ex ea
etiam ratione, quia Sede Vac. inchoari, nec
currere, nec etiam finiri poteſt præſcri-
ptio; cum careat Eccleſia legitimo defen-
ſore, & ſit pupilla, *dict. cap. 1. cap. de quarta
de præſcript.* iam liquido conſtat in prædi-
ctis nominationibus Receptorum, & Pro-
curatorum, qui ſolum ſunt de nominatio-
ne, & intitulatione Epiſcoporum ad vitam
nominatorum, non potuiſſe noſtrum Ca-
pitulum innouando, nominare in præiudi-
cium noſtræ Sedis Epiſcopalis.

Et minus tales nominationes debeant 85
dici clandeſtinæ, deficiente Epiſcopo fa-
ctæ,& multo plus, quam quæ fierent clan-
deſtinæ, eo præſente, ſed iſtæ ſunt nullæ,
nec inducunt vllam firmam poſſeſſionem
ad manutenendum allegantem poſſeſſio-
nem,per tradita à Poſthio *de manut. obſeru.
41. ex nu. 137.* cum pluribus, quos cumulat
idem Valenz. *ſub dicto conſ. 121. à n. 43. &
44.* † Quatenus quod poſſeſſio iunior præ- 86
ſumitur clandeſtina, & nullius momenti † 87
Quia vt docet Rota *decıſ. 667. n. 14.* in mate-
riis iuriſdictionis,ac iurium incorporalium,
neceſſum eſt, vt nominationes, ſiue actus
habuerint effectum, cum viſu, ſcientia, &
patientia perſonæ,contra quam poſſidetur,
& quod etiam probetur hæc ſcientia in
Epiſcopis, Rota Recent. *decıſ. 560. n. 1. p. 5.*
quam nec per præſumptiones in Epiſcopis
nobis anteceſſoribus, nec coniecturis valet
probari ex iam adductis. † Imo & ſi aduer- 88
ſus noſtros Epiſcopos prædeceſſores tales
adeſſent præſumptiones, & coniecturæ,
nobis, & ſucceſſoribus noſtris vllum præ-
iudicium generari valuiſſe, probant deci-
ſiones Rotæ Recent. 508. *n. 2. p. 2. & decıſ.
762. n. 2. p. 3. & decıſ. 249. n. 2. p. 4.* & ob id, † 89
Quod

quod præscriptio possessorum Maioratus
non præiudicet successoribus, quibus non
erat apertum fideicommissum, vt latè pro-
barunt Mieres *de maioratib.p.4.q.21.per tot.
argum.textus in l. peto §.fratri ff.de leg.2. ibi;
nec tamen*, sequentium causa propter supe-
riores in posterum lædi debet, Neguerol.
*allegat.2.ex n.*87.

90 Et in quantum ad titulos Receptorum,
& Procuratorum, quos Capitulum nomi-
nando dederunt causam huic liti, & desi-
dio in eodemmet anno 1662.contra dictos
per nos parum post nostrum introitum, est
sine dubio, vt sustineri non valeant per il-
la, quæ latissimè tradiderunt Posthius *de
manut. obseru.* 17. *n.* 44. Lancelot.*de attent.
p.2.cap.4. limit.*1. *à n.*111. Farin.*2.p.fragm.
verbo inhibitio. n.* 319. Fontanella *de actu
nupt. clausula* 7.*glossa* 13.*p.* 10.*n.* 56.*&* 57.
tum.poster.

91 Cum in personis Procuratorum nulla sit
dubitatio; eo quod numquam vsque ad
hanc vltimam Sedem Vacantem contige-
rit, vt vlla persona morte alicuius, aut re-
nunciationis Procurator sit intitulata ad vi-
tam per Capitulum nostrum; imo post pra-
cticatum sæpius in casu relato dicti Didaci
de Caruasal. declaratum ab ipsis Decano,
& Capitulo dicti anni 1639. eam nomina-
tionem,& intitulationem,sibimet non per-
tinere, sed futuro Episcopo reseruari de-
92 buisse, vt factum fuit. † Et in Receptoribus
similiter, quia & si reperiantur dicto pro-
cessu antiquo tres tituli, isti vero effectum
non habuerunt, clandestinique fuerunt
dati sine scientia, & vsu, atque auditu no-
strorum prædecessorum Prælatorum; tum
ex vi dictæ Synodalis 2. qua practicatum
semper fuit, vt ad beneplacitum Episcopi,
vel sui Vicarij nominarentur, & sic in po-
sterum contigerit. Tum quia cum Capitu-
lum in dicta Sede Vac. D. Illephonsi Mesia
voluisset illos remouere, & remoti de fa-
cto conquesti per viam violentiæ Recepto-
res, mandati sunt restitui, vt patet ex auto
Cancellario *fol.* 63. quo duo percipiuntur,
primo nominationem Receptorum, & eo-
rum reuocationem non esse in facultate
Capituli; tum quod eorum Officia perpe-
tua.

93 Et meritò numquam ad Capitulum po-
tuisse dictorum nominationes spectare, nisi
aliquo priuilegio, patet, quia tales Recep-
tores sunt Notarij fidem publicam suis scri-
ptis facientes, sed Notariorum nominatio
perpetua est solius Episcopi, vt tradunt Spe-
culat.*tom.2.tit.de instrum.edit.§. restat,n.*22.
& 25.*argum. textus in auth. de tabellion.* §.
penult. collat. 4. *cap. regenda* 10. *qu.*1.Felin.
in cap.cum P.Tabellio,de fide instrum. Altami-
ran.*in tract. de visit.super verbo,debeant qui-
dem,n.*11.quibus fauent Henric.de Botis *in
tit.de Synodo Episcopi 3.p.art.*1.*n.*297.Aufrer.
*de potest.Eccles. q.*35.*n.* 27. Boërius *decis.*50.
*n.*16.*& decis.*2.*&* 8.*n.*2.Valenzuel.*dict.cons.*
121.*n.*9.dum loquendo *nu.* 8. de creatione,
quam solus Princeps facit de Notariis Re-
giis, æquiparat hanc Episcoporum, quasi
denegando eam creationem aliis potestati-
bus inferioribus; & sic optimo iure nun-
quam potuisse tales Receptores, Notarios
nominare Capitulum nostrum palam est,
absque eo, quod obstet alternare cum Epi-
scopo in intitulando Notarios maiores no-
stræ Audientiæ; quia hoc sustinetur, acce-
dente Episcoporum consensu, vt semper
fit, nec quod nominet scribas pro Merin-
dad, quia ea nominatio non præstat ius
actuando publicè, nisi fiat eligendo ali-
quos, qui sint iam Tabelliones Regij, qui
vt tales facient fidem, non inquam per so-
lam virtutem nominationis Capituli.

Ergo cum dictorum Officiorum nomi- 94
natio, & intitulatio sit iurisdictionis actus,
qui requirit in possidente necessario, vt
probet possidendi causam, & proprietatis
ius,saltim cum aliquo fomento, & colores
sic vt non sufficiat probatio sola actuum
possessionis, vt tollatur calumnia, & mala
fides, Giouagnio *cons.*11.*n.*15.*lib.* 1. Posth.
*dict.obseru.*42.*n.* 40. † Quia causæ possessio- 95
nis iurisdictionis habent mixturam cum
proprietate,Mieres *de Maiorat. p.* 3.*q.* 4. *à
n.*4. Cassador *decis.*1.*in tit.de restit.spol.n.*10.
sequitur, vt cum facultas intitulandi No-
tarios, & ministros publicos pendeat à
Papa, seu à iure; ideo potuit firmare Bald.
in noua impress. cons. 201. *lib.* 2. & vt refert
Mieres, vbi *supra p.*4.*q.*21.*n.* 81. quod sine
priuilegio Principis nulla potest introduci
consuetudo ad creandos Scribas,Tabellio-
nes,aut Notarios. † Et sic vt dictum est 96
supra, tantum posse permitti à Capitulo
creari aliquem Notarium,siue Officialem,
quando necessitas administrationis iustitiæ
in Audientia pungit, & tunc pro breui illo
tempore,dum Sedes Episcopalis vacat.† Et 97
hoc iuxta illam facultatem tantum, quæ
præstant DD. per textum *in dicto cap. quo-
niam contra falsam de prob.* vbi *sub q.* 1. latè
diximus, vt faciant scilicet fidem actorum,
ne illa careant; & hoc etiam ad similitudi-
nem Secretarij Capituli,& Tabellionis *del
concejo* oppidorum, qui tantù fidem faciunt
de actis in Capitulo colloquutis, aut in
Concilio oppidorum, vt abundè probat
cum

cum multis Valenz. *sub dicto consil.* 121. *n.* 10. 11. *&* 12. Vbi quod isti æquiparantur Notariis nauium, qui nullam faciunt fidem extra illas, de quibus *in l.* 1. *tit.* 9. *p.* 5. *& in tit.* 26. *lib.* 4. *recop.*

98 Huc vsque pro Dignitate nostri Episcopatus abundè probatum relinquitur, nec in puncto iuris, nec facti potuisse Decanum, & Capitulum Sede Vac. se introducere in nominatione prædictorum Officiorũ Procuratorum, & Receptorum, quamtumvis assentiamur hæc Officia non annumerari inter illa, quæ dicuntur fructus, & emolumenta, *dict. cap. quia sæpè, & Clem. statutum. de elect.* quorum litteram retulimus *supra à nu.* 1. ex illa etiam declaratione Eminentiss. Cardinal. relata per Cardinal. Bellarmin. *in notis ad Concil. dict. sess.* 24. *cap.* 16. quem refert, & sequitur Franc. Tondutus, *dicta decis.* 80. *n.* 31. *&* 51. nempè non attingere Capitulo Sede Vacante posse eligere aliquem ex Officialibus, nisi quando hæc facultas, aliàs ei Sede plena competeret.

99 Sed nobis visum est etiam in puncto iuris dicta Officia Procuratorum, & Receptorum comprehendi, & subincludi inter fructus, & emolumenta, quæ *in dicto cap. quia sæpè, & dict. Clem.* debent Capitula in Sede Vacante reseruare Episcopo futuro successori in quolibet Episcopatu, quando hæc, aut similia sunt in vsu, prouideri ab Episcopis; tum quia negari non potest, quod & si dicta, & alia Officia vendi, alienari, siue locari non possint, sed dari gratis, vt litterati Capituli, & Decani abundè prosequuti sunt, adhuc coram Auditoribus Regiis, sic profitendo, quod satis impugnat venditionem, quam fecerunt nostri charissimi Decanus, & Capitulum, propriam suam turpitudinem manifestando calum-
100 nia taciturnitatis. † Quam & antea ambitiosè manifestarunt in dicta Sede Vac. D. Illephonsi Mesia, cum anno 1637. idem Capitulum, & Decanus reuocarent omnes Receptores ab Episcopis nominatos, vndecim Canonicis facultatem dando, vt ea Officia venderent, pretioque potirentur, vt constat in processu veteri *fol.* 56. quod non fuerunt assequuti eum affectu; eo quod conquesti dicti Receptores spoliati, restituti fuerunt ab Auditoribus dicto processu *fol.* 63. & licet compertum sit, tam Episcopos nonnullos, quàm idem Capitulũ in omnibus Sede Vacantibus Officia tẽporalia iurisdictionis dare Canonicis suis, qui ea locant, malè quidem, cum ex tali actione committatur simonia, quia prohibita, vt est *D. Fermosin. de Potest. Cap. Sede Vac.* vendere Officia Oeconomi, vice-Domini, Aduocati, Sacristæ & Castaldi *ex c. Saluator* 1. *q.* 3. iuxta declarationem glossæ, *cap. si Episcopus.* 1. *q.* 1. Villalobos *in summa. p.* 2. *tract.* 27. *dif.* 21. *n.* 1. & alij traditi à Barbosa.

Etenim idem Capitulũ, & Decanus non 101
debebant esse immemores, & obliti, quod quando D. Episcopus D. Fr. Antonius de Caceres voluit etiam suo tẽpore facere dictos Receptores de numero amouibiles, vt venderet de nouo Officia, vnà cũ Receptorib. qui conquesti fuerunt, opposuit Capitulum contra dictum Prælatum illam turpitudinem, assequendo etiam autum prouisionalem, quo actio venundandi illa Officia, fuit condẽnata, vt patet ex dicto processu antiquo *fol.* 37. *&* 41. quod si aliqua consuetudine, aliàvè arua simoniæ, dicta Officiorũ venditio, honestaretur, saluando illam etiã à crimine, vt si aliqui ex Episcopis successoribus post D. Fr. Antoniũ de Caceres, & idẽ Decanus, & Capitulum in aliis Sede Vac. alia Officia locauerint, iam quidẽ non possent negare, inter fructus, & emolumenta illa Officia cõnumerari, quæ Episcopo successori mihi non potuerunt auferre fraude, & dolo, vt sibi pecuniam resultantem ex venditione, quam fecerunt illis quinque personis nominatis applicarent, redolens actus illa speciem furti, deque infra procedendo etiam contra suos *asientes* Capitulares positos *sub n.* 125. *&* 126.

Sed stando in sententia, quam probant 102
sui litterati, & quam seniorem sequuti sumus dando illa Officia animo libentissimo puellis orphanis, maritandis, sicut in anima sumus agraciandi eadem, vel alia Officia vacatura fortè nostra Sede plena constante, dicimus nunc quod & si illa Officia vendi nequeant, nihilominus sint, ac debeant numerari, vt fructus, & emolumenta nostri Episcopatus; non enim hæc tantum consistunt in fructu, & emolumento pecuniæ, sed etiam in honore, & agraciatione, qua potiuntur Prælati gratificando homines industrios, & bene meritos ad exercenda Officia Reipublicæ in obsequium, & vtilitatem illius: nam verb. *emolumento*, iuxta *dict. cap. quia sæpè, & dict. Clem. statutum,* quod Decanus, & Capitulum intendunt reducere ad fructus pecuniæ, quæ interuenire non debet innominatio dictorum Officiorum; & ob id illa Officia, reseruanda non fuisse mihi in Episcopatum successore, & iam nominato Episcopo, quando illa vacarunt, non debet coarctari ad fructus pecuniæ, sed etiam ad honorificum, & gratuitum, quod nequam intelli

intelligunt, siquidem illa vox *emolumentum*, vel illa *fructus*, non solum est comprehensiua rei mercenariæ, qualis est pecunia, vel quid aliud temporale æstimabile, sed etiam omne id, quod in honore, aut spiritualitate, vel munificentia consistit, vt verificatur in collationibus beneficiorum, quæ donationes sunt gratitudinaliter, quæ præstantur, ac fiunt bene-
103 meritis † Vt respondendo *ad dict. textum in capite secundo ne Sede Vac.* aduersarij intellexerunt, & tamen istæ, vendibiles non sunt, sed tantum honorificentiæ, iuxta Glossam *in dicto cap. cum olim de maiorit. & obed.* ibi: *Collatio beneficiorum inter bona Episcopalia, fructus, & emolumenta computantur*, Puteus *decis.* 375. *à numero secundo aliàs* 365. *in correct. libro secundo*, Moneta *de distribut. quotid. p.* 1. *q.* 7. *n.* 15. non enim tantum Episcopi recipiunt commoditatem in pecunia, & aliis fructibus temporalibus, & vendibilibus, sed magnam etiam in posse prouidere de Beneficiis, & Officiis suæ curiæ benemeritis, & dignis, Prælatorum munificentiæ, quam omnes appetunt putantes se nondum constitutos in Dignitate, si liberales existere nequeunt, sed hoc dictum de collatione improprie fructus dixisse *in cap. cùm bona de ætate & qualit. ordin. q.* 2. *n.* 6 *&* 7. contra dictam glossam.

104 Ergo cum appellatione emolumentorum, quælibet commoditas veniat. *cap. si hæredes de testam. cap. nemo de simonia*; Lapus, & Cardinalis *dict. Clem. statutum de elect.* imo, & ius patronatus, quod de per se vendi nequit, iuxta quod diximus *in cap. quanto* 3. *de iudiciis, cap. cum Bertoldus de sent. & re iudic.* honorificumque dicatur, vti omnes de illa materia scribentes firmant, Bibiantis, Loterius, Barbosa, Nicolaus Garcia & alij moderni post Paulum de Cathedralis, Lambertinum, & alios ex antiquis, sequitur sine fundamento, vt ex dicta impugnatione litterarum Capituli, debeat carere nostra Dignitas eo fructu, commodo, aut emolumento, quod etiam sub eorum rigorosa coarctatione includitur mente Pontificis loquentis, & decidentis *in dicto cap. quia sæpè, & Clem. statutum*, præcipuè si considerentur. *vers. dict. Clem.* ibi; [Locum declaramus habere in omni emolumento, quod prouenit ex iurisdictione, & sigillo curiæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis, aut alias, vndequaque.] Quis enim negare valebit dicta Officia Procuratorum, & Receptorum, & eorum assignationes, siue nominationes pendere ab ipsa iurisdictione, quam dicti Episcopi exercent; & si hanc partem ausi fuerint cauillare aduersarij, quomodo subterfugiunt? à verbis sequentibus *dict. Clem.* [Aut alias vndequaque, quoad Prælatos; Ecclesiis non vacantibus pertineret &c.] Et in relata declaratione Cardinal. *sup. n.* 3. ibi: [Nec ad Vicarium, nec ad Capitulum spectant, sed debent futuro successori reseruari, si ad Episcopum, Ecclesia non Vacante, peruenissent.] Quid ergo clarius, & vberius pro successore quolibet Episcopo, & pro me efficaciter probante prouisionem, nominationem, & intitulationem prædictorum Officiorum, esse à consuetudine immemorabili priuatiuè nostræ Dignitatis Episcopalis, quocumque tempore, vacant etiamsi Sede Vacante.

Et quam latè fructus, & emolumenta 105
pateant sub intelligentia dictarum decisionum Pontificum, & declarationis Cardinal. siquidem verb. *in omni emolumento* procedit etiam in pænis, quæ vocantur *de camara*, vt dicit Glossa *in dicta Clem. verbo ea iurisdictione*; item decimę executionum, Cardinalis Zabarella *in dicta Clem. n.* 4. *in fine*, & quæ proueniunt ex multis sacrilegiorum, excessuum, & spontanearum, Barbosa *tract. de appell. verbor. significat. appell.* 87. *nu.* 3. Rota Insiguina pænarum 28. Nouemb. 1608. coram R. Attrebaten. impressa per Farin. *decis.* 236. *in fine p.* 2. *recent.* & per hoc à fortiori procedere in prouisionibus, & nominationibus Audientiæ Officialium, quæ etiam veniunt appellatione emolumentorum, Mastrillus *lib.* 4. *de Magistr. cap.* 17. *n.* 2. post Bobadill. *lib.* 2. *politicæ c.* 16. *n.* 41. & antè eos Baldus *in l. fin. in princ. ff. soluto matrim.* Albericus *in l. vsufructu legato ff. de vsufructu*, Petrus Gregor. *de conces. feudi p.* 1. *q.* 10. *n.* 12. Capiblanc. de Baronibus *pragm.* 5. *n.* 60. nec mirum cum horum donatio sit minoris momenti, quam beneficiorum Ecclesiasticorum, in quibus, vt dictum est Episcopi liberalitatem optimo iure exercent, elargiendo fructus, iuxta intellectum Gonzalez *in reg.* 8. *Cancell.* §. 4. *proœm. à n.* 47. *maximè* 51. & si intellectus, quo prestiterint litterati Capituli, *ad t. quia sæpè, & d. Clem. statutum esse*, dicendo etiam ea iura non practicari inter Episcopos Hispanos.

Et magis sine dubio si considerarent De- 106
canus, & Capitulũ vllo vnquã modo fuisse in vero aliquo actu possessorio, de prouidẽdo prædicta Officia aduitã vt satis probatũ relinquitur, & multominus, siquidem nequeunt probare possessionẽ immemorialẽ, quã allegant, aduersus quã pugnant omnes actus processus antiqui, & moderni, vt notauimus; cumq; aduersus quęlibet Capitula

Ecclesia

Ecclesiarum pugnent verba dicti *cap. sapè, & Clem. statutum.* quibus condemnatur, & reprobatur quælibet consuetudo in contrarium, *in vers. non obstantibus*, vbi etiam improbantur priuilegia, & constitutiones contrariæ *in dicto cap. quia sapè, & dict. Clem.* ibi: *Consuetudine qualibet non obstante*, de qua consuetudine improbata, aut eius effectibus, quia latissime diximus *sub cap. fin. de constit.* non loquimur, quia ex præcitatis verbis, satis significatur sensus Pontificis; ideo solùm dicimus, quod nisus Capituli nostri nequit præualere in immemoriali, quam allegat; eo quod eam debuisset probare cum requisitis Glossæ *in cap. 1. de præscript. n. 6.* quod non facit, nec
107 poterit. † Et si his diebus auditum sit omnes de Capitulo anxiè appetere reuolutionem sui Archiuij, & Notariorum, duosque ex illis dicere, inuenisse alias antiquissimas nominationes factas in Sede Vacante certorum Officialium, Receptorum & Procuratorum, quæ & si præsententur, non officient, nec inducent immemorialem, sed quod verum non sit existimamus; non enim obliuioni eas nominationes factas ad vitam sic relinquerent, non reseruando Episcopis prouisionem, quando à dict. ann. 1615. 1637. & 1661. toties tentarunt illa Officia prouidere subterfugio sub dolo, & fraude, & si fortè appareant, quis non videbit, aut existimabit supplantari eas ad subuertendum ius nostrum viis non planis, cum his etiam diebus audiatur inter ipsos colloqui de quærendo quomodo ad manus habeant processum originalem desideratum per eos ad curiam Nuncij perduci, vt recolligendo, abscondant, seu concrement, ne in posterum appareant informationes illorum antiquorum testium iam defunctorum, qui de iure Episcopali, & de
108 malitia Capituli testes oculares fuerunt, † Vel sicut alij autumant velle suspendere diligentias futuras, translato dicto processu ad curiam, vt accidente in nobis morte, siue translatione, facilius prosequantur nominationes dictorum Officialium, aliáque machinantes in certa deputatione speciali nonnullorum ex Capitularibus, vt res maiori cum secreto profluat, aduersus quæ, ne acta processus depereant, memoriàque adsit originalium, visum est antè eorum traditionem transcripsisse, & authorizasse transumptum illorum vna cum actu *de fuerça* Domin. Auditores Cancel. Vallisolet. 13. huius mensis Iulij, vt sic hac via eorum calumniis obuietur, &

semper aliqua ratio de illis constet in Officio, quod nunc possidet Emanuel de Ordas, vnus ex quatuor Notariis nostræ Audientiæ, apud quem inuentus fuit dictus originalis processus, quem hodie iam habent dict. Capitulum, & Decanus, quando ad fundandas nominationes, quas fecerunt de dictis Procuratoribus, & Receptoribus, manifestabant illum, vt fundarent suam intentionem; talis est inquam in illis vera intelligentia actorum dicti processus.

Poterant litterati eiusdem Capituli adstruere magis, ac magis suum desiderium ex doctrina textus in dicto *cap. cum Ecclesia Sutrina*, quatenus, quemadmodum in illa specie, Clerici, de quibus ibi manutenti fuerint in possessione coëligendi Episcopum cum Canonicis Ecclesiæ Sutrinæ; eo quod in tribus aliis primis electionibus coëlegissent; ita & nostro casu, nostrum Decanum, & Capitulum manutenendos fecisse; siquidem antea, vt retulimus, probant ex actis processus, & ex titulis datis per eos in eo inclusis, Primo anno 1615. nominasse Receptores dict. Ioannem Lopez, Secundo 1637. Antonium Bueno, & Christophorum de Valacçer, Tertio dict. Didacum Rodriguez Santalla, anno 1661. & Vltimo quatuor postremos, super quibus est orta lis; & sic quemadmodum illi Clerici propter tres primas electiones manutenti fuerunt in quarta vltima, & si de iure essent inhabiles ad eligendum Episcopos; ita & nunc dictos Decanum, & Capitulum manutenendos in hac vltima nominatione Ministrorum, quamtumvis essent inhabiles de iure ad nominandos dictos Procuratores, & Receptores per *dict. cap. quia sapè, & dict. Clem. statutum.* 109

Non inquam obstat decisio illa Pontificia, cum ex ea clarè pateat ideo Clericos manutenendos fuisse, quia in tribus antea electionibus Episcoporum vna cum Canonicis non clam, & furtim, sed de consensu, & admissione, quam de Clericis fecerunt dicti Canonici Sutrini, vt ex illa littera percipitur, ac sequitur communis Doctorum opinio, quam nos retulimus *in dicto cap. cum Ecclesia Sutrina*, ac probat cum infinitis Barbosa *in cap. ad decimas de restit. spol. libro sexto numero septimo.* In nostro autem casu, aliud probatum est; siquidem vltra resistentiam iam dictam Episcoporum, illi 110

actus fuerunt in Sede Vacante, qui non præiudicent, vt dictum est, illisque insciis, qui præiudicare non potuerunt.

111 Et minus decisio textus *in cap. licet Episcopus*.28.quam adducunt litterati dicti Capituli *de Prabend. & Dignit. lib. 6.* contra textus decisionem *in cap. de multa de prab. cap.4. de atate ordinandor.* Vbi quod possessio duorum beneficiorum incompatibilium, prohibetur retineri eodem tempore; nihilominus, qui spoliatus fuerit, ab Episcopo restitutus fuit & manutentus; & sic quod regula *spoliatus antè omnia* debet practicari penes quemque detentorem iniustum, etiam latronem, vt per DD. *in cap. conquerente, & in cap.cæteris de restit.spol.* & ob id minus contra eosdem Capitulum, & Decanum nostræ Cathedralis, aduersus quos nulla inuenitur iuris resistentia, quominus desinant potuisse Receptores, & Procuratores nominasse.

112 Quia respondetur quod & si ad prouidendum illa Officia Decanus, & Capitulum nullo iure resisterentur: tamen vltra intellectum Barbosæ *in cap. ad decimas n.9. de restit. spoliat. lib.6.* Couarr. *legend. pract. cap.17.n.6.* Menoch. *de retent. rem. vltimo à n.21*, Rota *decis.334. n.7.p.1.diuers.* Beltramin. *in addit. ad* Alex. Ludouic. *decis.* 370. *num.* 10. quem referunt litterati eiusdem; ideo notorium defectum proprietatis non nocuisse, quia pugna fuit cum alio tertio, vti hic contingit; siquidem spoliatio, quam nos facimus, fuit aduersus tertios, scilicet ministros Officiales, quos malè applicuerunt ad propositum, & vltra intellectus, quos retulit idem Barbosa *num. seq.* potius est, vt diceretur ideo restitutum, fuisse ab Episcopo spoliatum, non obstante incompatibilitate; quia non semper ius commune assistit Episcopo conferenti, cum possit, & hoc ius conferendi alij competere, veluti apud nos in hac Cathedrali practicatur, in qua degunt Archidiaconi vocati *del Vierço*, & *del Paramo*, & *de Riuasdesil*, *de Robleda*, & *de Carualleda*, qui omnes in suis destrictis habent ius conferendi beneficia iurispatronatus; & sic ex hac diuersitate potuit contingere, vt Episcopus spolians, spoliando iniustè, ageret; tum ex eo, quia multi sunt casus, in quibus permittitur duarum Ecclesiarum, seu beneficiorum incompatibilitas, vt omnes agnoscunt per textum *in dicto cap. de multa*; & sic potuit *in dicto cap. licet* restitui. aduersus spolium Episcopi, qui intellectus saluat generalitatem *dicti cap. ad decimas* in quo nos fundamenta iacimus ad persistendum in defendendo spolio prouiso contra dictos Notarios, & Procuratores, præcipuè etiam si considerentur decisiones Pontificiæ *in constit.S. de filus, Presbyt. cap. ad extirpandas eodem*, quas expendit idem Barbosa *in dicto cap.ad decimas n.11.*

Sed melius alij, nempè quia & si *in dicto* 113
cap. licet prohibeatur spolium sine citatione, non autem ibi Pontifex post spolium commissum concedit restitutionem, Menoch. *de recuper. rem.15. n. 259.& n.467.* Felin. *in cap. ad petitionem de accusat. n.16.* Peregrin. *de iure fisci n.57.tit. habentes iura fisci*, ex ea ratione, quia si cui resistit spoliato ius, esset restitutio facienda, lex foueret peccatum, quod procedit ex notoria rei alienæ occupatione, Parisius *cons.12.n.5.lib.4.* Caffador. *dec.3.n.4.* Couar. *pract.c.23.n.4. propè fin.* qui omnes existimant dato solo notorio defectu proprietatis, non esse faciendam restitutionem spolij, etiam si fieret lite pendente, & à fortiori iure resistente, vt benè fundant Caued. *decis.15.num.6.& 18.* Marescot. *lib.1.variar.cap.11.à num.56.* & alij etiam firmantes, quando adest ea notorietas siue resistentia, nunquam spoliatorem teneri ad restituendum spoliatum, & si eum non citasset *per dict. cap. constitutum de filiis Presbyter. dict. cap. ad extirpandas eodem cap. quemadmodum vers. quia turpius.*

Vndè quantumuis pro se Capitulum, & 114
Decanus allegent stabilitatem dictæ regulæ *spoliatus ante omnia est restituendus*, vt supra relatum est, dicentes, quod & si fallat, quando spoliato obstat tituli notorius defectus, ac ius illi resistit cum vehementia, vt *in dicto cap. ad decimas*, quem tantum admittunt loqui in beneficiis, non inquam in Officiis per glossam *dicti cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. in vers. non igitur*, tamen vltra quod etiam limitant illam, Ripa *in l. naturaliter §. nihil commune n.46. in casibus* 24. Corsetus *in tract. fallent. ad reg. spoliatus ante omnia in octauo tract. diuers. DD.* in 50. casibus, & cum illis communiter DD. inter quos Socinus *reg.* 369. *& in dict. l. naturaliter n.126.* Mieres *de maiorat. 3.p.q.14. per totam*, Riccius *collect.* 36. Gomezius, *in l.55. Tauri sub n.* 133. de qua nos etiam latè *in dicto cap. litteris q. 8. & in dicto cap. conquerente q.1. & 2. de rest. spol.* vbi ad amussim in præsenti casu Decanus, & Capitulum, eiusque nominati potuerint spoliari nec restitui; quia contra eos aderat iuris repugnantia, quæ resultat ex textu *in dict. cap. quia sæpè, & dict. Clem. statutum.*

Et per hoc illa, quæ prouenit *ex dicto c.* 115
ad decimas de restit. spoliat. quæ vniuersaliter loquitur

loquitur etiam vltra causas beneficiales, vt quoties scilicet resistit spoliato notorius tituli, aut iuris defectus in proprietate, numquam restituendus venit ante omnia, sed fore sustinendum spolium, vt in aliis casibus spiritualibus, matrimonialibus, & similibus, etiam in temporalibus ex adductis per Barbosam *ibi nu.* 14. cum Nauarro, Ripa, Menochio, Decio, Gutierre, Anton. Gabriel. & aliis, quos refert ibi *n.* 2. per verba *vers. ibi sitque manifestum*, concludendo, quod in omnibus inquam casibus adest resistentia iuris contra spoliatum, & assistentia in fauorem spoliantis, non est restituendus spoliatus.

116 Et in tantum ad nostrum casum procedere ait Barbosa, etiam si spoliator spolium exequeretur, lite, vel appellatione pendente, & etiam in casu, quo spoliatus alleget, vt sit restituendus ante omnia agens tantum per viam attentatorum, vt in statum pristinum reponatur, & omnia penitus reuocentur, iuxta *decis. textus in cap. bonæ de appel. cap. non solum eod. lib. 6. hic e spoliato*, si ius commune resistit, & assistit, spoliatori non est restitutio facienda, cum alias lex foueret peccatum, Rota *decis. 2. eodem tit. de rest. spoliat. in nouissim. & decis. 13. eodem tit. in antiquis*, Cassadorus *decis. 3. n. 4.* Menoch. *de recuper. à n. 32.* Nauarr. *in cap. accepta de restit. spoliat. opposit. 2. n.* 5. cum multis Caued. *decis. Lusitan. n. 15. 16. & 18.* nos latè *sub cap. 10. & sub cap. litteris. q. 2. à q. 1. & in cap. 7.* cum aliis *de restit. spoliat.* Vbi explanamus difficiliora, & textus ita consequitur, quod & si adducta pro Capitulo, & Decano regula: *spoliatus* (scilicet) *est ante omnia restituendus*, quantumvis inter tyrones euoluatur prædonem, ante omnia esse restituendum: tamen ab eodem responso, quod à Doctoribus huic communi dicterio datur *in dicto. cap. in litteris de restit spoliat.* & nos scripsimus *dist. q. 8. & in dict. cap. conquerente. q. 1. & 2.* ideo *in dicto cap. olim 12.*
117 *q. 1.* † Et per alias potuimus firmare Dominum posse propria sua authoritate apprehendere possessionem, atque vti resistendo quemcumque alium detentorem, & reperiantur Decanus, & Capitulum intrusi detentores, potuimus Nos, & noster Vicarius nominatos à Capitulo Procuratores, & Receptores spoliare: nam ex quo vt latè probatum relinquitur nos proprio iure vsi sumus, potuimus illos ab exercitio auellere sine aliquo offendiculo, atque præiudicio; non enim potuerunt Decanus, & Capitulum iustè prætendere manuteneri in nominationibus, quas fecerunt, nec ab eis nominati legitimè conqueri ad Regios Senatores, vt fecerunt ad textum *in dicto cap. ad decimas*, & præcipuè cum omnes Capituli nominationes tantum durare valeant pro interim illo Sedis Vacantis.

Vndè iam non debuerunt audiri littera- 118
ti Decani, & Capituli, & Procuratores, & Receptores per eos nominati per viam violentiæ ad Cancellariam Vallisoletanam processum deferendo ex primo die Iunij huius anni conquerentes de spolio allegantes restitutionem sibi debitam, vimque nos fecisse notoriam; eo quod appellatio regulariter operatur vtrumque effectum, nisi exprese reperiatur prohibita; at ea, quæ diximus *in cap. 11. de appell. &* DD. per textus *in l. in minoribus. Cod. de appell.* Barbosa *in dicto cap. non solum. de appell. lib. 6. n* 4. & quia in terminis Notariorum, & aliorum Officialium Audientiæ Ecclesiasticæ, quod remoti ab Officio, quod exercebant sine titulo sua appellatio, operetur vtrumque effectum, sic, vt exequendo, vim facient Episcopus, & eius Vicarius Generalis, Zeballos *com. contra com. q. 225. à nu. 10. & à n. 18.* dum dicit fuisse necessarium, vt cum cognitione causæ procederetur, auditis defensionibus, legendus *à n. 22. & q. 62. de cognit. per viam viol. à n. 24. &* 42. in verbis sequentibus: [Ob hanc rationem quoties recurritur ad supremum Regis Consilium siue in causis temporalibus, siue Ecclesiasticis defenditur, qui de facto sunt eiecti à sua possessione, vel detentione, donec per causas legitimas constiterit de reuocatione.] Et quia in spolio, quod fecimus, nos defecit citatio, & ordo, vim esse cognitam, taliter vt Augustinus Barbosa *lib. 2. voto decis. 48. n. 13.* qui nimis in suis scriptis hoc remedium mittendi processus per viam violentiæ ad Regias Cancel. damnauit, fatetur iustum esse actum Regium declarantem vim fecisse spoliatorem; & hoc sic etiā procedere allegārunt in materia, quamtumuis executiua, cum inordinatè processum sit à nobis, ad textum *in cap. exhibita de iudic.* vbi latè scripsimus, & ex à Caucdo *in l. 3. tit. 7. lib. 7. recop. n. 55.* & Salgado. *2. p. cap. 6. à n. 21. & 68. & cap. 13. à n. 136. & 4. p. cap 13. ferè per totum*, & cum Larrea *in decis. Granat. 2. n.* 8. dicente quod generaliter vim facit remouens quemque Officialium ab exercitio publico; imo, & quod lethaliter peccasset rem D. Ioanne Solorzano *lib. 3. de iure Indiar. cap 13. n. 60 67. & 68.* dicente, quod & si iuxta veriorem sententiam queat Episcopus remouere suum Vicarium Generalem ad libitum, vti diximus. *sub c. 5.*

q. 12. *de foro comp.* tamen si sine causa amouerit, vim iudicem Ecclesiasticum facere, & ex dict. Larrea *dict. decis.* 2. n. 5. dicente nimis fore attendendū ad honores Officialium, quos amittunt, si sine causa remouerentur, vt hic contingit.

119 Non enim hæc, & alia, quæ possent cumulare dicti litterati, poterant, nec potuerunt præuertere intellectum rectum Auditorum Regiæ Cancellariæ, apud quos Decanus, & Capitulum, & ministri ab eis Consilio, & expensis adiuti, admodum confisi, quærebant remedium, quod præ cæteris elegerunt; quia cum ex longè huc vsque ante dictis, & ex narratiua processus animaduerterent ipsimet Auditores ad veritatem, qua nos nitebamur nixi in proprio iure antiquissimo post nonnullas dilationes ab aduersariis intentas, declararunt nos, & nostrum Vicarium nullam fecisse vim spoliando dictos nominatos à

120 Capitulo, & Decano, † Et quidem rectè, non tantum per iam longè dicta, sed quia, veritate factorum inspecta potuerunt, vt nos fecimus Auditores tales sic nominatos, à Capitulo ex Officio amouere, manutenendo, Dignitatem nostram in antiquissima illa possessione, in qua permansit & permanet nominandi dictos Procuratores, & Receptores, ad vitam & hoc per doctrinam textus *in leg. si seruus vers. Cod quod cum eo*, Iacob. de Tremis, Cyni, Bald. Angel. & Salycet. probantium, quod si possessor legitimus, qui expellit detentorem, propria authoritate timeat, vt expulsus resideat, & eum inquietet, possit in hoc implorare iudicis Officium, & eius protectionem, vt in possessione tueatur.

121 Quod etiam tenuerunt Bald. Paul. Salycet. Alex. & alij per textum *in l. si super possessione, vers. fin. Cod. de transact.* ex verbis ibi: [Cuius rei gratia vir clarissimus Præses prouinciæ interpellatus vim fieri prohibebit,] Bart. & DD. per textum *in l. sed inter te ff. de seruitutib. vrbanor. præd.* idem Bart. Bald. Angel. & cæteri scribentes per bonum textum *in l. fin. in princ. Cod.* quod metus causa, & alij *per text. & titul. ne vis fiat ei*, & idem Bald. summè notans ad id textum singularem *in l. si pater Cod. qui bon. possess.* Vbi ille, qui pro debito alterius timet grauari, potest Officium iudicis implorare, vt iudex inhibeat, ne fiat, vt specialiter notauit Iason *in l. si super transf. Cod. de transact. n. 6. col.* 2. nos latè alia plura congerendo *in dicto cap. olim per tot. & sub dicta q.* 1. *à n.* 1. 10. & 11. & cum aliis, & *n.* 17. & per ea, quæ ibi diximus *q.* 3. *de successore Maioratus*, qui potest amouere propria authoritate, & per vim detentorem Maioratus expellere.

Cumque nos de iure processissemus; 122 itemque deberemus procedere ad obseruantiam iam allegatæ constitutionis Synodalis, quæ vim legis habet in hoc Episcopatu per illa, quæ latè scripsimus *sub Rub. de constit. q.* 9. 10. & 11. Vbi de vi constitutionem, & statutorum pro Diœcesibus, ac integræ nostri Episcopatus, vna cum Decano, Capitulo, & Clero stabilitæ sint anno 1592. *fol.* 296. per verba ibi: *Las quales dichas constituciones hicimos* (loquitur Episcopus Rojas) *de voluntad y consentimiento expresso, que para ello dieron el Dean y Cauildo de esta Santa Iglesia, y los Disputados della, y dela nuestra Collegial de Villa Franca y clero, conquien lo tratamos, y communicamos*, & *infra*, de quo & approbatione à Decano, & Capitulo facta, earum testatur Canonic. Petrus Moreno illius Secretarius ex vers. *y o Pedro Moreno* &c. ideo illa de Receptoribus loquente, iam supra notata, & practicata, vt dictum est, debuit à nobis fieri, vt obseruaretur remouendo quælibet impedimenta, & spernendo friuolam appellationem Decani, & Capituli, & nominatorum ab illis ex doctrina legis *fin. §. fin. ff. quib. appell. non licet, l. ab executore. Cod. de appell. l. ab executore Cod. quorum appell. non recip.* Gonzalez *in reg.* 8. *Cancell. §.* 7. *proœm. n.* 86. & per illa, quæ nos diximus *sub cap.* 3. *de appell.* nempè nec à lege, nec ab eius executore admittendam appellationem, vti friuolam, & calumniosam, quam iudex reijcere debet, vt *in cap. cum de appellationibus friuolis. de appell. lib.* 6. in terminis Gaspar. Rodriguez *de ann. reddit. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 67. Lara *de anniuers. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 8. quæ tunc dicetur talis, quando nequit effectum sortiri, uec prodesse interponenti eam; idem Gaspar. *supr. n.* 68. Scaccia *de appell. q.* 2. *n.* 50. Salgado *de protect. Regia cap.* 6. *n.* 44. nos latè *sub tit. de appel.*

Propter quæ, & alia iustissimè Senatores 123 Regij Vallisoletani doctiores semper, & attentissimi, his, & aliis consideratis pronunciarunt autum sequentem, quem hic placuit inserere, ne temporum iniuria, & facili deperitione Episcoporum nostræ Diœcesis, & arte nimis solerti Capituli obliuione sepeliatur, ac pateat coram quo Tabellione de Camara in ea Regali Cancellaria fuit pronunciatum.

AVTO

AVTO REAL,

124 *Entre Diego Rodriguez Santalla, y Francisco de Medina Receptores de el numero de la Audiencia Episcopal del obispado de Astorga, y Antonio Rodriguez Coello Procurador de el numero de dicha Audiencia, y Francisco de Sorriuas su Procurador de la vna parte: y D. Miguel de Serna, y Vaga Promotor Fiscal de dicho obispado de la otra.*

Visto este proceso y autos del por los señores Presidente y Oydores de esta Real audiencia y Chancilleria de el Rey nuestro señor en Valladolid a treçe de Iulio demil y seiscientos y sesenta y tres años (*Dixeron que el. Prouisor de la Ciudad y Obispado de Astorga, que de este pleyto y causa conoce, en no Otorgar a los dichos Diego Rodriguez Santalla, Francisco de Medina, y a Antonio Rodriguez coello, la apelacion que de ante el, por su parte fue interpuesta, no haçe fuerça, y se la remite*) *el auto Original* (dicit Tabellio de Camera) *cuio traslado es este esta Rubricado dela Rubricas, y señales de las firmas delos Señores D. Ioseph. de las Cuebas, D. Matheo de Riaño, y D. Melchior de Cordoba y Zapata, Oydores de esta dicha Real audiencia, y en fee dello yo Gregorio, Ruiz de la Binuella, Escriuano del numero della lo firmé, el dia mes y año arriua dichos.*

Gregorio Ruiz dela Binuella.

ADDITIO.

Respondens ad noua.

125 Post hæc scripta scitum à nobis fuit conatu maximo Decanum, & Capitulum nostrum decreuisse super prosequenda hac lite coram Domino, ac doctissimo Auditore Hispanicæ Nunciaturæ, & virtute aliquarum nominationum Receptorum, & Procuratorum in scriptis repertarum in suis libris de actis Capitularibus ab anno præterito 1542. ad nostrum tempus compulsatarum, quibus intendunt efficaciter probare, se ipsos esse in tam inueterata possessione nominandi in Sede Vacante prædictos Officiales Ministros nostræ Curiæ, signante dicto anno 1542. Mensis Augusti die 23. nempè, vt creauerint *por Notarios y Secretarios del dicho cabildo para aueriguacion de los valores de los frutos Eclesiasticos*, totius Diœcesis Franciscum de Balderas, Ioannem Sierra, Franciscum Campano, Rodericum Caruajo Clericos, & Illephonsum Paricio, Ildephonsum Rodriguez, Franciscum Nieto, Franc. Lopez, & Christophorum Montoya, *Clerigos, y legos.* Et postea anno 1573. quod præstiterint assensum Petro Martinez Procuratori, vt resignaret in manibus Capituli, qua admissa, illico nominasse Canonicum suum D. Antonium de Ocariz. Et postea anno 1574. nominarint pro Receptore à *Cruz de Isla, para escriuir en la Obispalia, y que le mandaron haçer titulo en forma*; & quod eo anno præstiterunt assensum Petro Aluarez Procuratori, vt resignaret tale Officium ad fauorem cuiusdam Nicolai Rodriguez; item etiam, quod anno 1583. præstiterunt alium assensum Ioanni Moreno Procuratori, vt tale Officium resignaret, & quod loco illius *nombraron à Ioan. Moreno el moço*; & in eodem anno, quod Capitulum nominauit ad Officium Notariatus tunc Vacantis quendam Bartholomæum de Iunco, qui illico intra duos menses petiit à Capitulo, vt sibimet assensum præstarent, vt renunciaret dictum Notariatus Officium; ad quod illico Decanus, & Capitulum nominarunt Petrum Iunco filium dicti Bartholomæi, illum attitulando, & quod anno 1584. relatus Anton. de Ocariz petiit, antequam præsentarentur Bullæ Episcopatus, præstitissent ei assensum, vt renunciaret Officium, quod habebat Notarius, quo admisso, Capitulum nominarit illico Antonium Martinez *Notario Apostolico*; & quod dicto anno 1584. Decanus, & Capitulum reduxerunt ad numerum duodecim Receptorum, Receptores 28. qui tunc exercebant: huc vsque nominationes antiquæ compulsatæ.

126 Deindè compulsarunt sequentes ab anno 1615. in Sede Vacante post mortem iam supra nominati Domini D. fr. Antonij de Caceres Episcopi, & primo dicunt die 24. Iulij se congregasse ad nominandos ministros pro Sede Vacante nominando fiscalem Matthæum *Sochantre*, Carcerarium *a Castañeda*, & *Merino a Bernardino Daça*; & die 31. dicti mensis in alio Capitulo nominarunt

nominarunt Receptores sequentes *en la Sede Vacante*, attitulando eos ad beneplacitum Capituli, & pro tempore, quo voluisset, *a Alonso Becerra, Andres Becerra el moço, Gaspar Luis Cãpano, Castaneda, Iuan. de Soto, Cordoua, Antonio Flores, Gabriel Martinez, Antonio Cantero, Rodrigo Cantero, Ioan Lopez Reynoso: por Escriuanos dela Obispalia a Marcos de Vega, y a Andres Perez*. Et in alio Capitulo ad Officium executoris *a Luis de Açebedo a la voluntad de el Cauildo, con condicion, que de nuebas fianças y sole tome residençia*, & non aliter. Et in alio Capitulo *nombraron por Escriuano de Lucillo a Matheo Martinez*, & Ioannem de Quina *por Escriuano de la Obispalia*, & in alio Capitulo *por Visitador de testamentos de el Obispado al Señor Geronimo Muñoz*.

127 Et quod postea anno 1636. per mortem Episcopi iam supra relati *D. Alonso Mesia de Touar hauiendo nombrado, Prouisores, Fiscal, Visitadores, Merino, Executor, Secretario de Visitadores, y Notario de la residencia, pasaron a nombrar doce Receptores, todos Canonigos, mandando, que no se vendiese ningun Officio, ni se diese a valuros, mandando poner censuras, paraque se declare si algun Canonigo huuiere vendido su Officio, con priuacion, y al comprador*. Et alio actu Capitulari constat, *como Geronimo Rodriguez Receptor, pidiò assenso al Cauildo para dar su Officio, a Antonio Bueno*, de quibus constat in processu supra relato; & quod nominauerint in alio Officio, *de Receptor Vaco por muerte de Iuan Amigo, a Chrystobal de Valcarçel*, de quo dictũ est supra: *y mas abajo dieron titulo dela Merindad, a Iuan de Prada Notario. (Tomo posessiõ el señor Obispo D. Luis Garcia Rodriguez en 31. de Mayo de 1637.) y en 36 de Abril, y a muerte, se iuntaron el Dean y Cabildo, y acordaron, que los Officios dados por la Sede Vacante no se vendiessen por los nombrados pena de ser castigados*.

128 *Y poniendo otro acuerdo de protocolo 45. à fol. 341. o. 383. de 29. de Março de 1640. asientan que hallandose el Obispo, que oy es, en dicho Cauildo con los demas, como Canonigo Doctoral, que ya era desde 17. de Septiembre de 1639. y como en Marzo de 1640. Balthasar Hidalgo Receptor hallandose dicho Obispo que oy es, como tal canonigo, pareçe que dicho Balthasar Hidalgo Receptor, renunció dicho su Officio, y que pidiendole Martin de Gaulanes, sele dio el Cauildo y despues por muerte del Obispo D. Diego Salçedo Beancos, pareçe que en 6. de Abril. de 1644. se iunto el Cauildo, aprouecer los Officios (y a el Obispo que oy es, estaua Canonigo de Valladolid) proueieron los Officios de Fiscal, Alguazil, y seis Notarios de Visita, para que fuesen con los Visitadores, todos en Canonigos, con facultad de nombrar ellos, aquienes fuesen con dichos Visitadores, (que ordinariamente lo den a sus criados, que a cada Canonigo les traeen el dinero, que Resulta deeada Notaria de visita) y executor, y ay mas abajo otro acuerdo de hauer muerto Antonio Bueno, y que por su muerte dio al Cauildo el nombramiento a Theresa Garçia para, aiuda de su remedio reseruando hacer titulo alquesecasasse con ella: y luego acauan su compulso con hauer nombrado año pasado de 1662. ya por muerte, y a dando su assenso a dos Receptores, y a dos Procuradores que an dado causa a esse pleyto*.

Ex dictis omnibus Capitularibus decretis, inquib. intendunt maximopere, & conatu nos vincere, in tantum, quod & si die proxima 16. huius mensis Augusti in suo Capitulari Sacristæ Decanus, & integrum Capitulum ad rogatum meum congregati sint, & Nos coram omnibus per horam illos exhortando ad pacem, auditi quidem non fuimus; quia & si in illo vespere ad Nos miserunt alios quatuor Commissarios Capituli mihi tradentes simplicem papyrum de alio compromisso faciendo; in quo ipsimet præsentarent alia instrumenta, aut probationes, si quas haberent; & quod si fuissent momenti, nos recederemus à lite, inter quæ expresse posuerunt, quod iudex compromissarius arbiter iuris esset D. Auditor nunciaturæ; in qua nominatione complacuimus, animo libentissimo, vt tam magnus, & litteratissimus vir, visis ad oculos omnibus actis, Nos ad concordiam reduceret; sic vt in perpetuum lis sopiretur etiam pro temporibus futuris omnium Prælatorũ successorum, hoc propter apparentiam sic proposuerunt; siquidem etiam petierunt, quod Nos Episcopus reponeremus omnia à nobis facta, quod restitueremus ad possessionem nominatos per eos; & item quod illud compromissum solùm sonaret pro petita manutentione, quasi volentes, quod postea lis in possessorio plenario posset sequi. 129

Ita fuit discursus factus per illum Canonicum Doctoralem, qui instat pro lite longa prosequenda, vt degat Matriti expensis Capituli, illico audito nostro responso de non reponendo à nobis facta, vociferendo coram omnibus de Capitulo, dixit, sequenda est lis, promittens eis certam victoriam; & ob id die 18. sequenti, iter arripiendo ad curiam Matritensem, Nos, vt defendamus iura Episcopalia, posito hic tenore dicti discursus compaginati à dicto 129

Doctora

Doctorali, in verbis sequentibus luste prouocamur. *Que si su Illustrissima gustare que se consiga congusto, aclamacion, y aprobacion de todos, se à de seruir su Illustrissima de poner este pleyto en el estado, que tenia, quando su Illustrissima entrò, en este Obispado; y seruiendose de ponerle asi, y precediendo los tratados y mas solemnidades necessarias, se comprometissen todas las differencias, que ay sobre la prouision de dichos Officios en el señor Auditor de la Nunçiatura de España, como arbitro iuris, y Iuez ordinario en este negocio, con plena facultad, para que en vista de las informaçiones, papeles, y derechos de las partes, ad iudique la iurisdicion y derecho para la prouision, y nominacion, a quien le tocare y pertineza, paraque de esta manera su Illustrissima y el Cauildo cumplan con la obligaçion, que tienen de defender su Dignidad, mesa Capitular, y iurisdicçion.* (Et addit clausulam sequentem dictorum implicatiuam) *lo qual se entiende en el articulo dela manutençion.*

131 Etenim satis aperta est contentio, quam nostrum Capitulum vult sustentare contra nostram Dignitatem Episcopalem, propter eius inueteratam consuetudinem litigandi cum suis Episcopis, cum certi sint iam à dicto anno 1639. in quo nos receperint, vt Canonicum Doctoralem de nostra vrbanitate, appacibilitate, & voluntate, ad resecandas lites, quas tunc temporis iam ortas, & cum tribus Agentibus de suo Capitulo Præbendatis, degentibus Romæ, Matriti, & Vallisoleti, magnis Capituli expensis, Capitulum contra diuersos prosequebatur, quibus Agentibus sublatis per nostram solicitudinem, redacta fuit hæc communitas ad magnam tranquillitatem, quo vsque transitum fecimus ad aliam Præbendam, quam obtinuimus in Ecclesia Vallisolet. anno præterito 1643. die 17. Septemb.

132 Et considerando omnes dictos *asientos* Capitulares, quibus robuste consilio sui dicti Doctoralis, ad arma nos prouocant, pro tempore longo (quando per viam compromissi intra mensem, dictus doctissimus Auditor Nunciaturæ valebat nos componere, & vt Capitulum ad id instaret, potius interesset illi, vt Episcopus, nihil nunc immutaret de suis actis; siquidem non restituendo spoliatos magna cum cura, solicitus esset dictus Doctoralis, vt consequeretur, ac breui via à Domino Auditore sententiam in perpetuum definitiuam, sed hoc non vult propter dictum supra.

Ex illis omnibus nihil inuenitur, quod 133 immutare iudices valeat futuros; siquidem, quod ex singulis nominationibus in illis repertis (esto quod essent in forma probanti, & nempè tantum, vt moris fuit, Capitulo in quaque Sede Vacante, à tempore dicti anni 1542. Congregationes fecisse ad nominandos Ministros Officiales pro tempore tantum, quo durasset, quæque Sedes Vacans, vsque ad aduentum noui Episcopi, nominando Prouisores, Visitatores, Fiscalem, Alguacellum, Executorem, Carcerarium, Notarios *de Visita*, Receptores, Merinum, & Scribas *para la Merindad &c.* Quorum omnium Officia, apertum est tantum virtute nominationum Capituli, non amplius duratura in exercitio, quam ad aduentum noui Episcopi, vti etiam hodie contigit respectu Prouisorum, Visitatorum, Alguacelli, Fiscalis, Carcerarij, Executoris, Merini, Notariorum *de Visita*, & Scribarum dictæ *Merindad.*

Et quamuis dictum de Receptoribus, 134 & Procuratoribus, videatur hodie immutatum, hoc tamen nullum præstat Capitulo ius, vt queat illorum Officia vacantia, in Sede Vacante, ad vitam nominare, vt faciunt Episcopi, & quod tantum poterunt, est nè depereat administratio iustitiæ propter inopiam aliorum Receptorum, & Procuratorum, de numero, alios substituendo, nominare, vt exerceant durante illa Sede Vacante, tantum ex longè iam supra dictis *à numero quinquagesimo*, quia sicut ibi probatum est, omnium Officiorum nominationes; & sic Procuratorum, & Receptorum, sunt reseruandæ futuro Episcopo, vt *à numero* 1. probatum est, & *à numer.* 98.

Deinde quia respectu dictorum Re- 135 ceptorum, vt ibi etiam probauimus, patet quod & si mortuo aliquo, aut renunciante Officium in Sede Vacante, Capitulum de nouo nominet substitutum; hoc nequeat attitulando illum pro vitæ tempore, sed tantum, vt suppleat ad actus iurisdictionis exercendos, dum Sedes Vacans durauerit, quod Nos non respuimus, nec ad aliud valent se extendere relati Capitulares *asientos*, vsque ad Sedem Vacantem D. fr. Antonij de

de Caceres, in qua constat præterito anno 1615. nominasse in duabus sessionibus Receptores duodecim, & singulos in personis Canonicorum. Ex qua nominatione apertè constat, vt eà non posset durare post aduentum noui Episcopi, sicuti nec hodie durant Prouisores, Visitatores, & cæteri Ministri nominati in Sede Vacante, quos semper nominant de græmio Canonicorum, quo clarè apparet non duraturos in gubernio plus temporis dictæ Sedis Vacantis, nec quod quilibet Episcopus de nouo veniens, illos pro Sede plena tolerasset; sicut nec tolerasset illos alios Notarios, quos eadem Sedes Vacans nominauit dicto anno 1541. Clericos, & sæculares iam relatos, *para aberiguacion de los valores de los frutos Ecclesiasticos de todo este obispado*, nisi de nouo illos nominando, aut tacitè assentiendo, vt rem sie vtilitatis, etiam mensæ Capitulari peragerent.

136 Sed quia iam dicti Notarij, Receptores 12. de numero, post concordiam confirmatam à Consilio supremo Castellæ, solum nominantur ad vitam per Episcopos ab annis hinc plus 40. nec in Sede Vacante anni 36. morte D. Illephonsi Mesia Episcopi, nec in alia D. Luiz Garcia Rodriguez anni 1638. nec in alia D. Didaci Salçedo Beancos anni 1641. nec in alia per translationem ad Abulens. Episcopatum anni 1655. Episcopi D. Bernardi de Atayde, nec in alia 1661. D. fr. Nicolai de Madrid iam translati ad Episcopatum Oxomen. Sed morte in hoc præuenti, nec in vltima nostri antecessoris D. Ioannis de Vallejo, & nec nominati sint pro tempore Sedis Vacantis, sicuti accidit in Prouisoribus, Executoribus, Visitatoribus, Notariis Visitationis, Alguacello, Fiscali, Carcerario, Merino, & Scribis *de la Merindad*, sequitur virtute dictæ concordatæ, & vsus illius, iam non posse nominare alios Receptores, reuocando, & faciendo cessare in Officiorum exercitio illos, qui ab Episcopis fuerint pro cuiusque vita intitulati, in tantum, vt licet dict. Episcopus D. Luiz Garcia Rodriguez, dict. anno 1638. & Capitulum in Sede Vacante dicti anni 1636. relatus Episcopus Mesia, voluerint dictos Receptores reuocare, & facere illos ad libitum amobiles, ac perinde illos spoliarent, reperitur, vt iam supra dictum est eos Receptores tunc temporis spoliatos per viam violentiæ de tali spolio, se querelasse coram Senatoribus Regiæ Cancellariæ Vallisoletanæ, restitutosquè fuisse, declarando vim factam fuisse, à dicto D. Ludouico Episcopo, & à dicto Capitulo, & tantum reperiuntur prouisi nominati, & attitulati ad vitam cuiusque per Episcopos.

Et quamuis intentio Capituli in titulis, 137
quos dederit hucvsque pro vita cuiusque Receptoris, cuius Vacatura contigerit intra illud spatium cuiusque Sedis Vacantis, morte, siue renunciatione in manus Capituli, & nominarit alios Capitulum. Tamen vt latè probauimus supra *à n.* 56. 61. & *à n.* 72. cum aliis *à n.* 80. & 81. Vbi apparet de probatione per testes horum, & Procuratorum Officia esse perpetua, & quod tantum in titulum, pro vita cuiuslibet nominati dantur à solis Episcopis, & numquam a Capitulo, quod in Receptoribus ibi etiam de iure probatum relinquitur: nam cum isti creentur Notarij, & horum, atque Scribarum attitulatio, non nisi per Reges, aut Episcopos, fieri ad vitam valeat, & aliquam de Receptoribus, Notariis; non nisi pro duratione Sedis Vacantis posse fieri, vt ibi dictum est *à n. 92. & 93.* sequitur, vt quantumuis reperiatur Archiuio Capituli, & in Archiuiis quatuor Notariorum maiorum huius audientiæ, aliquos ex Receptoribus, Notariis exercuisse in Sede plena aliquorum Episcoporum, illud sic contigisse, vel quia Episcopi illos attitulauerunt de nouo, vt apparet in facto relati iam Episcopi D. Diego Salçedo Beancos, qui noluit sustinere, vt relatus iam Antonio Bueno, virtute tituli ad vitam dati per Capitulum, exerceret, sicuti respectu iam relati Ioan. Lopez nominati à Capitulo anno 1615. & Gaspàr. Luiz, apparet in tempore D. Episcopi D. Illephonsi Mesia, qui anno 1618. noluit ferre, vt Receptores, qui tunc exercebant, sic facerent sine titulo illius, & apparent plures tituli ex dicto processu ab eo dati pro vita cuiusque Receptoris.

Nec obstat quod in dictis *asientos* Capi- 138
tularibus per renunciationem trium Procuratorum in Sede Vacante, alios nominauerit Capitulum, primo, anno 1573. *en que dio asenso al dicho Pedro Martinez paraque renunciase su Officio de Procurador, que proueieron en el Canonigo señor D. Antonio de Ocaiz*, ex quo videtur *que siendo Canonigo, solo auia de durar por aquella Sede Vacante, y a delante año del* 574. in eadem Sede Vacante per renuntiam alterius Procuratoris dicti *Pedro Aluarez, le diò el cauildo su asenso a fauor de Nicolas Rodriguez*, & postea in alia Sede Vacante anni 1583. *dieron asenso a Ioan Moreno Procurador de la audiencia*

diencia Episcopal à fauor de Ioan Moreno el moço, aquien selo dio el Cauildo, de quibus supra sub *n.* 125. sed si attendatur, non possunt probare Decanus, & Capitulum documentis antiquis per mortem alicuius Procuratoris, prouidisse ad vitam, intitulando aliquem ex Officiis Procuratorum, sed tantum, dando assensum ad prædictas renuntias, quibus non probatur efficaciter esse, aut fuisse aliquando de Capituli prouisione ad vitam cuiusque Procuratoris nominati, Procuratores intitulare, taliter, vt de illis nominationes factæ per Capitulum, fuissent perpetuæ in præiudicium iuris Episcopalis.

139 Quod si adhuc ita intenderent Decanus, & Capitulum, vt voluerunt ante nostrum aduentum, nominando relatos Antonium Rodriguez Coello, istum per mortem Ioannis Ortiz, & Stephanum de Aceuez per renunciam Blasij Perez, quod nos contradicimus, patet inquam facto eiusdem Capituli in relata Sede Vacante D. Ludouisij Garcia Rodriguez post longas conferentias anni 1639. noluisse Capitulum nominare iam relatum Didacum de Caruajal vt sup. *n.* 13. *&* *n.* 79. Procuratorem in locum demortui Francisci de Medina Procuratoris, quamuis oblata pecunia, vt probatum est informatione testium huius audientiæ, & depositione dicti Didaci de Caruajal, & fratris Licét. Ludouici, & Petri

140 Triado, in nouis actis per nos assumptis. † Respondendo illam attitulationem pertinere ad Episcopum venturum, qui fuit D. Episcopus D. Didacus Salçedo Beancos, à quo dictus Caruajal fuit intitulatus pro vita sua. Quo casu, atque facto planè apparet de confessione Decani, & Capituli, ad se non pertinuisse, nec hodie posse pertinere attitulationem in perpetuum Officij Procuratorum, & quod illa pertinet quocumque tempore vacet ad Episcopos, quod clarius patet; siquidem à dicto anno 1542. numquam in Sede aliqua Vacante, vsque ad nostrum tempus, illos nominauissent pro vita nominatorum; & quod si aliquæ nominationes per illos factæ reperiantur, & aliæ quam prædictæ tres per renuntiam tantum fuissent duraturæ in substitutionem renunciantium pro tempore Sedis Vacantis. Et quod si fortè ex actis antiquis repertis apud Notarios maiores probetur aliquem, aut aliquos ex Procuratoribus per assensum renunciantium, nominatos à Capitulo postea in Sede plena alicuius Episcopi actuasse, hoc non accidisse cum consensu Episcoporum, virtute nominationis Capitularis, sed noua attitulatione Episcoporum, aut assensu expresso illorum ex quo percalluerint illos Procuratores fuisse nominatos à Capitulo, quod numquam reperitur tolerasse, sicut & nos non toleramus ab eadem die, qua sciuimus de præfatis nominationibus, super quibus in præsentiarum est lis.

Vndè quamuis nunc dictus Doctoralis, 141 & alij perscrutatores Capituli, inter illa documenta Capitularia repererint, me admisso pro Canonico Doctorali huius Almæ die 17. Sept. anni 1639. & quod in quodam Capitulo Martij anni 1640. vna cum aliis de Capitulo, adhuc Sede Vacante durante, per mortem D. Ludouisij Garcia Rodrig. vna cum aliis ex Capitularibus, steterim, & quod tunc, quia quidam Receptor ex 12. de numero, vocatus Balthasar Hydalgo renunciauit liberè in manus Capituli suum Receptoris Officium, & illico apparuisset Martin. de Gauilanes coram Capitulo, illud Officium petendo, quem Capitulum nominauerit, ferrè arguendo ex hac notula duo nempè, me fuisse vnum ex illis Capitularibus; & quod iam nunc, vt Episcopus proprio facto contra illud laboro; item quod adhuc erat Capitulum in legitima possessione nominandi Receptores in sua Sede Vacanre, nihilominus dicitur à nobis illam nominationem & admissionem dictæ renuntiæ, numquam potuisse à Capitulo exerceri, seu admitti, vt intitularet illum Gauilanes ad vitam in præiudicium iuris Episcopalis, ad quod spectat ex longè probatis talis perpetua nominatio, tum quia creare Receptores, qui reuera Notarij sunt fidem publicam facientes (vt diximus) nō est de munere Capituli, cum nequeat ad vitam nominati illum attitulare per hic notata, & per iura supra relata sub dicto *n.* 92. *&* 93. & sic quod tantum poterat durare ille Martin. de Gauilanes per tempus Sedis Vacantis, & non plus; & quod si fortè plus temporis exercuerit, etiam in Sede plena, hoc accidisse, quia non sciuerit DD. Didacus Beancos Salçedo (qui proximus Episcopus fuit successor ab anno Dict. 1640.) illum esse talem Receptorem nominatum à Capitulo: nam si sciret, illum ab exercitio priuaret, sic vt diximus, & vt apparet probatum priuasse dict. Antonium Bueno, quem noluit alio inquam titulo dato à Capitulo tolerare, nisi noua nominatione, & titulo ad vitam illi per ipsum Episcopum præstito.

Et sic de primo ad vltimum, videtur 142 contra Capitulum iuridicè conclusum,

& rationibus efficacibus, esto etiam, quod illa documenta relata à dicto n.125. efficaciter probarent, sed qualiter probabunt, cum sint inter ipsos Canonicos fabricata coram quodam speciali Canonico dicto *Secretario de el Cauildo* ab anno dicto 1642. Lucas Fernandez, postea Pedro Mayo; deinde Ioan. de Valladolid qui nullam fidem faciunt suis attestationibus ad externas lites, & casus, per illa, quæ à nobis dicta sunt cum Valenzuela Velazquez *p. 2. consil. 121. à n. 10. 11. & 12.* & ex alijs, & quia horum Secretariorum fides non creditur, nisi cum adminiculis, quæ refert Barbosa. *voto 112. lib. 3. n. 19.* ex Rota, dum ait libris Capitularibus fidem non præstari, nisi quando Secretarius Capituli fuerit etiam Notarius, & additio ad Buratum *decis. 539. n. 8. & 9.* quod tales libri tantum probent, si fuerint tenti, & rogati per Secretarium Capituli, qui fuerit Notarius: sic eadem

143 dem Rota. † Ergo patet ex his additis, quod sicut per dicta à nobis contra nominationes Capituli in processu antiquo, & in nouo, quibus confidebat, nihil efficaciter reperitur probatum contra ius nostræ Dignitatis Episcopalis; ita nec ex dictis vetustis documentis de libris propriis Capituli compaginatis, etiamsi fides eis debeat dari, indeque oriri, tam in manutentione, quam in possessorio plenario, & in proprietate tutos nos esse ab impugnatione prolixa Capituli demonstrata; & ita speramus declarandum per D. Illustriss. Nuncium, eiusque peritissimum Auditorem, in cuius litteris, prudentia, & virtute, magnopere nitimur &c.

144 Siquidem vera possessio stat pro Dignitate Episcopali ex longè ante dictis, & quia ex eo, quod Capitulum vendidit ad vitam dicta Procuratorum, & Receptorum Officia processit contra ius in cap. nulli de rebus Eccles. non alienandis contra Dignitatem Episcopalem, cui omnia emolumenta sunt adiudicata; sic vt à Capitulo nequeant alienari sub pœnis, & censuris positis in dicto cap. quia sæpè de electione; & quia sic vendendo, crimen simoniæ admiserunt, vt supra etiam probatum relinquimus cum Soto, & aliis sub *n. 66. & à n. 106.* cumque hoc crimen ex actis constet manutentioni prætensæ à Capitulo, nunc etiam de nouo virtute nocumentorum de nouo repertorum (quamtumuis illa legitima forent) locum non dari Posthio *de manutent. p. 1. observat. 68. per totam*, item quia nec emptores dictorum Officiorum, idem Posthius *obseruat. 36. n. 21. & obseruat. 44. n. 21.*

Et eo minus possent manuteneri, nam 145 quoties constat de iure alterius, & sic de iure Episcopi approbato etiam statuto, & Synodali, patet, nullam potuisse in Capitulo facultatem constitui, per quam validè ad intitulationem dictorum Officiorum procederet, idem Posthius *obseruat. 34. nu. 22. & dicta obseruat. 46. dicto n. 20. & 21.* esto etiam, quod dicta Officia non venderet Capitulum, quod nullomodo adhuc vult restituere pecuniam decem millia Regalium, quam ipsimet emptores instanter petunt sibi restitui, friuolas illis responsiones dando, inter quas, quod & si in terminis conscientiæ teneatur restituere, non tamen in terminis iustitiæ: nam licet ipsi turpiter egerint, turpiter etiam emptores egerunt, quo casu, Capitulum niti illa regula, *melior est conditio possidentis*, sed quam turpiter allata, considerent Docti, vt considerabit DD. litteris, & prudentia condecoratus Auditor, qui viuit; ac viuat feliciter & considerabit Canonicos & Capitulum hoc appetere ad vendendum Officia, siquidem solicitant renunciationes vt assensum præstando aliis de nouo vendant, vt contingit in spatio sex mensiam dictæ Vacantis Sedis, in qua vendiderunt vnum per mortem & quatuor per renuncias, & nos qui iam per annum egimus, nullam Vacaturam nondum habuimus. Post hoc dictus Dominus auditor, etsi pro parte Capituli cum assistentia sui Canonici Doctoralis tanti dissidij motoris anxiè laboratum esset, vt ipsemet iudex declararet pro manutentione Capituli Ministros, Procuratores & Receptores à se nominatos restituendo, & à nobis assignatos, qui nunc possident, & qui de in iustè sicut existimatum est præsensisse, D. Dom. Auditorem ab effectu nobis remisit dictum processum, vt pronunciaremus non obstante recusatione in nos proposita, vt constat ex verbis sequentibus pronunciatæ ad Dom. Auditorem die 6. Octobris 1663. tenoris sequentis qui partipendendo compulsatos actus Capitulares de quibus à *n. 25.* sequens pronunciatum fecit.

AVTO DE LA NVNCIATVRA.

En la Villa de Madrid a seis dias de el Mes 146 de Octubre de 1663. años vistos estos autos y processo por el Illustrissimo y Reuerendissimo señor D. Carlos Boneli Arçobispo

bispo de Corinthio Nuncio, y Collector general. Apostolico en estos Reynos de España, *(qui etiã est iam Cardinalis S.R.E. vt accepimus in hoc mẽse Februarij 1664.)* Entre partes de la vna el Fiscal Ecclesiastico de Astorga, y de la otra el Dean y Cabildo de la Santa Yglesia de la dicha Ciudad: *Dyo que moderaua y reformaua moderò y reformo las letras, de inhibicion despachadas por este Tribunal y remitia, y remitio este pleyto y causa al ordinario de Astorga, de ante quien vino paraque primero y ante todas cosas determine sobre los articulos introducidos por parte de el dicho Dean y Cabildo y haga iusticia, a las partes como hallare por derecho.* Ansi lo prouero y mando su señoria Illustrissima y lo Fermo el Señor Auditor. Iacob Elephantutius Auditor, ante mi D. Ysidro Pau. Sic ex actis processus remissi originalis apparet, cuius Notarius nostræ audientiæ vocatur Manuel de Ordas.

147 Demum & postquam processus ad nos remissus cũ prædicto decreto idẽ litteratus Capituli conatus fuit nos reducere allegando certã Bullã Clem. VIII. anni 1598. positã in libro Bullarum expeditarum ad fauorem Capitulorum Cathedralium horum Regnorum Castellæ, & Legion compilatarum in eodem libro anno 1638. per suadendo ex contextu D. Bullæ claram nostri Capituli iustitiam fore, cúmque ipse litteratus coram nobis illam perlegeret quod ex ea deprehenditur est tantum, nam cum quidam nuncius legatus Hispanus in Curiâ Matritensi existens procuraret assignare pro gubernio Sedis cuiusque Vacantis Ministros oppositione facta à Capitulo conchens. Ecclesiæ & ab aliis nonnullis comparendo apud Romanam Curiam consequuta fuerunt dictã Clem. VIII. Bullã, qua cautum tantum reperitur vt saluis consuetudinibus cuiusque Capitulo in Sede Vacante nominent Officiales & Ministros, vt de iure illis permittitur nihil contra iura Episcopi de nouo venturi decernendo, & sic audita à nobis responsione conticuit idem litteratus & alter ex parte Capituli missus cum illo etiam litteratus, postea notificatis literis nobis aliis Eminentiss. Card. nuncij processus missus, iterum fuit ad nunciaturam, vbi nis faciẽs, secundo ad nos remissus, fuit vt nominaremus alium iudicem qui cognoscat loco nostri consobrini Vicarij Generalis recusati contra petitam retentionem in dicta Curia.

QVÆSTIO V.

Capitulum Sede Vacante an queat resistere Regi, si fortè sub amissione temporalitatum mandet, vt admittat ad gubernandum in Episcopatu, illum, qui iam est ab eo nominatus Episcopus, vel etiam confirmatus, ac consecratus, si nondum Capitulo præsentauit litteras originales gratiæ à Pontifice factæ? Et an si admittat illum Capitulum, vt Gubernatorem tantum, siue vt Vicarium Generalem absque ostẽsione Bullarum, incurrant censuras extrauag. iniunctæ de elect. 3. Et quid si ex schedula Regia admittat alium exterum vt gubernet interim, ac electus Episcopus adipiscatur possessionem?

SVMMARIVM.

1 *Didacus Salçedo, & Beancos à Rege nostro Philippo IV. anno* 1640. *fuit missus cum schedula Regia, vt Capitulum Austuricens. eum reciperet ad gubernandum Episcopatum, donec adepta possessione, vt Episcopus ministraret.* n. 2.

3 *Capitulum se excusauit à mandato schedulæ Regiæ, per extrauag. iniunctæ.* n. 4.

4 *Extrauag. iniũctæ verba referuntur, & eorum intellectus,* à n. 5. *& de ratione talis decisionis,* n. 7. & 8. *& latè* à n. 24. *& potius sub* q. 6. sequenti.

5 *Episcopus, nec tanquam œconomus se ingerit in administratione, non expeditis Bullis, & præsentatis.*

6 *Episcopus, etsi verus sic dicatur à pronuntiatione Pontificia, tamen non administrat, nisi litteris præsentatis, alias ipse, & Canonici incurrunt pœnas extrauag.*

7 *Episcopus ante adeptam possessionem, nequit iurisdictionalia exercere.*

8 Episcopus nondum ostensis litteris, non installatur.

9 Schedula Regia intellectus, & à nu.12.26. 37.& 39.

10 Reges Sede Vacante Episcopali, num valeant administrare iurisdictionem temporalem Episcopo competentem Regia condonatione, & n.31.& 36.

11 Capitulum Austuricens. prouidet Officia temporalis iurisdictionis, vulgo de la merindad Vacante Sede Episcopali.

12 Capitulum in Sede Vacante non constringitur ex rogatu Regio dare possessionem Episcopo, ei qui sine litteris venit. à n.13.

15 Capitulum si velit, ex quo scit gratiam à Pontifice factam, poterit confirmatum Episcopum admittere, sine incursione censurarum ex Nauarro.

16 Cap. nihil de electione.

17 Imperator electus ante confirmationem potest administrare.

18 Cap. auaritiæ de elect. lib. 6. à n. 19. & loquitur de casu diuerso ab extrauag. iniuncta, & n.20.

19 Episcopus, qui se vult ingerere in administratione ante Pontificiam confirmationem, non admittitur. Quid de aliis electis non Episcopis?

20 Capiens possessionem beneficij si se non ingerit in administratione ante confirmationem, non incurrit pœnas cap. auaritiæ, & n.23. de habente ius ad rem. n.27.

21 Episcopus D. Didacus Salçedo constabat, vt foret confirmatus à Papa, nec de hoc dubitari poterat, & n.22.

22 Episcopi confirmati scientia, quibus probetur præsumptiuè.

24 Casus D. Didaci Salçedo rogatus, vt admitteretur tanquam Gubernator, non cõprehenditur in extrauag. iniuncta. à n.25.

25 Pœnalis decisio non extenditur.

27 Installari poterit prohibitus antè confirmationem administrare; imo & administrare in spiritualibus.

28 Braccharensis Archiepiscopus admissus fuit à Capitulo suo ante confirmationem, vt gubernaret propter distantiam à Romana Curia.

29 Constitutio Iulij III. quid continet.

30 Doctor quidam rigide intelligendo extrauag. iniuncta de elect. dixit per illam abrogatas fuisse alias antiquiores decisiones Pontificias, quod non est verum, vt n.31. & 33.

32 Episcopus admissus, vt gubernaret, differt ab admisso, vt administret in bonis.

33 Capitula Vacante Sede, se legitimè defendunt contra quamcumque Regiam schedulam, opponendo fractam immunitatem Ecclesiasticam.

34 Secularis potestas, qualiter queat Clericos corrigere? Et Reges in schisma Pontificatus qualiter se gesserunt, refertur, & n.35.

35 Pontificij redditus qualiter, propter schisma fuerunt sequestrati à Regibus Castella, & Aragonia.

37 Excessus Capitulorũ in Sede Vacante commissi, Reges quampluries commouerunt ad remedia; præcipuè apud Indos, vt n.38.

38 Reges nostri Hispani curarunt admodum schedulis mederi ambitiosos Canonicos Capitulorũ apud Indos in Sede Vacante.

39 Capitulum in Sede Vacante posse ad gubernandum Episcopum admittere sine Bullis præsensit Rex Philippus IV.

40 Ego Canonicus Doctoralis qualiter me gessi, ne inciperent rixæ inter Episcopum Salçedo, & nostrum Austuricens. Capitulum.

41 Admittuntur plura tractatu digna pro latiori intellectu schedulæ Regiæ.

1 ANno præterito 1640. in Sede Vacante D. Ludouici Garcia Rodriguez nostræ Diœcesis Episcopus, dum iam ego essem Canonicus Doctoralis huius Almæ Ecclesiæ, accidit, quod Rex noster Philippus IV. misit ad hunc Episcopatum gubernandum D. Didacum Salçedo Beancos iam electum Episcopum nostræ Diœcesis, qui non dum erat consecratus, nec Bullas Pontificias gratiæ præsentauerat coram nostro Decano, & Capitulo, quos requisiuit cum schedula Regia sequenti, vt illum tamquam Gubernatorem admitteremus, sicut ex eius contextura constat, quæ sic se habet.

EL REY.

2 *Benerable Dean, y Cauildo de la Santa Iglesia Cathedral de Astorga Sede Vacante, ya saueis como auiendo yo apresentado a esa Iglesia a D. Diego de Salçedo Beancos, su Santidad, la pasò en su fauor à muchos dias, y sele expedieron las Bulas, las quales por algunos accidentes, que se ofrecieron, se han perdido; y aunque con esta noticia se hac buelto a escriuir a mi Embaxador en Roma, paraque dee orden de despachar nuebo duplicado segun los auisos, que à auido se entiende lo estan todevie, la dilacion tan larga como en esto à hauido, y ay, à Ocasionado en mi consejo de la Camara el reparo;*

reparo, de que seriá justo que el Obispo vaia, a residir en esa Iglesia y esperar en ella las Bulas, supuesto, que estando como esta goçando, los frutos del Obispado, es obligacion suya asistir a su govierno, a la vista de los subditos para su mejor dottrina y consuelo, y expedicion de los negocios, que se offrecieren como a quel, acuyo cargo à de estar adelante. Y teniendo consideracion a las causas referidas y otras muy justas que se reconocen del servicio de nuestro señor y muestro, y biẽ de ese Obispado, os ruego, y en cargo admitais al dicho D. Diego Salçedo Beancos en esa Yglesia como Gouernador della, y de ese Obispado, dandole para su execuçion, los podares y recaudos necesarios en el, entretanto que llegan sus Bulas y toma la possession de el, como Prelado, en que recibire de vos otros particular serviçio, y en que me auisen Luego, como lo aueis cumplido: De Buen Retiro a 24. de Iulio de 1640. años, yo el Rey, por mandado de el Rey nuestro señor.

3 Aduenit D. Episcopus D. Didacus Salçedo Beancos, & eundo ad illum inuisendum Cõmissarij quatuor, vt muris est nostri Capituli ad oppidum *de la Bañeça*, vbi eos conuinat Episcopus, postque illum iter faciendo comitantur, illico die 13. Augusti dicti anni præsentando dictam Regiam schedulam, Capitulum illum, nec vt Gubernatorem admittere, vt rogabat Rex. Et ob id commoti per plures sessiones concertando, atque ad cætera Capitula litteras mittendo de hoc tam inopinato casu, & quasi stupefacti omnes respondendo plures non posse nos illum admittere, vt Gubernatorem absque incursu censurarum *dicta extrauag. iniuncta de elect.* Ego inquam persistendo, vt quod non admitteretur, plures allegando causas de iure, fui in voto, quod si fortè Rex procederet ad executionem temporalitatum, poteramus illum admittere tamquam Gubernatorem tantum, vt subterfugeremus rigorem Regium, absque incursione censurarum *dicta extrauag.* Fazit tamen Deus, quod intra octo dies, me iam nominato ad itinerandũ Matritum, vbi resistendo, allegarem coram Rege, & coram comite *de Oliuares* eius collaterali, vulgo *Priuado*, Præside, ac Dominis Consilij *de la Camara*, missæ fuerint Bullæ Originales D. D. Didaco Episcopo, virtute quarum, quas dixi vt Doctoralis in forma probanti venire, admissus fuit vt Episcopus. Et quia istum casum iam insinuauerim, in meis scriptis *subtit. de elect. & sub cap. 15. eius tit.* ibi *sub q. 5.* & plura, quæ ibi scripsi à *quæst. 1.* in illo textu, deberent hic repeti pro exactis disputatione huius dubij. Tamen ad ibi dicta lectorem remittendo, nunc de hoc casu qui contigit in Sede Vacante nostri Episcopatus, & qui sæpius valebit accidere etiam in aliis, si Reges commoueantur, vel ex causa inserta in schedula, aut ex alio inquam capite, vt pote si Capitula, aut eorum Ministri male se gesserint in gubernio, Vacante Sede, vt existimatum fuit apud nos tunc accidisse propter aliquos excessus, quos peruenisse ad aures Regias susurratum fuit, & quomodolibet placuit nobis de illo disserere, vt in posterũ casus, qui tunc lubricus, & difficillimus apparuit, iam per vias planas, facillimus comperiatur, vt sic in qualibet alia contingentia Capitula Ecclesiarum, dum Sede Vacante gubernauerint, nec stupeant, nec de casu sic contingibili, sint omnino immemores.

Et quia dubium facessere dictæ extrauagantis verba; ideo ea hic inserendo ex eorum inspectione, & extricatione, facillimo negotio ad portum peruenient salutis Capitula in Sede Vacante. Loquitur inquam Pontifex Maxim. in sequenti metro ibi: [Præsenti itaque perpetuo valitura constitutione sancimus, vt Episcopi, & alij Prælati superiores, nec non Abbates, Priores, & cæteri, Monasteriorum regimina exercentes quocumque nomine censeantur, qui à prædicta Sede promouentur, aut confirmantur, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt ad commissas eis Ecclesias, & Monasteria absque dictæ Sedis litteris huiusmodi promotionem, confirmationem, seu benedictionem continentibus accedere, vel bonorum Ecclesiastico-rum administrationem accipere non præsumant, nullique eos admittere absque dictarum ostensione, recipiant, aut eis pareant. Quod si forsan contra præsumptum fuerit, quod per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, aut alios Monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur, nec quidquam interim idem Episcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de Ecclesiarum, vel Monasteriorum prouentibus percipiant eorumdem. Capitula vero, & conuentus Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliis quibuscumque ipsos abique huiusmodi dictę Sedis Apostolicæ litteris recipientes, vel obedientes eisdem tamdiu sint à beneficiorum suorum perceptione susp. nsi donec super hoc eiusdem Sedis gratiam meruerint obtinere. Similiter quoque Episcopi, Prælati, Abbates, Priores & alij Monasteriorum regimina 4

exercen

exercentes prædicto solito fidelitatis iuramento obedientiæ, non præstito illi etiam Pontifices, quos apud prædictam sedem, pallium continget recipere absque litteris traditionis ipsius pallij, nequaquam ab eadem discedant; discedentes vero (quovsque huiusmodi iuramentum præstiterint, & litteras obtinuerint) nihil de ipsarum Ecclesiarum, & Monasteriorum prouentibus percipiant, & quid quod interim per eos (vt de aliis prædicitur) actum fuerit viribus non subsistat.]

5 Circa materiam generalem dixi latè sub *dicto cap.* 15. *per cap.* 6. *& 9. de elect. & cap. auaritiæ cum aliis lib.* 6. & quod iam statuitur in constit Pij IV. edita anno. 1564. quæ incipit *sanctissimus in Christo*, vbi Scortia dicit in constitut. Pontificiis. Theorema 205. *ex decis. huius extrauag. & dicti cap. auaritiæ*, nec tanquam æconomum se ingeri Episcopum posse ad ea, quæ dixi *sub dicto cap.* 15. *q.* 3. *à nu.* 1. cum multis refert Lotherius de re beneficiaria explicans constit. Iulij III. *q.* 18 *lib.* 3. & Iulij II. *const.* 4. & itidem statuit in gerentibus se in administratione Ecclesiæ, litteris non expeditis, Paul. IV. & Clem. V. quibus conducunt quæ refert Nicolaus Garcia *de beneficiis*, 9. *p. c.* 2. *à n.* 21. *ad* 34. legendus, explicans benè de illo, qui per examen dignior iudicatum est, vt non possit, nec valeat admitti ad regimen suæ Ecclesiæ, vt Commendatarius temporalis, interim, dum litteræ non expediuntur & virtute illarum adipiscatur possessionem, *& p.* 11. *cap. fin. n.* 256. explicans textum *in dicto cap. auaritiæ de elect.* de quo postea, & late *in dicto cap.* 15. *eodem extra*, & constit. Iulij III. quam explicat copiosissimus in terminis nostri dubij asserens pro responsione Episcopo Placentino annò 1593. quod nec vt possessor, vt Vicarius, aut administrator queat; & iterum Garcia. 4. *p. cap.* 2. *à n.* 46. *&* 47. *vsque ad finem*, *abundantius dict. constit. Iuliani* explicat, & exornat ibi omnino videndus.

6 Et in tantum verum dicitur, vt à locis Panormit. quasi in terminis huius casus aloquatur *in cap. noui n.* 4. *cap. qualiter n.* 1. *de elect.* dum tenet quod Episcopus post *dict. extrauag.* iam vt talis à Pontifice creatus, etiam si habeat nuntium certissimum de pronunciatione, non possit per hoc aliquid administrare de bonis Prælatorum, nisi prius litteras Apostolicas habeat, & ita se fecisse, semel practicari dicit *in cap. in nostra de rescriptis*, & ex eo, quod dixit Bald. *in l. humanum cod. de legibus*, quod si Papa scilicet verbo pronunciauit aliquem Abbatem, vel Episcopum, vt statim ille sic pronuntiatus est Episcopus, vel Abbas, sed quod isti non debent recipi pro Prælatis, nisi gratiam probent per litteras Apostolicas, alias tamen sic se gerens, quam Canonici illum recipientes, incurrunt graues pœnas, vt habetur *in dicta extrauag. iniuncta*, idemque generaliter videtur adnotare Alex. Ludouis. *decis.* 490. *n.* 8. vbi dicit, nullo iuris adminiculo suffultam esse possessionem illius, qui litteris non expeditis possessionem beneficij apprehendit.

Quod idem affirmant Flamin. *de resignat.* 7
lib. 8. *q.* 2. *n.* 33. & confirmari decis. Alex. VI. aliorumque Pontificum, Azor. *tom.* 2. *moral. lib.* 3. *cap.* 19. *q.* 9. persoluit ante adeptam possessionem Episcopum non posse iurisdictionalia exercere, etiam de iure antiquo, & sine controuersia *per dict. extrauag.* & hodie ita obseruari, dicit cum eo, & aliis Barbosa *de potestate Episcopi cap.* 4. *de confirmat. n.* 9. *&* 10. melius omnibus Garcia *de beneficiis.* 5. *p. cap.* 4. *à n.* 242. cum aliis Riccius *collect. decis. p.* 4. *collect.* 1325. cum pluribus Barbosa in *dicta extrauag. & in dicto cap. auaritiæ, & in pastorali, alleg.* 54. *n.* 161. *&* 162. *de confirmat. Episcopi n.* 9. *&* 10. *& de iure Eccles. cap.* 19. *de elect. lib.* 1. *n.* 247. videndus D. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum lib.* 3. *cap.* 4. *à n.* 35. & quod vt sonat, dict. extrauagans, sit obseruanda suaderi videtur, primo ne habeatur Episcopus, ille, de quo dubitari potest, an sit talis. Secundo quia summus Ecclesiæ Præsul intendit, ne Camera Apostolica defraudetur. Tertio quia non bene sequitur, vt obediatur à Capitulo tanquam Episcopis, qui nondum litteris suæ promotionis ostensis conatur se ingerere administrationi Episcopatus, vti etiam confirmatur ex verbis quæ regulariter inferuntur in Bullis ibi: [Volumus autem quod intra sex menses à data præsentium computandos litteras Apostolicas super prouisione, & præfectione huiusmodi sub plumbo in totum expedire, & iura Cameræ Apostolicæ propterea debita persoluere omnino tenearis, alioquin eisdem sex mensibus elapsis prouisio, & præfectio nullæ esse censeantur.]

Ex quo Nauarrus *in cap. accepta* 4. *de re-* 8
stit. spoliator, *opposit.* 8. *à n.* 12. *vsque ad finem* latè *dict. extrauag.* explicando sic tenet; & licet de quasi consimile dedisset responsum pro Ecclesia Conimbricensi aliter respondendo *à nu.* 18. & nostris satisfaciendo affirmat, vt post adeptam possessionem ab Episcopo secundùm prædictam clausulam *volumus* per dictos sex menses, litteris non ostensis,

ostensis, nequit Capitulum illum inquietare in possessione antiqua antè dictam extrauag. eo quod debuerit antè receptionem petere ab illo exhibitionem, & præsentationem dictarum Bullarum; sicut illas non exhibendo, nec queat Capitulum illum admittere, nec Episcopus ipse installari absque eo quod omnes incurrant in pœnis dictæ extrauag. & ipse Nauarr. oportet etiam, vt legatur ibi *num. 23. vers. ad primum.*

9 Per hæc, & alia notabilia, quæ diximus *in dicto cap. 15. de elect. à quæst. 3.* & antè circa explanationem dictæ extrauag. iniunctæ, optimè huc vsque responsum, & eius intellectum habitum esse conspicitur, sed pace peritorum, ad aliud verba præfatæ schedulæ Regiæ tendisse videntur, quam quod sonant verba dictæ extrauag. Non enim Rex Philippus IV. rogat, siue præcipit, vt Capitulum nostræ Austuricens. Ecclesiæ illum D. Didacum Salçedo, Beancos reciperent, vt Episcopum, sed tantum, vt attenta scientia, & assertione Regia, quod gratia fuerit facta apud Datariam summi Præsulis, & quod ab eo tempore fructus lucratur Episcopatus, vt laborando in illius administratione, non vt Episcopus se gerens, sed vt Gubernator solummodo, & hoc non ex propria potestate virtute gratiæ iam factæ, quod nequit, nisi litteris ostensis, & præsentatis, sed ex licentia, admissione, ac facultate, vulgo *poder* dicti Capituli, quod in Sede Vacante habet omnes facultates integræ Diœcesis.

10 Et licet aliqui possent autumare à Rege nostro, potuisse id absolutè præcipi, & ab eius Consilio Collaterali supremo; eo quod in Sede qualibet Episcopali Vacante potest administrare iustitiam sæcularem in populis, & in iurisdictionibus temporalibus ad Ecclesiam pertinentibus ad tradita per Castillum de Bobadilla *in sua politica lib. 2. cap. 18. n. 93. casu 23.* & ibi *vers. y aun en Sede Vacante hauerse practicado en el Arçobispado de Toledo por muerte de fr. Bartholome de Carrança, y lo mismo por muerte de D. Gaspar de Quiroga, proueiendo Alcaldes maiores, en Alcalà, y en la Villa de Talabera*, ex ea ratione, nam Reges, à quibus illæ iurisdictiones dimanarunt, habent supremam maiestatem, & iurisdictionem in terris Dominorum, possintque cum causa, & sine causa supprimere eorum iurisdictiones.

11 Tamen quidquid hoc aliquando fuerit, & quod locum fortè potuisset habere in oppidis nostræ iurisdictionis sæcularis,

D. Fermosin. de Potest. Cap. Sede Vac.

plus quam oppidorum triginta contentorum sub nomine *Merindad*, quod apud nos in praxi, auditum vnquam est in nostrà Diœcesi, attictum esse; imò potius vt in Sede Vacante, sicut alia Officia Ecclesiastica prouidet Capitulum, & similiter alia quæ sunt dictæ iurisdictionis sæcularis *de la Merindad*. At respectu iurisdictionis Ecclesiasticæ non est cur admitti possit, vt Reges valeant, etiam de imperio absoluto introducere se, siue eorum Concilia suprema ad nominandum Gubernatores, spretis Ecclesiarum Capitulis, quorum in Sede Vacante residet Episcopalis iurisdictio, sibimet à Pontificibus commissa, iuxta quæ latè dixi *supra hic à quæst. 1. & sub 4. proximè præcedenti*, & per illa, quæ dixi *in toto tit. de iudiciis*, & ibi *sub cap. 2. cap. 4. cap. 8. & cap. nouit in 1. p. & sub cap qualiter 17. & sub tit. de foro compet.* hic applicanda ad persuadendum, quanta sit etiam Regum inhabilitas respectu iurisdictionum, & personarum Ecclesiasticarum, & per illa, quæ longissimè scripsi *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. sub 350. quæstionibus ibi subinclusis.*

Tantum ergo oblata difficultas ex verbis iam adductæ schedulæ Regiæ, ea nempè est, numquid Rex noster Philippus IV. per illa, *os ruego, y encargo, admitais al dicho D. Diego Salçedo de Beancos en esa Iglesia, como Gouernador dese Obispado, dandole para su execucion los poderes, y recaudos necesarios &c.* imperio præcipiat, vel si id deficit, numquid valerent Decanus, & Capitulum liberè, & spontaneè admittere illum D. Didacum, vt nouum Gubernatorem, aut alium externum absque eo, quod incurrerent in pœnis *dictæ extrauag.* & cum præiudicio Ministrorum, & Officialium iam à Capitulo in Sede Vacante nominatorum. † Et quod Decanus, & Capitulum nostrum nequireut illum admittere, vt Gubernatorem suadetur, quia si tale quid exequerentur, necessariò illi præstarent facultates gubernandi, & se ingerendi in omnibus, tam iurisdictionalibus, quam aliis politicis occasione quorum etiam propinaret ad se ingerendum in perceptione fructuum Episcopatus, quo casu planè Pontifices *in dicto cap. 6. 9. & 15. de elect. in dicto cap. auaritiæ eodem lib. 6. & in dicta extrauag. iniuncta*, eiusdem tituli remouerunt Episcopum etiam confirmatum, si priùs litteras expeditas non præsentauerit Capitulo, vt sic euitarentur inconuenientia, de quibus *supra*.

H Nec

14 Nec oberit, vt Capitulum Sede Vacante valeat vices suas in alium Episcopum transferre ad exercenda Pontificalia, vt dixit Azor. *lib*.3. *instit. moral. tit.* 2. *cap.* 37. *vers*.8. *cum multis*, Barbosa infra citatus *sub tract*.2. *& tract*.3. *huius operis*, de quo, & nos diximus, *sub tit. de Officio Archipresbyteri*; non enim hoc est impedimento, cum aliud sit hanc permissionem circa Pontificalia permittere alieno Episcopo, aliud inquam proprium venturum Episcopum admittere ad gubernandum ante ostensionem, & præsentationem litterarum facultates administrationis ei transferendo.

15 Quod magis pungit aduersus *dicta extrauag. iniuncta*, est dictum Nauarri dicentis *d. cap. accepta de restit. spoliator. oppositione* 8. *n*. 31. nempè ex consensu Capituli, cum constet ipsum Episcopum esse electum, possit Capitulum admittere ipsum si velit veluti si sciat gratiam à Pontifice esse factam, & quando longè distat Diœcesis à Romana curia, qua de causa, solet Bullarum retardari aduentus, ex doctrina Oldradi *cons*.9. *posito* determinando Archiepiscopum Braccharensem immediatè Sedi Apostolicæ subiectum distantem triginta diætas à Romana curia ad magnam instantiam sui Capituli propter Ecclesiæ suæ necessitatē, nondum obtenta confirmatione administrando, & bonorum Ecclesiæ se immiscendo, non incurrisse pœnas dictæ extrauag.

16 Quod etiam corroboratur *ex cap. nihil de elect. per verba in vers. cæterum* ibi: [Interim valdè remoti, videlicet vltra Italiam, si electi fuerunt in concordia dispensatiuè propter necessitates Ecclesiarum, vel vtilitates in spiritualibus, & temporalibus administrent, sic tamen, vt de rebus Ecclesiasticis, nihil penitus alienent,] circa quæ est videnda glossa. *ibi: vers. vltra Italiam, & vers. administrent:*, Barbosa ibi cum Oldrado, & Tuscho *n*.5. *&* 6. quæ verba licet intelligantur de tempore, in quo per Capitulum fiebat Episcoporum electio; at hodie, etsi apud nos nominatio spectet ad Reges nostros Hispanos, vbi late, dixit *sub cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. quæst*. 1. *& propriùs* 2. *&* 3. non inde ratio necessitudinis in partibus ita remotis à curia, vt est tota nostra Hispania, cessat quominus illa decisio practicetur.

17 Et videtur probare Abbas *in dicto c. nihil à n*.4.7. *&* 10. Vbi etiam asserit Imperatorem electum ante confirmationem posse administrare, & conducunt verba ipsius *in cap. nosti eodem tit. numero quarto*, agens de quæstione nostra ibi: Sed quæro quid de istis Prælatis, qui hodie prohibentur per Papam, numquid isti statum possint administrare, cum sint per Papam pronuntiati: dic quod sic, quia talis prouisio habet vim electionis, & confirmationis, vt notatur in cap. cum olim de causa possessionis, & propriet. dic tamen quod non debet recipi, tanquam Prælatus, nisi per litteras Papæ, fiat fides de prouisione sibi facta alias recipientes eum, incurrunt pœnam, & est hodie prouisum in quadam extrauaganti,] quæ debet esse *dict. iniuncta*, de qua est noster sermo, vt ipse de illa meminit *in cap. tu nostra de rescript. à n*.11. ex quo Administrator, siue Gubernator iuxta mentem dictæ schedulæ Regiæ, quæ antequam formaretur maturè iudicio, & præuisis dubiis iuris satis inter celebratissimos illos iurisconsultos consiliarios supremi Castellæ senatus, præuisa, & conferentiata fuit dubitatio.

Prædictis inquam admodum obest alia decisio Pontificia *in dicto cap. auaritia de elect. libro sexto*. Vbi absolutè dicitur, vt si quocumque prætextu, & colore electus Episcopus antè confirmationem, seu electionem, se ingerat in administratione iurisdictionis, bonorumvè beneficij, ad quod electus fuit priuetur ipso iure omnibus beneficij commodis, ibi: [cum itaque non sit malitiis hominum indulgendum, nos latius prouidere volentes hac generali constitutione, sancimus, vt nullus de cætero administrationem dignitatis ad quam electus est prius quam celebrata de ipso electio confirmetur sub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore, in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut suis se immiscere, præsumat omnes illos, qui secus fecerint iure si quid eis per electionem quæsitum fuerit decernentes eo ipso priuaturos.] Et de habente ius ad rem, & se ingerenti administrationi beneficij, etiam si iuris patronatus sit *ex dicto cap.* latè differit cum multis, legendus Garcia *de beneficiis part.* 11. *capite decimo à numero* 215. *ad* 221. 18

Tamen si benè ista decisio consideretur, de qua latè dixi *sub dicto cap*.15. *de elect. à quæst*.2. cum aliis, reuera nihil loquitur de casu nostro, cum ex verbis ipsius, iuxta cōmunem 19

munem Doctorum intelligentiam tantum loquatur de Episcopo, volente se ingerere in administratione à die nominationis, electionis, præsentationisvè, & ante confirmationem de illo solitam fieri à Romano Pontifice, vt præter antiquos Lapum, Abbatem, Archidiac. Gemin. Ioannem Andr. Ancharran. Butr. Dominic. Monachum, & Franc. docent Bitian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 161. Alogona *in comp. pag.* 62. Ximenez *in concord. p.* 1. & 2. Barbosa *ibi*. Tabiena *verbo electio* 1. *n.* 27. Iacob. de Graff. *tom.* 2. *consil. lib.* 1. *sub tit. de elect. cons.* 2. *n.* 3. Barbosa *de Officio Episcopi alleg.* 57. *n.* 214. *& de iure Eccles. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 243. Iulius Labor. *variar. Lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *de elect. cap.* 45. *n.* 6. *latè* Lotterius *de re beneficiaria lib.* 2. *q.* 13. *à princ.* Laurent. de Peirinis, *de religioso subdito tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 31. §. 11. *vers. dico quinto*, quam decisionem Pontificiam intelligunt Rota *in Brachar. Parrochial de Moreira* 13. *Iunij* 1605. *coram Ontenuergo* & Barbosa *in dicto cap. auaritiæ. n.* 3. idem *de iure Eccles. dicto lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 248. vt fuit decisum procedere de electis, ingerentibus se in administratione beneficiorum, non curando de confirmatione, ne se submitterēt periculo cassationis; secus autem in prouisionibus Apostolicis, in quibus non proceditur per viam confirmationis, cum prouisio vnico actu habeat validam electionem, & confirmationem legendus Oldrad. *dicto cons.* 9. *per totum rectè dissoluens nodum*, *& numero septimo.*

20 Etenim materia huius textus longè differt, à casu nostri dubij, in quo agitur de admittendo ad administrandum, vt Gubernatorem Episcopum, iam confirmatum, absque eo, quod se ingerat, vt œconomus, aut Procurator, seu alio quæsito colore in perceptione fructuum, aliavè recaudatione: nam & si iuxta speciem *dict. cap. auaritiæ*, nondum confirmatus, bona non administraret, adhuc non incurreret pænas illius, vt docent Puteus, optimè *lib.* 3. *decis.* 45. Riccius *collect.* 698. melius ipse *collect.* 1476. *ibi*; non tamen habet locum pæna *dicti cap. auaritiæ* in capiente possessionem, nisi se ingerat administrationi, aut fructus percipiat; loquitur enim de ingerente se administrationi: sic cum Puteo vbi supra, & Cota *in decis.* 129. firmantibus, ita latè fuisse decisum in Eugubina Canonicatus.

21 Nec Decanus, & Capitulum debuerunt, seu potuerunt iuste dubitare D. Didacum Salçedo Beancos, adhuc à Pontifice non fuisse confirmatum Episcopum huius nostræ Austuricens. Ecclesiæ; tum quia à communi distancia ex his partibus ad illam Curiam longior dilatio solet esse duorum mensium ad effectum præsentandi Regiam nominationem in Dataria illius Curiæ, & vsque ad aduentum testimonij factam fuisse gratiam aliorum duorum mensium, & pro aduentus Bullarum Originalium, alterius alij mensis, vt frequentius accidit, sed dictus Episcopus quasi, à bino anno erat iam nominatus, vt patet ex tempore mortis sui antecessoris, quæ contingit anno 1638. & aduentus D. D. Didaci in
mense Augusti dicti anni 1640. ergo. 22
Tum quia iam per Regiam assertionem id certificatur in primis verbis dictæ schedulæ ibi: *ya saueis como auiendo yo apresentado a esa Iglesia à D. Diego Salçedo, Beancos, su satidad, le pasò la gracia en su fauor à muchos dias y le expedieron las Bullas, las quales por algunos accidentes, que se offreçieron, se han detenido, y perdido*, & ibi: *y aunque con esta notiçia, se à buelto a escriuir ami Embaxador en Roma, para que de orden de despachar nuebo duplicado, y seguir los auisos, que à auido, y ay, se entiendo lo esta*; item quia talium gratiarum expeditarum, imo & inferiorum beneficiorum notitia, facillimo negotio ad hæc Regna, & ad curiales degentes in Ciuitate cuiusque Episcopatus peruenit per suos Corresponsales scribentes de dicta Curia Romana; imo vt possunt testificari; cum iam ego essem ab anno 39. Canonicus Doctoralis, hæc erat communis, & publica vox de ante acta, atque facta gratia dicto Episcopo D. Didaco.

Ex quo cum iam ratione D. Didacus ha- 23
beat ius acquisitum in re, non sequetur ex eo quod apprehendat possessionem Incidere in pænas *dicti cap. auaritiæ*. ex Garcia, *vbi supra dicta p.* 11. *cap.* 10. *n.* 214. imo si solum habens ius ad rem, dum tamen, non se ingerat administrationi; non incurret dictas pænas, vt videre est per eum *ibi dict. cap.* 10. *à numero* 222. *& numero* 236. qui latè de modis acquirendi ius in re, *p.* 4. *de benefic. cap.* 2. & in terminis nostris de sola signatura, & supplicatione, cum multis refert, *à numero* 10. *&* 11. qui *à numero* 20. contra hoc dictum de possessione affert dictam extrauag. Iulij III. quæ est *in Bullario* 33. de qua postea dicemus.

Item decisio, quæ magis comprimit, est 24
illa dictæ extrauag. iniūctæ de elect. in qua non solum prærequitur electio, sed etiam confirmatio, & quod Episcopus confirma-

tus per se, aut procuratorem legitimum præsentet suæ gratiæ Bullas Originales (quas tamen debeat exhibere, & præsentare dicemus *infra q.6.* ad hoc, vt necessario debeat, sine excusatione vlla Capitulum, illum admittere.) Tamen casus, de quo est præsens quæstio, vt cum Nauarro, Abbate, & Oldrado, *dicto cons. 9.* dictum est, non subiicitur litteræ dictæ extrauag. vt indicare, videtur glossa *in dicta extrauag. verbo, non præsumant*, & ibi, [sed pone quod electus, vel prouisus litteras Papales habere non potuit, propter Papæ obitum, numquid tenebitur multo tempore in Curia remanere? Credo, quod non, quia hic Papa damnat præsumptionem temerariè residere volentibus absque litteris, propter quod istum, & recipientes, eundem puniri, sed necessitatem non excludit; & vbi non est culpa, nec pœna, debet infligi, vndè temeraria præsumptio hic reprobata, ad casum alium, non debet extendi nec prohibitio generalis excludit casum alias licitum.]

25 † Cumque ista extrauagans includat pœnam, nec decisio pœnalis, vnquam extendatur per dicta à nobis de lege pœnali latè *in cap. ex litteris penult. de constit. & alibi* sequitur dicendum, vt casus, in quo loquitur Regia schedula differat à casu dictæ extrauag. & melius, si vt *quæst. 6. sequenti* disputabitur occasione casus, alij, qui nobiscum voluit practicare nostrum Capitulum anno præterito 1662. in ipsa præsentatione Bullarum occasione dictæ extrauag. ex citato, vbi dicemus, de quibus Episcopis dicta extrauagans loquitur, qua intellecta, fortè poterit dici, nihil illam extrauag. de Episcopis electis, degentibus apud nos Hispanos, sed tantum de in Curia Romana creatis, & ad terras Italiæ tantum disponere, vt tunc longè dicemus, & si sic intelligatur, iam materiam huius puncti subsistere in dispositione *dicti cap. auaritiæ de elect. & aliorum sub dicto tit. extra.*

26 Non enim Rex in illa schedula intendebat quod D. Didacus Episcopus, illico se in bonis immisceret, sed quod gubernaret, sicut Vicarius, per illa verba ibi; *como a quel, a enio cergo à de estar adelante.* Aliud inquam est administrare bona, quod pendet à possessione, aliud vero Vicarium iurisdictionem exercere nomine Archiepiscopi; sic vt non obstet Glossa *in dicto cap. auaritia verbo in spiritualibus*, vbi prohibentur iurisdictionis actus, quos necessario exerciturus erat idem Episcopus, si admitteretur, vt Gubernator; quia tunc talis D. Didacus admissus, vt Gubernator, non illos exerceret, vt Episcopus, sed tantum, vt Vicarius Capituli, in quem vices suas translaturus esset.

Et sententia relata, videtur satis confirmari ex decis. Parlam. Delfin. 344. p. 1. ex Franc. Marc. vbi [prohibitus ante confirmationem administrare poterit tamen in choro installari, & Curiæ Ecclesiæ præfici,] cum in choro installari, & vox in Capitulo haberi, non habeantur pro fructibus, cum ex his nemo sustentari valeat, secundum ea, quæ tradit Garcia *p. 10. de benefi. cap. 5. n. 136. §. 1. vers. captis si tibi*, & idem Franc. Marc. in alia decisione Parlamenti, art. extra. [Italiam in concordia electus Episcopus ante confirmationem in spiritualibus administrare poterit,] quas decisiones refert Marta. *p. 6. decisionum, verbo electio. cap. 42. & 43.* 27

† Et melius, & expressius glossa fin. dictæ extrauag. iniunctæ, ibi additio ad intellectum illius, & *dict. cap. nihil de elect.* adde Consilium Oldradi, quod incipit: *posito sine praiudicio*, vbi concludit, quod Dominus Braccharensis, qui est immediatè Sedi Apostolicæ subiectus, distans, à Romana Curia vltra triginta Diætas ad magnam instantiam sui Capituli, & propter Ecclesiæ necessitatem vrgentem, nondum obtenta confirmatione à Sede Apostolica administrans, & bonorum Ecclesiæ administrationi se immiscens, non incurrit dictas pœnas. 28

Quod patet, nam D. Iulij III. constitutio, quæ inter alias latitudinem præstat, nihil amplius quam adducta extrauag. continet, nisi quandam extensionem extra cancellos, eiusdem, nempè, vt quemadmodum dicta extrauagans loquitur de Episcopis, Abbatibus, & Dignitatibus maioribus ex eadem militante, illud dicta constitutio Iuliana extendit ad beneficia minora, vt suadetur ex *decis. dict. cap.* & hoc nobis probat dict. Nicolaus Garcia iam *supra dicta p. 2.* cum Mandosio, Nauarro, & Flaminio, & in hoc puncto non melius se habuit Lotherius. *dict. const.* explicans *de re beneficiaria p. 3. q. 19. per totam*, legendus. 29

Et licet Scortia declaratione dict. constit. Pontific. Pij IV. incipit: *sanctissimus epitome 82. theorema 205.* affirmet secundum decisionem dict. cap. auaritiæ, vt nec tanquam æconomus, & Procurator, Prælatus se immisceat allegans Nauarr. *in dicto cap. accepta dict. opposit. 8. in dicto n. 31.* tamen si ipse legatur *à n. 12.* cum aliis, videbitur benè explanans dictam extrauag. eiusque sensum litteralem amplexus est pro limitatione 30

tatione in casu nostro, alio titulo, nempè præter Episcopalem, & Prælationem posse admitti electum ad gubernandum ex causis, de quibus supra, quod & idem quasi sequitur D. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum lib. 3. cap. 4. n.* 35. quod verius mihi videtur, non obstante quodam responso tunc temporis à quodam viro Docto à me consulto dicente omnino illicitum esse admittere illum, vt Gubernatorem qui mortuus fuit *ex dicta extrauag. iniuncta*, per quam etiam mota fuerunt nonnulla Ecclesiarum Capitula nostro rescribendo asseuerando quod si dict. D. Didacum admitteremus, vt Gubernatorē, incurreremus omnes pænas illius extrauag. addens id sic procedere ex quadam constit. dict. Pontif. Iulij III. cum Nicolao Garcia *dict. 5. p. cap. 4. §. 3.* Lotherio *dict. quæst.* 19. Gonzalez *in cap. 8. Cancel. glossa* 18. §. 5. *n.* 80. & quod per illam extrauagantem sint iam abrogatæ decisiones. *dicti cap. auaritia, & dicti cap. nihil de*
31 *elect.* † Cum verius sit quamlibet horum iurium decisionem in suo casu, & ratione perdurare, atque subsistere, vt patet ex dictis & ex dicendis etiam *sub quæst. 6. hic.*
32 Et fulcitur noster intellectus ex verbis dict. const. Pij IV. editæ anno 1564. ibi: [Interim electi non audent ingerere se in illarum spiritualium, & temporalium regimine, nec se pro earum Prælato gerere præsumant.] Vbi notandum est, vt Prælato prohiberi, vt administret, & hoc in sensu cæteras constitutiones, Iulij II. Paul. IV. Clem. V. Alex. V. Bonifacij VIII. & Innocentij VIII. fundatas esse patet ex littera, ex contextu cuiusque; quare etiam DD. aduersi sentiendo *ex dicto cap. auaritia, dict. extrauag. iniuncta*, ante Bullarum ostensionem, nec vt Prælatum, aut æconomum, siue Procuratorem admittendum non fore, quia hæc omnia tendunt ad immiscendum se in administratione bonorum, sed non indè negant posse, vt Gubernatorem, & Vicarium admitti. Et quamuis præcitatus Doctor à me consultus negaret, vt valeret admitti, tanquam Gubernator, fassus tamen fuit, vt potuerit admitti, tamquam Prouisor; quæ voces in sensu, de quo loquimur sunt sinonymæ, & sic malè distinxit.
33 Ex alio inquam capite visum est optimè considerasse Regios illos doctissimos Consiliarios dictę schedulæ Regiæ Compositores Senatores, scilicet *de la Camara* non fuisse sub imperio, atque mandato expediendam, ne fractores, viderentur immunitatis Ecclesiasticæ, virtute cuius Capitula Ecclesiarum gaudentia concessione Pontificia illo inquam honore succedendi Episcopis mortuis, atque translatis in eorum iurisdictione Ecclesiastica, vt liquet ex dictis, *à quæst.* 1. hic inde, vt si vellet Rex ab Episcopis auferre iurisdictionem, quam habent spiritualem; aut turbare Ministros, quos habent, diceretur immunitatis Ecclesiasticæ fractor, ob indeque incursus diceretur in pænis Canonicis contra illa, quæ latissimè scripsi *sub cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de const. & in toto tit. de iudiciis, & foro Comp.*

Et quamuis in casu deficientis iustitiæ, & potestatis Ecclesiasticæ, Episcopalis, Archiepiscopalisvè, seu fuisset nimis omissa, ac negligens (quod difficillimum esse dicit Ruinus *cons.* 12. *n.* 8. *viso, & discurso, vol.* 5. asserens huius rei probationem esse difficilem, & quæ requirantur ad eam) posset inquam sæcularis potestas corrigere Clericos, illosque refrænare carcere, & Captura bonorum, vt pote in casu schismæ, nec possent cōprimi, vt contigit in schismate super Pontificatu, inter Petrum de Luna, qui vocatus fuit Papa Benedictus 13. & Angel. Corarium vocatum Greg. 12. & Balthasar Cossa, qui appellatus fuit Ioannes 22. & quæ durauit per annos 30. & secundum alios per 40. ad quam comprimendam, vt Ecclesia vniretur, eique fauor impertiretur se se interposuerunt Sigismund. Romanorum Rex, & D. Ioan. II. Castellæ Rex, eiusque Patruus D. Ferdinandus Aragon Rex, cum secundum Isidorum sæculi Principes aliquoties potestatem habent intra Ecclesiam, vt eam corroborent Ecclesiasticam disciplinam per textum in cap. Principes sæculi, & ibi glossa 23. q. 5. *cap. de Liguribus cap. filius*, & ibi glossa, *verbo Regis* 16. *qu.* 7. glossa *in cap. tua in 1. de decim. cap. vt fama, de sent. excommunic. cap. ad abolendam de hæreticis*, Aufrer. *in tract. de potest. sæcul. super Ecclesiast. per Reg.* 1. *vers. tertio fallit*, Bernard. Laur. *in eodem tract. n.* 8. Palaçios Rubios *in cap. per vestras.* §. 44. *notab.* 1. incipit: *Sed est pulchra dubitatio num.* 25. *pag.* 399. Grammat. *super constit. Regni, lib. 1. fol. 28. vol. 4. vers. septimo*, Cacheran. *decis.* 30. Padmont. *n.* 14. Cassan. *in consuetud. Burgundiæ Rub.* 1. §. 5. *n.* 61. Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n.* 8. Belluga *de speculo Princip. Rub.* 11. §. *videndum n.* 17. † Constetque ex Regia lege Principibus, & Regibus, vt commiserit Deus defensionem Ecclesiæ, ibi *sub l. 1. tit. 3. lib. 1. recop.* ideo dicti Reges suas Regias prouisiones prouidisse sequestrandro redditus Pontificiæ sedis, aliasque diligentias fecisse sua potestate temporali 35

contra illos schismaticos, vt sic reducerentur ad Ecclesiæ vnionem, vt referunt Zurita *annal.lib.12. cap.4.51. 58.& cap.56. ad finem*, ait quod expensæ factæ per Regem Aragoniæ in dicta reductione, factæ fuerunt ex redditibus Cameræ Apostolicæ, & Ecclesiarum Cathedralium vacantium, & *cap.61.* ponit Epistolam mittendam à Rege Castellæ Regnicolis, ne obedirent Benedicto, tradit etiam Illescas *in 2.p.histor.Pontific.lib.1.cap.11.& sequent.& histor.Regis Ioan. II.* quæ referendo Castillo de Bobadilla *lib.2.polit.cap.18.n.93.* intelligit eum Alex. *cons.* 8. *incipit videtur col.* 2. *vers. quinimo vol.*1. Decian. *vbi supra n.*85. Belluga *in §. dubitatur. vers. indifferenter, n.15.& in Rub.* 118. §. *denuo, à n.1.&* 8. si adsit remissio, & negligentia in omnibus iudicibus superioribus, & inferioribus, ad ea, quæ dixi *sub cap.qualiter de iudic. & in cap.2. eodem sub q.*
36 19. † referens etiam idem Castillo casum iam supra adductum, posse inquam Regem administrare iustitiam sæcularem pertinentem ad Ecclesiam, & Episcopum in Sede Vacante, vt practicatum fuit in dicto Archiepiscopatu Toletano in Sede Vacante D.fr. Bartholom. Carranza, & D. Gaspar de Quiroga per illa etiam, quæ ipse scripsit *in eod.c.n.51.& sub c.16.eiusdē lib.2.* legēdus.
37 † Tamen hæc non adaptantur ad casum nostrum, quia & si verb. dictæ schedulæ: *y teniendo consideracion alas causas referidas*, & ibi: *y a otras muy iustas que se reconoçen de el seruiçio de nuestro Señor, y muestro, y bien deesse Obispado*, videantur denotare gubernium illius Sedis Vacantis esse violentum, egereque aliquo salutari remedio, sed non tale, vt Rex vellet vti sua politica potestate, nec posset compellendo, vt Capitulum cessaret, gubernare suas facultates transferendo in D.Didacum Episcopum, tantum electum, & sic agnoscendo, quamtumuis ex dictis verbis iracundiam demonstret ortam ex aliqua pessima administratione dictæ Sedis Vacantis; nihilominus Rex noster visus tantum fuit illis deprecatiuis verbis: *os ruego, y encargo admitais al dicho D.Diego, Salcedo Beancos en esa Iglesia, como Gouernador della, y de esse Obispado, dandola para su execucion los poderes, y Recaudos necesarios enel, entre tanto que llegan sus Bulas y*
38 *toma la posession de el como Prelado &c.* † Quæ poterunt autumari ex his, quæ congerit D. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum lib. 4. cap. 13. in fine & in politica eodem lib. & cap. ex vers. aunque no es mi intento, vsque ad finem.* Vbi cum Contzen. *1.polit.cap.21.* Petr. Greg. *de Republica, lib.5.c.3.* & ex doctrina textus *cap. ne pro defectu 41. de elect.* Vbi Bald. *cap. oblata 57.iuncta glossa verbo periculum de appel. cap. quam sit de elect. lib. 6.*, cum aliis apud Bertazol. *in tract. de Episcopo n.3.* adducendo practicam apud Indos, quæ multis schedulis Regiis, quas refert, & apud Lusitanos ex Oldrado *dict. cons.9. n.5.* Tuscho *conclus.384.litt.P.* consuetudine obseruari, vt nominatus Episcopus illico incipiat gubernare Episcopatum ante confirmationem Pontificiam, & in Concilio Toletano 12. relata à Menchaca 2. *controuers. cap. 51. n. 38.* Vbi propter offensam resultantem circa diuina Officia in Sede Vac. Archiepiscopus Toletanus, posset confirmare nominatos Episcopos in his Regnis Hispaniæ, sic vt nec egerent eam consequi à Romana curia; & quod apud Indos Philippinarum impetrasse à Romano Pontifice nuncios Regios, vulgo *los Embaxadores* quod vacante aliquo Episcopatu, cura illius committeretur conuicino alij Episcopo, & quod propter hæc, & alia, quæ cauentur in *dicto cap. ne pro defectu, & in l.10. tit. 5.p.5.in Clem. dispendiosam de iudicijs, in cap. pastoralis 12. de Officio, ordin. cap. sicut olim 25. de accusat.* glossa *in summa, & in cap.fin.q.3.* cum Durando, Oseo, Quaranta & D. Feliciano de Vega *in cap. cæterum de iudic.n.32.& 33.* & Ioanne Garcia *de expensis cap. 20. n. 14.* debet improbari Sedum Vacantium gubernium, contra quod loquitur idē Garçia *de expensis*, vt refert Solorzano in dicta politica, verbo *y lonismo*, in verbis sequent. *que porque en ellos se hacen muchas cosas insolitas* (loquens de Capitulis in Sede Vacante) *tomase ensi el Rey nuestro Señor el gouierno de estas Vacantes, y que elsaue que aria en ello vna cosa muy vtil y saludable para su Reyno*, alia legenda refert Solorzano vbi supra.

Ex quibus satis aperta demonstratur intentio Regia conformis cum omnibus huc- 39 vsque dictis; siquidem rogat, & fatetur Capitulum esse Dominum gubernij per totam Sedem Vacantem, intelligendo esse in facultatem Capituli dare illi sufficientem potestatem ad gubernandum pro eo interim, quo Bullis ostensis reciperetur, tanquam Episcopus, quibus actibus, ex longa. in hac quæst. repetitis, & aliis, quæ tunc à me, vt Canonico Doctorali considerata fuerunt, & scripta in quodam allegato iuris, vernaculo sermone concepto.

Iam Capitulum magis instructum man- 40 dauit sub pæna centum ducatorum, vt intra 24. horas iter facerem Matritum, vt persuaderem locutione, & memorialibus,

quod

quod Rex, & Comes *de Oliuares*, eius collateralis, & Consiliarij de Camera desisterét ab executione dictæ schedulæ. Sed ego cupiens pacem Capituli cum tali Episcopo, vt ne deinceps cum hoc aduerso principio commouerentur ad lites, distuli, quantum potui iter facere caliditate, siue dolo bono, meos contemporaneos tunc sanguinolentos fallens; quia secreto ab ipso Episcopo accepissem Bullas originales accepturo intra dies octo, vt contigit, ipseque fuit, vt Episcopus receptus. Omnes de Capitulo in pace, & ego gratus excusando iter, cum possem illud illico arripere, & facere sumptus ducentorũ scutorum, quos mihi Capitulum transmisisset in Bursam meam, ac deinceps in toto curriculo annorum quatuor excusando sumptum plurimarum litium contra ipsum Episcopum, quas composui sine laboribus, & expensis ad satisfactionem Capituli, & faciendo prolixa solicitudine mea, vt Capitulum, vocaret ad se tres Agentes, quos inueni tenere propriis expensis Romæ D.D. Petrum Iniquez Delzerro nunc hic degentem Canonicum, & Magistrum scholæ, Matriti D. Christophorum de Vgarte, Vallisoleti D. Matheum Sagade Bogueiro, hodie Archiepiscopum Mexicanum, & electum Episcopũ Carthaginens. quo assequuto faxit Deus, vt quando gradum feci anno 1643: ad Ecclesiam Vallisoletanam, electus Canonicus Pœnitentiarius, hoc Capitulum, eiusque Præbendati remanebant in quiete, permanens ego cum illis vsque ad hunc aduentum Episcopalem profitens integram vrbanitatem, tam Vallisoleti, quam Matriti, & cum filiis eius, & totius Episcopatus, existimando nunc non ex alio capite insurgere in me, quam ex illo, quod sim Episcopus, insanientes, vt ab antiquo æuo prouenit, ex isto tantum titulo, non ex alio capite, nec aliquo malo opere à me intentato huc vsque aduersus eius iura, nec filios; imo potius ingratiosis omnes gratificando.

41 Hic poterant pro plena manu iniungi alia, quæ super littera dictæ schedulæ Regiæ commentatus fui, disputando, numquid ex dictis verbis *Ruego* deprecatiua tantum fuisset petitio; an imprecatiua pronunciatio? item an à prouisionibus Regiis valeat supplicari: item quantum radicata fuisset iurisdictio in Capitulo Sede Vacante; item numquid Regi affirmanti gratiam factam à Pontifice fuisse, credendum esset? de quibus nunc nihil, ne impertinenter, & longè proloquamur; & sic tantum ad remissiones recurres. De primo scilicet *Ruego DD. in cap. pastoralis §. quia vero de Officio delegati*, Bobadilla *in polit. cap.* 10. *lib.* 2. *à n.* 62. cum multis in glossa. De Secundo *in l.* 29. *per textum ibi*, *& l.* 30. *tit.* 18. *p.* 3. *l.* 11. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil. & ex cap. si quando de rescript.* De Tertio in toto hoc tractatu, vbi *de iurisdictione, Cap. Sede Vac.* de credendo Regi aliquid affirmanti per dicta *sub cap.* 7. *de prob. & in cap.* 1. *de præsumpt. & sub cap. sicut nobis* 28. *de testibus*. Et de alia, numquid si admitteretur D.D. Didacus, vt Gubernator, posset amouere Officiales iustitiæ dictæ Sedis Vac. alios nominando, vt quotidie accidit, quando Episcopus de nouo aduenit? aut necessario gubernare deberet conseruando illos ministros, à Sede Vacante nominatos? De quo *sub q.* 4. hic & dicemus aliqua *infra in hoc tract.* Quare iam transeamus ad agendnm de aliis dubiis nobiscum intentatis in ipsa possessione petita, & nostro mandatario præstanda.

QVÆSTIO VI.

Episcopatus possessio ex quo Bullæ visæ fuerint in Cõsilio vulgo *de la Camara*, & ab eo expediti executoriales, an debet fieri per ipsammet personam Episcopi, aut queat per tertiam aliam quamlibet etiam sæcularem cum eius mandato? 2. Et an præcisè, vt eam assequatur debeant præsentari coram Capitulo omnes Bullæ originales plumbatæ, & etiam simul illa virtute cuius Episcopus consecrandus præstat coram Episcopo consecrante fidem iuratam, tangendo Euangeliorum librum de obediendo Pontifici, alias sit in potestate Capituli illum non admittere, etiam si semel præsentet coram eo Episcopus testimoniale, in quo recensentur ad litteram omnes prædictæ Bullæ in forma probanti? 3. Et an Capitulum

pitulum queat non admittere Vicarium Generalem non ordinatum in sacris, aut possit ipse, vt admittatur censuris procedere? 4. Et an si virtute mandati, quod habet nominet alium habilem de Capitulo, aut extra, sit in potestate Capituli, illũ non admittere? 5. Aut queat Vicarium ad suum libitum nominare, 6. Vel conseruare illos, qui erant in Sede Vacanti, etiam si forent Canonici ex affectis? 7. Quæ Bullæ fuerunt examinatæ in consilio Cameræ? 8. Et quæ Bullæ sufficiebant præstari coram nostro Capitulo, vt necessario nobis illico possessio daretur?

SVMMARIVM.

1 *Possessio Episcopatus Austuricens. danda nobis Episcopo, malitia quorumdam fuit per decem dies dilata.*

2 *Possessio, tam Episcopatus, quam cæterorum beneficiorum, & Dignitatum potest recipi per mandatarium, etiam non ordinatum & laicum Procuratorem.*

3 *Laicus iudex nequit Ecclesiastica negotia tractare: fallit si ministerialiter ea velit tractare, vel si agat de facto res Ecclesiastica.*

4 *Laici plerumque constituuntur Procuratores ad negotia audientia Ecclesiastica.*

5 *Procuratores, & Notarij, ac alij ministri Laici in Ecclesiasticis se tantum ministerialiter gerunt nomine alieno, & non proprio, vt* n.7.

6 *Laici in Ecclesiasticis possunt esse Consiliarij, & assessores, & sub* n.9.

7 *Laici Procuratorio nomine in Ecclesiasticis tantum agunt, non proprio, vt exemplificatur,* n. 10. 11. & 12.

8 Cap. in noua 16. q. 7. & n. 10.

9 *Concilium Brachar.* actu 2.

10 *Laicus queit esse œconomus rei Ecclesiasticæ, si agat ministerialiter.*

11 *Laicus queit recipere inuestituram beneficij pro Clerico.*

12 *Mandatum quale requiratur ad accipiendam beneficij possessionem.*

13 *Bulla Pontificia pro capienda possessione Episcopatus in Regnis Hispaniæ debent Capitulo præsentari iuxta extrauag. iniunctæ de electione, cuius contextura intelligitur, à* n. 14. *& de praxi* n. 17.

14 *Extrauagans iniunctæ de elect. qualiter intelligatur respectu Episcoporum creatorum apud Romanam curiam existentium, pro Prouinciis Italiæ. Et quid pro Hispanicis & aliis remotis.* n. 15. 16. 17. 18. & 19. *vbi de glossa illius, vide supra* sub q. 5.

16 *Episcopus Hispanus, Lusitanus, siue remotus, quatenus se ingerens, aut admissus ad administrandum, releuetur, à pœnis* extrauag. iniunctæ de elect. cap. auaritiæ, *& aliorum* eodem tit. extra, & lib. 6.

17 *Iurisdictionalia Episcopatus non pendent à consecratione, sed à confirmatione.*

18 *Capitulum Sede Vacante queit solo testimoniali Dataria in papyro authorizato dare possessionem Episcopo electo, absque censurarum incursione, & de praxi Hispania per aliquot annos, & de casu Braccbar.* n. 21.

21 *Bracchareñse Capitulum absque Bullis Pontificijs posuit, vt administraret Archiepiscopatum nominatum Archiepiscopum.*

22 *Capitulum Sede Vacante si admittat Vicarium non ordinatum in sacris adhuc queit censuris resisti, donec nuncius Apostolicus aliud explanet suo mandato, & de ratione non obstante Bulla Vrbanica.* n. 23. 24. 25.

24 *Vicarius Episcopi debet esse in sacris ex Bulla Vrbani, vt* n. 22. & 23. *sed ex multis suadetur, vt in minoribus constitutus secure admittatur.*

26 *Capitulum ex eo tantum quod non admittit vt Vicarium Generalem non constitutum in sacris; non inde valet si talis Vicarius veniat cum speciali mandato sui Episcopi, queat nominare alium Ordinatum in sacris de Capitulo, aut extra.*

27 *Bulla plumbata Pontificia iuxta praxim sunt ostendenda Capitulo, sin minus valet Capitulum in sua Sede Vacante perdurare suum Vicarium, vt* n. 28.

29 *Bulla plumbata, quæ spectant ad possessionem adipiscendam Episcopatus, & fructus illius percipiendos, sunt tantum de necessitate Capitulo desiderata, ostendenda, non aliæ, quæ loquuntur cum Regijs iudicibus, nec illa, quæ spectat ad consecrationem Episcopi electi.*

31 *Bulla*

31 *Bulla recensentur quæ crebro in Curia Papæ expediuntur pro Episcopis Hispaniæ, 1. & 2. de admissione nostræ personæ cum nominatione Regia Philippi 4. Regis Hispaniarum, & de absolutione à quibusuis censuris, ne obstet aliquod impedimentum. n. 32.*

33 *Bulla quibus præcipitur vt Capitulum nos admittat, alioquin possumus in illud censuris procedere.*

34 *Bulla qua præcipitur Clero Ciuitatis & Diæcesis obedientia.*

35 *Bulla qua præcipitur populo & diæcesi idē.*

36 *Bulla qua præcipitur vt vassalli eiusdem Ecclesiæ Asturicensis obediant.*

37 *Bulla qua commendatur Archiepiscopo Compostellano vt conseruet, & ampliet in iuribus.*

38 *Bulla qua commendatur Regi Catholico honorificentia & tuitio.*

39 *Bulla de consecratione, & obedientia præstanda Pontifici maximo.*

1 ANte aduentum nostrum die 13. Augusti præteriti anni 1662. postquam nostras Bullas originales plumbatas examinauit Consilium supremum *de la Camara*, vbi cæteræ solent, ne forte in illis veniat aliquid scriptum, quod possit minuere, aut offendere ius Patronatus, quod habent ab antiquo post restauratam Hispaniam à Mauris Reges nostri, quibus inspectis traduntur Episcopo electo per secretarium Patronatus Ecclesiastici vna cum executorialibus Cameræ ad effectum eas præsentandi coram Capitulo, ad quod electus fuit Prælatus, quod etiam assueuit in prima die Capituli, in quo præsentantur, tradere suo Canonico Doctorali, aliovè perito, vt ad aliam sessionem proximè immediatam de eis narrationem faciat, numquid veniant in forma sic vt sit Episcopo, aut eius mandatario præstanda possessio, quæ solet illico dari, tam ibi in Capitulo, quā in stallo chori; quod si fortè aliquod in eis offendiculum referat, solent libenter, vt diutius Sedes Vacans duret protelare possessionē pacificam, quæ alias animo pacifico debebant illico præstare; sicut accidisse videtur in nostra possessione adiudicanda; siquidem cōsobrinus noster Licent. D. Nicolaus Rodriguez Hermosino Canonicus iam, & Archidiaconus de Paramo; item & nunc Vicarius Generalis cum nostro speciali mandato, veniens à Curia Matritū, & cum Bullis & Executorialibus; item & nominatus per Nos Vicarius Generalis, & si nondum ordinatus in Sacris pro illo tantum tempore placito à Capitulo, & cum ordine, vt si non ordinatus desinat admitti, tunc nominaret Vicarium Generalem de Capitulo eodem aliquem aptiorem sibi magis visum, nullū tamen permitteret ac Prouisoribus, qui in Sede Vacante regebant; ne videretur adhuc Sedes Vacans durare. Et quia cum tunc erant tales; qui non potuerunt eligi, eo quod essent vnus Canonicus Doctoralis; alter Magistralis, etiam prohibiti talia exercere Officia alio Pontificio indulto. Et quamuis nominasset alium Canonicum; videlicet D. Ioseph. Martinez Ruiz, persuasi fuerunt Capitulares consilio vnius ex illis, non posse Capitulum admittere ad Vicariatus Officium meum Consobrinum; o quod esset tantum in minoribus ordinibus constitutus, ac eo ipso; nec esse personam habilem ad capiendam possessionem mandato nostro fidem faciente: hoc impedimento retardata fuit possessio; & quia fortè perito illa consilianti, visum esset, non firmo pede, ad tertiam sessionem cogitauit aliud impedimentum proponere, narrando in Capitulo in alia die Capitulari vidisse Bullas, & inter illas non venire illam, quæ respiciebat ad consecrationem, & iuramentum à nobis præstandum coram Episcopo consecratore, nec sufficere etiam Capitulares persuadendo, vt ea quidem Bulla esset ad litteram in alio testimoniali fidem facienti; de omnibus etiam Bullis ad litteram extensis in Bullis plumbatis; firmando non posse Decanum, & Capitulum procedere ad dandam nostro mandatario possessionem, illa Bulla deficiente; & si omnes aliæ recipientes ad actum possessionis, & admissionis, tam per Capitulum nostrum, quam per Clerum, & Magistratus sæculares, & ad percipiendos fructus, venire in forma probanti, & sine vlla ruga, qua nouitate fuit dilatata possessio, quia talis Doctor peritus etiam informauit sine peccato mortali, item & fine incursione censurarum, & pænarum, quæ continētur in extrauag. iniunctæ de elect. non posse nobis possessionē tradere. Cumq; non omnes de Capitulo essent contrarij, admirarenturque de tali nouitate, & quod oporteret recipere doctrinam ab alio Iurisperito nostræ ciuitatis, equidem litteratissimo, qui in fauorem nostrum colloquebatur, tunc alter, qui se existimabat Doctorem, vt magis, ac magis distulisset aliam nouitatem, paranit, nempè quod darent Capitulares dicto nostro consobrino

in facto rei Ecclesiasticæ, & sic in eo, quod respicit possessorium modo ibi dicto; ergo si in hoc, vt iudex valet cognoscere qua de causa potest esse laicus prohibitus aliqua negotia tractare tantum, vt minister & materialiter, in quo nullam cognitionem iuridicam facit.

4 Ob id videmus quotidie, vt laici constituantur Procuratores ad vnum, vel etiam plura negotia, siue in iudicio, vt *in cap.1. de procurat. lib. 6.* vbi glossa & *in cap.1. de syndico*, siue extra iudicium, velut ad resignandum, acceptandum, seu permutandum beneficium, glossa *verbo Procuratorem in elem. 1. de renunciat.* Rota *decis. 8. n. 5. de procurator. alias 104. in antiquis, & decis. 2. de rerum permut. alias 418. in eisdem*, Ioan. Andreas, Abbas, & alij *in cap. accedens, de præbendis*, post alios Tiraquel. *de iure mariti glossa 5. nu. 178.* Felin. *in cap. Apostolicæ n. 5. & 6. de except.*

5 Quare licet Ecclesiastici apud Ecclesiasticum forum in Ecclesiasticis, & spiritualibus Notarij, & Tabelliones esse possunt, glossa *in fine* & DD. *in cap. sicut, ne clerici, vel Monachi*, & communis per Couar. *in pract. cap. 19. n. 8.* possunt etiam laici absque dubio in eisdem causis Notarij existere, quia sic ministerialiter tantum negotia Ecclesiastica tractant, vt tenet communis *in cap. quia propter, de elect.* Abbas, & alij *in dicto. cap. sicut, idem in addit. ad eum n. 14.* Decius *n. 18.* Ripa *à n. 60.* Couar. cum aliis, & Barbosa, testatus etiam de praxi *in dicto cap. 2. de iudic. sub n. 6* addit. *n. 7.* cum Aufrerio *de potest. sæculari reg. 4. fallentia 34.* & cum aliis

6 passim. † Quod similiter possunt laici in causis spiritualibus existere Consiliarij, & Assessores Iudicum Ecclesiasticorum iuxta textum *in cap. statutum §. assessorem de rescriptis lib. 6. & l. consiliarios cod. de Offic. assessor.* & hoc quia tales Consiliarij, & Assessores ministerialiter tantum se habent, nihil circa præcisam definitionem litis Ecclesiasticæ agendo, cum illius definitio pendeat à iudice cognoscente de causa, qui potest sequi, aut non illorum consilium, vt explicat Barbosa latè legendus *sub dicto cap. 2. de iudic. p. 6. sub dicto n. 7. & 8.* Vbi colligit hoc idem procedere in peritis, quorum consilio Inquisitores tractant negotia, tam Ecclesiastica, qualia sunt fidei, de quo, & aliis, Iam nos diximus *sub dicto cap. 2. de iudic. q. 12.* Vbi agimus de illa, *an laicus, possit esse Clerici Procurator, aut Assessor, siue Vicarius?*

7 Nec his obstat, quod laicus in spiritua-

libus procurator existens, verè tractet negotia spiritualia, & Ecclesiastica; quia respõdetur ex communi, & cum Abbate *n. 9. in cap. 2.* & Tiraquello vbi supra laicos prohiberi tractare talia negotia nomine proprio, non vero alieno, seu procuratorio, non si illa agerent iurisdictionaliter, vt si vellent cognoscere, aut quod eorum consilio præcisè standum esset. † Quare & si 8 procurare ipsis, videatur prohibitum *in cap. in nona decimo sexto quæst. septimo ad finem. ibi per laicalem procurationem*: tamen vt DD. intelligunt, textus ille non agit de procuratione, sed de œconomo, seu generali gubernatore rerum Ecclesiarum, qui velut, vt superior, in eisdem potestatem exercet, Barbosa *in dicto cap. secundo numero 4. & 5.*

Quare licet Concilium Bracchar. *actu 2. tit. de Procurat. cap. septimo vers. quod si* 9 iniungat Episcopis, vt in suis Tribunalibus non laicos, sed Clericos adhibeant cognitioni, & decisioni causarum ad Ecclesiasticum forum pertinentium; & ob id nos dicamus *in dicto cap. 2. sub dicta qu. 12. num. 6. 7. & 8.* Vicarium ad tractanda negotia Ecclesiastica, laicum non posse constitui, quia talis præcisè iudicialiter acturus sit negotia: tamen dict. Brachar. *concil. in vers. quod si.* admittit laicos, & Clericos coniugatos Assessores, & Consiliarios in eisdem causis; ita vt consultiuum habeat suffragium, secus vbi dispositum fuisset, quod Ecclesiasticus iudex præcisè, & necessario sequuturus foret laicorum consilia, & assessorias, quia tunc in specie dicerentur tales Cõsiliarij, & Assessores laici iudicare, quod sibimet omni iure in Ecclesiasticis prohibitum reperitur, nisi alias Pontificia delegatione aliud disponeretur, secundum quæ dixi *in cap. 3. de iudic. q. fin. & in cap. qualiter quæst. 9. & 12. & alibi, & sub dict. cap. 2. qu. 12. num. fin.* vbi probaui, quod laicus nequit partes iudicis Ecclesiastici assumere, nisi ex delegatione Pontificia.

Et licet verba *dicti cap. in nona* rema- 10 neant explanata, nempè, vt non possit esse laicus œconomus, & nos *in dicto capite secundo quæstio. 12. in fine*, cum Gratiano *reg. 328.* dicamus, vt queat esse œconomus, tamen non implicat, cum ibi loquamur de œconomo ministerialiter agente, & procuratorio nomine inferendo ex procuratore ad illum; hic tamen quando laicus exerceret œconomatum proprio nomine, & vt Gubernator rerum spiritualium, & Ecclesiasticarum;

& ob id explanans Barbosa, ac intelligens textum *in dicto cap. 2. de iudic.* cum aliis, de materia, de qua nos diximus abundè sub illo, dicit *in n. 9. p. 6.* laicum posse, & authoritate legitimi superioris Ecclesiastici Ecclesiastica negotia tractare, secus si gereret iure proprio, aut sicut alij dicunt authoritate tantum laicali, præsumendo authoritate propria tenere per se aliquid faciendo, vt *ex cap. Iudai 21.* vbi glossa *de testibus, & cap. statutum §. insuper*, vbi glossa *verbo præsumat. de rescript. lib. 6.* Flamin *de resign. infra n. 20.* Barbosa *per dict. cap. 1. de procurat. à n. 1. ad 4.*

11 Vndè cum nemo etiam dubitet posse Procuratorem laicum recipere inuestituram beneficij pro Clerico, vt agnoscunt D.D. cum Panormit. *in cap. accedens de Præb. & ad acceptandum beneficium*, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 9. q. 3. n. 14. & 19. & lib. 10. q. 5. n. 14.* ibi *n. 15.* refert in Rota decisum huiusmodi mandatum strictè esse interpretandum, nec ad beneficia alterius Diæcesis extendendum; item vt laicus possit constitui Procurator ad renunciandum, & acceptandum beneficium Ecclesiasticum, idem *dict. lib. 10. q. 8. n. 35. & q. 6. n. 14.* Rebuf. *in tract. nomin. tract. 14. n. 96.* Bonascos, *tom. 1. comm. opinion. lib. 1. tit. 10. num. 14.*

12 quos sequitur Barbosa *in dicto c. accedens*, † Vbi licet cum Innocent. commendet menti tenendum ad capiendam beneficij possessionem requiri mandatum speciale; ita vt non sufficiat generale, cum dict. etiam Flamin. Villalobos, Capell. Tholosan. Camillo Borrel. & aliis, non tamen negat sufficere generale ad beneficia mandatum, etiam si beneficium minimè fuerit nominatum, dicens hoc in casu posse talem Procuratorem acceptare beneficia curata, & dignitates, vt resoluit Rebuff. *in tract. nomin. q. 9. n. 6.* quæ & nos diximus, & alia *in dicto cap. 2. de iudic. à n. 3.* cum Panormit. Dominico, & Rota: Ergo in casu nostro nunquam potuerunt Decanus, & Capitulum nostræ Austuricensis Ecclesiæ differre tradere possessionem Episcopatus petitam consobrino nostro habenti ad id speciale mandatum, quod præsentauerat vna cum Bullis, & minus eo simulato colore, vt quia non admittebatur, vt Vicarius Generalis; quia erat tantum Clericus in minoribus, nec habilis erat persona ad capiendam illam possessionem nomine nostro, quo inuolucro transierunt ad sequentia differendo vsque ad diem 28. dicti mensis.

13 Ad secundam quæstionis partem quæ iterum pendet ab intellectu dictæ extrauag. iniunctæ de elect. de qua, & intellectu aliorum iurium diximus plura *sub q. 5. præced. & sub toto cap. 15. de elect. à q. 1. præcipuè, à q. 3.* quæ hic repeti possent, illis omissis, nunc solum restat dubium quæ Bullæ plumbatæ Capitulo præsentatæ, vt nequeat denegari, aut differri possessio Episcopatus petita, operæ pretium est videre; & numquid dispositum in illa extrauag. debeat practicari cum Episcopis Hispaniæ, aut aliarum prouinciarum, quæ longissimè distant à Curia Romana, aut de quibus Episcopis creatis ea intelligatur; quapropter necessum erat omnia verba illius extrauagantis hic repetere, vt sunt posita supra *n. 1.* quæstionis præced. Vbi quisque desiderans leget; & sic nunc ex sola repetitione clausularum contexturæ ipsius, & casus appositione, atque glossæ intellectus satis perspicuè considerari valebit: quo velamine, seu figura discursus ad differendam à nobis petitam possessionem per dict. Procuratorem nostrum ab illo litterato Capituli pro nostris proposita fuerit influens lethaliter peccare, & insimul in censuras in ea positas incurrere Capitulares, si nos admitterent ad possessionem, non præsentata Bulla consecrationis plumbata, etiam si omnes aliæ præsentatæ fuissent.

Igitur si ex principio contexturæ totius illius extrauagantis à verbo *iniuncta* attentè inspiciatur siue construatur contextus, 14 videbitur etiam in *versiculo sanè*, quantam præcautionem exposcit Papa Bonifac. 8. ad hoc vt venturi Episcopi, Abbates, Priores, & alij ad proprias Ecclesias, & territoria legitimis documentis probent ad se illas pertinere, probans id tam ex regulis iuris Canonici, quam ciuilis, & exemplis tam in illo, qui dicit venire cum mandatis Principum, & in Nuncio Apostolico facturo suæ delegationis fidem, & in Clericis, qui vt credantur in alienis Diæcesibus esse tales, debeant discedere à propriis cum litteris commendatitiis fidem facientibus per suos Episcopos. Et hac de causa *ex vers. quod autem* respectu Prelatorum, Abbatum, Priorum, & aliorum, non minorem probationem requiri; siquidem *ex vers. hinc* in his ita superioribus prælatis maior legitimæ probationis ratio ita exposcat; siquidem in aliis casibus, qui minoris existunt periculi, iam in aliis constitutionibus fit prouisum; & indè *à vers. in præsenti* vsque ad finem, cuius verba posita sunt supra in princ. *qu. 5.* præced. mandat ac prouidet Pontifex, vt deinceps Prelati, & alij quocumque nomine censeantur, qui apud sedem Apostolicam

eam promouentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis minus recipiunt ad commissas eis Ecclesias, & Monasteria, absque dictæ sedis litteris huiusmodi eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem continentibus, accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant sub pœnis ibi contentis, *& in vers. quod si forsan*, & quas etiam imponit idem Pontifex aduersus Capitula, & conuentus Ecclesiarum illos recipientes.

15 Ex qua prælibatione visum est Pontificem loqui de illis Episcopis, Abbatibus, Prioribus, seu aliis Monasteriorum Rectoribus, qui cum ad præsens deguerint in Curia Romana apud illam ibi eliguntur, promouentur, confirmantur, consecrantur, & benedicuntur, quæ personæ fortè in partibus, vbi Ecclesiæ, ad quas prouidentur incognitæ, & inauditæ non præsumant administrationi earum ingerere, absque eo, quod per legitima documenta, & litteras constiterit illos esse veros Prælatos, & quod tantum de illis loquatur qui Romæ inhabitant, constat, quia alij Prælati nominati hic in partibus, & si confirmentur Romæ, eorum nominatio, & electio, tamen munus consecrationis recipiunt virtute alterius Bullæ ab Episcopo illum, aut illos consecrante, vna cum aliis duobus Episcopis assistentibus iuxta ea, quæ dixi in cap.... hic apud nos Hispanos, quod suadetur ex verbis *sub dicto vers. præsenti*, ibi: *qui apud dictam sedem promouentur, &c.* quod si adhuc velis dubitare dicendo hæc verba non implicare; siquidem promouentur apud dictam sedem, Episcopi, & cæteri Prælati extra Romam degentes, tunc satis intellectus prædictus confirmatur *ex vers. statim sequenti*; ibi: [similiter quoque Episcopi, Prælati, Abbates, Priores, & alij Monasteriorum regimina exercentes prædictæ solito fidelitatis iuramento non præstito, illi etiam Pontifices, (quos apud prædictam sedem pallium continget recipere) absque litteris traditionis ipsius pallij nequaquam ab eadem discedant &c.] Et mulctat alias discedentes *in vers. discedentes vero*, quibus verbis satis aperta est lectura dictæ extrauag. & quamuis praxis sit apud nos, vt non admittantur ad administrandum Episcopi, etiam confirmati, nisi litteris ostensis, in Capitulo etiam si non in Curia nominentur, ac in istis Regnis deguerint. Tamen perspicuum est munus consecrationis hic apud nos recipere, & fidelitatis iuramentum facere de obediendo Papæ in manibus Prælati consecrantis antequam illum consecret.

Et clarius demonstratur; siquidem *in dicto vers. & similiter* mandat Pontifex, Bonif. 16 vt nullus discedat, antequam tale iuramentum præstiterit, & quod nec illi Pontifices, hoc est Archiepiscopi, aut Primates, qui inuestiuntur pallio, similiter, nec à Curia Romana discedant ante illius receptionem, quæ tamen requisita hic in partibus præcipuè ita distantibus, nullo modo possent practicari de facili, itinerãdo hic promoti, & nominati Romam, vt ibi in persona confirmarentur, & consecrarentur, præstãdo ibi coram Romano Pontifice iuramentum fidelitatis, & obedientiæ, & accipiendo de eius manibus pallium; siquidem istud Archiepiscopis nominatis, & hic in partibus degentibus mittitur, vt post illius acceptionem (iuxta quæ diximus in Rub. & tit. de vsu pallij) queant administrare proprios Archiepiscopatus, & itidem qui sint consecrandi hic in partibus antè consecrationis munus, prestent iuramentum fidelitatis, & obedientiæ Pontifici maximo. Igitur ex dictis præstat intellectus dict. extrauag. fore ad præcauenda inconuenientia, quæ possent contingere respectu illorum Prælatorum, qui apud Sedem Apostolicam prouiderentur, confirmarentur, consecrarentur, & benedicerentur cum Episcopis apud nos hic consecrandis, & iuraturis de Papæ obediendo, nihil dispositum sit in dicta extrauag. cum praxis antiqua, ea nempè sit, vt ex quo cum Bullis se presentat quisque Episcopus, aut per se, aut per Procuratorem ad id specialem proprio Capitulo, ex quo sic presentatus constiterit, quod sit à Papa confirmatus, statim debet recipi, vt recipitur absque eo inquam, quod debeat constare eidem Capitulo, numquid talis Episcopus sit iam consecratus? & numquid prestitisset iuramentum fidelitatis, & obedientię Pontifici, hęc enim pręcedentia non exposcitur; siquidè ab actu confirmationis Pontificię quisque Episcopus debet admitti, pręter quam illi, & alij Pręlati, qui apud curiam confirmantur, prouidentur, & consecrantur, aut accepturi sunt pallium, quos voluit excipere Pontifex, & quod non discederent à Curia ante receptionem talium munerum, dè quibus per litteras Capitulis, & Conuentibus Ecclesiarum constitisset, vt & apertius demonstrat glossa ibi: *vers. non præsumant in* casu ibi: *sed pone consecratus, vel benedictus litteras Papales habere non potuit propter Papæ obitum*,

numquid tenebitur multo tempore in curia
17 *permanere.* † Non enim à consecratione pendent iurisdictionalia Episcopatus, sed à confirmatione,& ob id praxis continua est, vt antè quam consecrati sint Episcopi, recipiantur ad gubernandum, ostensis Bullis per Capitula Cathedralium, vt mihi contigit, qui accepi possessionem dicto die 28. Augusti, & fui consecratus Matriti post in mense Septembris die 17. & aliis quotidie accidit, sicut factum fuit cum illo Episcopo D. Didaco Salçedo Beancos, de quo latissimè diximus *q. 5. praced.* qui postquam receptus fuit in persona à nostro Decano, & Capitulo per ostensionem Bullarum, sine quibus antè venerat huc; deindè porrexit Matritum, vbi munus consecrationis recipiendo, & iuramentum de obediendo Papæ præstando, huc iterum rediit viuere, & hic applicanda sunt quæ latè dixi *sub cap.15. de elect.* vbi quod à confirmatione habet posse Episcopus quilibet, accepta possessione, gubernare, administrare, & percipere fructus,& alibi.

18 Vndè iam vt huius dubij altera pars discutiatur, an solo testimoniali cum transumpto ad litteram omnium Bullarum potuerit Capitulum nostrum præstitisse possessionẽ Episcopatus nostro dicto mandatario. Et licet communis praxis ea sit apud nos Hispanos, siue Castellanos, vt prius in Consilio Cameræ supremo examinentur Bullæ plumbatæ cum suis sericis, aut canappis, pendentibus funibus, siue cordulis, quibus ibi examinatis, nihilque inuentum in eis, præiudiciale Patronatui Regio, quod Reges ab æuo habent præsentandi viros idoneos ad Episcopatus, & expeditis executorialibus ad Capitula Cathedralium, vna cum Bullis traditis ipsi parti, vt petat illorum instrumentorum virtute possessionẽ. Sin autem petat à Iudicibus Regiis auxilium, nihilominus negari nequit, quin virtute dicti testimonialis transumptio venientis à Dataria Pontificia, & in Papyro sub forma probanti signati, atque subscripti cum inclusione omnium Bullarum, possit possessio cuiusque Episcopatus tradi, atque peti cum ipso testimoniali fidem facienti, debeat vtique credi in his partibus; & sic in his partibus per annos 20. & plus, in quibus bella orta fuerunt inter Regem Francorum, & nostrum, periculum quotidianum foret in mari, vbi Mauri inuadunt sepius, periculumque extaret in remissione Bullarum plumbatarum dictum consilium supremum Cameræ assueuit examinando talem transumptum cuiuslibet Episcopatus, quemque Prælatum ad possessionem admittere petendam à Capitulo, Capitulaque Ecclesiarum, visis testimonialibus ipsis tradere possessionẽ sine excusatione, nec aliud præcisè præcipi in dicta extrauag. cum tale documentum sufficiens ad probationem videatur per verba ibi; [asserenti se mandatis Principum venisse, credendum non est nisi hoc scriptis probauerit] † & ibi : [nec similiter creditur se 19
asserenti legatum; numquam enim Apostolicæ Sedis moris fuerit absque signaris apicibus, vndecumque legationem suscipere, *& per alia verba ibi:* sed nec dicenti se delegatum Sedis eiusdem creditur, vel intenditur, nisi de mandato Apostolico fide doceat occultata, *& ibi:* similiter Clerici ad alienam Diœcesim sine suorũ Ordinariorum litteras venientes, nec in suis recipiãtur Ordinibus, nec ad superiores ascendant &c.] quod nec aliud videri, vt postuletur in verbis infra dictæ extrauag. ad decisionem, de qua loquimur *sub dicto vers. in præsenti:* ibi : [ad commissas ei Ecclesias, & Monasteria absque dictæ Sedis litteris huiusmodi eorum promotionem, confirmationem, consecrationem seu benedictionem continentibus accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum accipere non præsumant, nullique eos absque dictarum litterarum ostentione recipiant, aut eis pareant, vel intendant.] Ad quod applicabis quæ dixi de credendo litteris Episcopi, *in cap. post cessionem 7. de probat.* & quæ scripsi de assumendo exemplari ab instrumento originali, *in cap. fin. de fide instrum. & alibi, cotit.*

Et confirmatur ex dicto glossæ dict. extrauag. *sub dicto vers. non præsumant*, quatenus in casu, de quo ibi interrogatur, nempè quando consecratus, vel benedictus, literas Papales, habere non potuit propter Papæ obitum, numquid tenebitur multo tempore in curia remanere, & respondendo, dicit glossator in verbis sequentibus: *Credo quod non, quia hic Papa damnat præsumptionem temerariam recedere volentis absque litteris propter quod istum & recipientes, eundem punit extrauagans, sed necessitatem non excludit, & vbi non est culpa, nec pœna debet infligi, cap. sine culpa extra de reg. iuris lib.6. Vndè temeraria præsumptio hic reprobata ad casum altum non debet extendi; nec prohibitio generalis excludit casum alias licitum,* ad textum *in cap. super quibusdam de verb. signif.* † Ob idque potuit ex Oldrado addi alia Glossa *fin. in dicta extrauag. in vers. additio*, quam repetij, *sub quæst. anteced.* nempè, 20 21

nempè,[Quod Dominus Braccharens.qui est immediatè Sedi Apostolicæ subiectus distans à Romana curia vltra triginta Diætas, ad magnam instantiam sui Capituli, & propter Ecclesiæ necessitatem vrgentem, nondum obtenta confirmatione à Sede Apostolica, administrans, & bonorum Ecclesiæ administrationi, se immiscens, non incurrit dictas pœnas.[Quibus apparet litterarum ostensionem aliquoties præcisè non esse necessariam,imo & quod sine illis Capitula valent admittere, patet ex hoc dicto Oldradi, quem sequuti fuerunt Nauarr.& alij,quos retuli quæst.præced. & ex dicto glossæ hic *verbo recipiant*, vbi ponens dubium glossator in verbis sequentibus, [Sed numquid oportebit me Prælatum semper ostendere litteras] & respondent, [Sic hic loquitur (*hoc est in dicta extrauag.*) in principio dum accedit Prælatus ad Prælaturam,non quando diu in possessione stetit,] notans simile *in cap.si iudex. de sent.excommunic.lib.6.*

22 Ad tertiam quæstionis partem,an Capitulum,queat non admittere Vicarium Generalem non ordinatum in sacris, aut possit ipse Vicarius,vt administrator prouidere,censuris? In quo dubio fatendum est in fauorem Capitulorum à Sanctissimo Vrbano Papa 8. decretum, ne Episcopi in suos Vicarios Generales nominent, & assumant,nisi constitutos in sacris ordinibus,vt retuli *sub dicto cap. 2. de iudic.dict.q.12.n.6.* Tamen quia decisio iuris est,nempè,vt diximus etiam *sub cap.5. de Offic.Vicarij*, Vbi latè dictum est de Officio Vicarij Generalis Episcopi, vt possit constitui, non solum in sacris, sed etiam ille, qui est in minoribus, vel etiam ordinatus primæ tonsuræ, dum tamen coniugatus non exciterit laicus,aut bigamus,si ab ea solutus non sit,*ex cap.in noua 16. q.7.ex dict. cap.2. de iudic. & ibi Abbas n.12.*Felin.*n.6.* Decius *n.15.*Ripa. *n.56.* Valenzuela *consf.* 101 *nu.* 67. qui postquam *à n.* 1. de Dignitate illius, & quibus debeat præcedere, addens, quod cum Clerici primæ tonsuræ sint personæ Ecclesiasticæ,non esse inconueniens,vt si tales eligerentur in Vicarios Episcoporũ, quod in Choro assistãt, & sui Vicariatus debitã sedẽ habeãt, cum infinitis idem Barbosa *in pastorali alleg.5.p.3.n.4.* idem *de iure Eccles. 1. p.*

23 *cap.15.n.14.& 15.*† Et ob id etiam post dict. dispositionem Vrbani multis in Episcopatibus, solent assumi Vicarij Generales ordinati tantum prima tonsura, vt *sub dicta quæst.12. dict. cap.2.* annotaui ; & licet D. Nuncius anno 1644. miserit Episcopis Hispaniæ, vt in sacris illos assumerent, & itidem quod si conquerantur Capitula Ecclesiarum, illis fauent ; tamen non hoc est ita præcisè, vt non impugnantibus Capitulis,illi etiam prima tonsura tantum ordinati assumantur, cum illud sit priuilegium renunciabile, & melius cum tunc, reducatur ad terminos iuris communis.

Et quamuis nonnulla inconuenientia 24 possent considerata representari Vrbano summo Pontifici, cum voluit, vt in sacris eligerentur,non cessarunt tamen aliæ considerationes aduersæ,nempè difficultas inueniendi personas in sacris constitutas habiles ad tantam curam,qualem exposcit simul cum scientiâ,& litteris Vicariatus Episcopi Officium : nam si aliqui possint dari habiles, vel sunt Parochi, qui nequeunt Parochias deserere, & quia prohibiti vel sunt Canonici Doctorales, vel Magistrales ipsarum Cathedralium, qui vltra quam quod alio Breui Pontificio sunt prohibiti ad talia Officia regenda, esset inquam magnum inconueniens, vt tales eligerentur Vicarij ab Episcopis, propter affectionem, quam forent præstituri erga suos Canonicos litigantes, & idem inconueniens exurgit, si fortè alij Canonici non affecti propriæ Cathedralis eligerentur, quando habiles ad id reperirentur. Sin autem aliæ personæ solutæ inueniantur litteratæ, hæ potius appetunt beneficiari in perpetuum,securos victos quæritando,quam aduentitios Vicariatos amobiles. Non enim litterati, etiam Ecclesiastici in minoribus, aut tonsurati appetunt ad sacros ordines ascendere,quouſque beneficia Ecclesiastica, ad id obligantia obtinuerint, ne alias, si sint illis ligati,& forte non beneficientur in perpetuum, reddantur inhabiles ad eligendum alium statum. Etenim quod experimur est tales litteratas, sacrorum Canonum personas, potius appetere in sæculari statu existere,vel fungẽdo munere Adcatorum in curiis, aut si sanguinis puri se considerant,collegia Hispanica prætendere, vt inde ad Dignitates sæculares ascendant, & sic sæpius contingere Salmanticæ è quatuor Collegiis maioribus, Vallisoleti ex illo Sanctæ Crucis eligi in Vicarios Collegæ tantum in minoribus constituti.

Quare & si soleant Capitula Ecclesiarũ resistere ad admissionẽ illius, qui venit, 25 vt Vicarius Generalis titulo sui Episcopi; tamen si talis Vicarius eligeret, Capitulo resistere negandum non est esse in facultate ipsius,vtendo facultate sui tituli instare pro exercendo in Officio Vicariatus impugnatores

gnatores cõpescendo censuris, & pœnis,nõ inquã Capitula sunt iudices,& si sint partes ad talem impugnationem, tale inquam iudicium fieri,& decerni,spectat ad illustrissimum Nuncium Hispaniæ,qui arbitrando intèt necessitatem recipiendi talem Vicarium, & iudicandi iuxta impugnationem Capituli definiet, an iuste resistatur Vicarius veniens, seu debeat admitti,potest inquam dari casus, vt non obstante decreto Vrbani conueniat, vt recipiatur in Vicarium talis, qui tantum in minoribus constitutus, aut prima tonsura insignitus venit gubernare,alias non de iure prohibitus admitti. Nos inquam nostrum consobrinum misimus alia instructione, vt si non admitteretur libenter à Capitulo,desisteret à nominatione nostra, & vt de Capitulo eligeret aliquam dignitatem, aut Canonicum; vt iam in prooemio relatum est,ne rixando videremur incipere.

26 Ad quartam quæstionis partem, quia Capitulum nostrum etiam testitit, vt noster consobrinus nominaret aliquem de Capitulo, dicendo, vt quia ipse fuit repulsus à Vicariatu; eo quod non fuisset in sacris ordinibus, & si esset in minoribus eo inquam patefacto dolo, quod tunc adhuc existimabatur Sedes Vacans durare, & quod sic ad Capitulum spectabat, vel nominare nouum Vicariũ,vel iam nominatos sustinere affectos Doctoralẽ,& Magistralẽ, sic nec posset permanere habilis persona ad nominandum Vicarium virtute nostri mandati. Tamen quia subdola machinatio pungit adhuc contra Doctores de Capitulo ad ratiocinandum aliter, ideo admiserunt consobrinum nostrum dando illi possessionem Episcopatus, ab eo fidem exposcendo non vsuro dicto Vicariatus officio, sed vt tantum nominaret quem vellet in sacris constitutum;& sic nominauit Doctorem D. Iosephum Ruiz huius Almæ Canonicum, qui per octo dies tantum exercuit, quousque venit per nos missus nouo titulo, cum reuocatione aliorum quorumlibet Licent. D. Ioannes Sanchez Vriue hodie Abbas de Baños nostræ Diœcesis per Nos intitulatus: nec alia iuris hic inserimus;eo quod tam citò pænitendo Capitulum,destitit ab hac vltima resolutione, quam sumpserat, tam malè fundata,hoc facto monstrante, qualis animi sui motus antea omnes fratres nostros commouisset, & ob id quæ iuridica hic se se offerebant, omittimus; siquidem prætendebant iactare ob non ordinatum in sacris consobrinum, & conseruare in Vicariatu Generali Doctoralem, & Magistralem Canonicos, qui ex alia constitutione Pontificia prohibiti sunt illud Officium exercere.

Ad vltimam quæstionis partem, quia 27
supra dictum est *q. 5.* & hic ostensionem Bullarum necessariam esse Capitulo,vt adimpleatur forma dictæ Clem. iniunctæ de elect. ad hoc vt Capitulum Sede Vacante desinat administrare,si antea,vt Gubernatorem nolit admittere Episcopum, etiam confirmatum; & si in his partibus sine incursione pænarum dictæ extrau. posset à confirmatione constito de facta gratia aliquo instrumento faciente fidem, & si nondum Bullæ fuissent ostensæ, vt dictum est supra pro intellectu *dictæ extrauag. dict. qu. 5.* & hic: Tamen quia praxis inualuit apud nos, vt Sedes Vacans duret;nihilominus vsque ad id tempus, quo per se,aut legitimum Procuratorem Episcopus successor, & de nouo electus Bullas ostendat, vt docent *per dict. extrauag.* Rebuffus *in praxi de simonia in resign. n.* 11. Henriq. *cons.* 29. *n.* 4. Riccius *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 376. *in prima edit. & res.* 500. *in* 2. nec possit Episcopus administrare prouisus, nisi litteris expeditis, & ostensis, si antea scilicet non admitteretur libenter à Capitulo, vt dictum est *dict. q.* 5. *& hic*) Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *qu.* 9. *vers. cæterum*, Flamin. *de resignat. lib.* 8. *q.* 5. *n.* 33. Petrus Barbosa *in l. diuortio in principio p.* 2. *n.* 50. *ff. soluto matrim.* Sic vt secundum Gratianum discept. forens. non sufficeret fuisse promotum ad aliam Ecclesiam, si litteræ non essent expeditæ; imo & ostensæ, vt iam *supra ex declar. verb.* 8. ad litteram relata ostensum est *q.* 2. *in vers. si verum*, vbi de dubio, à quo tẽpore Episcopus translatus desinat esse Episcopus suæ Ecclesiæ antiquę, & Sedes vacare, intelligatur, vt Capitulum intret gubernando; & à quo tempore secundam Ecclesiam, ad quam de nouo transfertur,queat administrare.

Et cum Quaranta *de Cap. Sede Vac. summa Bullarij n.* 13. *vers. decimo tertio dubitatur* dixerit, vt possit Vicarius Capitularis exercitium continuare, donec nouus Episcopus adeptus fuerit possessionem, allegans Pauino *de potest. Cap. Sed. Vac.* 1. *p. princ. q.* 10. *n.* 9. indéque Gonzalez *in reg.* 8. *Cancel. glossa* 15. §. 2. *nu.* 88. & cum eo Barbosa *in pastorali, p.* 3. *alleg.* 54. *sub n.* 161. referant fuisse conclusum validam esse quandam collationem Canonicatus factam in mense ordinario à Capitulo Burgens. spreto Episcopo iam promoto,& habente expeditas litteras suæ prouisionis,qui tamen nondum 28

dum illas ostenderat, nec præsentauerat, quamuis alias dictus Episcopus simultaneam haberet collationem cum Capitulo, quia cum adhuc duraret vacatio dictæ Ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo Capitulo, sine vlla citatione, requisitione, aut interuentione Episcopi promoti iuxta textum *in capite primo ne Sede Vac. libro sexto.*

29 Ideo iam ad perfectam intelligentiam totius quæst. *à n. 1. & d. quæst. 5.* operæ pretium est inquirere, vt positum est in dubio, quæ inquam Bullæ, examinatæ in consilio Cameræ ad effectum tradendi Episcopo promoto executoriales suæ possessionis tradendæ per Capitulum, sint necessario ostendendæ eidem Capitulo, vt admittatur ad possessionem, & administrationem sui Episcopatus; & scito, quod ex octo Bullis, siue chartis plumbatis in pergamino cum cordis pendentibus, illaque solet esse vltima, nempè pertinens, siue spectans ad consecrationem Episcopi, & de fide præstanda sub iuramento Papæ in manibus Episcopi consecrantis immediatè ad pedem altaris Ecclesiæ, vbi consecratio fit coram Notario, & testibus, fidem postea præstando ipsi consecrato de tali iuramento, vt mihi tradita fuit à D. Ioseph. de Riuera Secretario consilij supremi inquisitionis, & à secretis Illustriss. Domini mei D. Didaci de Arçe Reynoso Episcopo Placent. Inquisitore Generali, qui nos consecrauit die decima septima Septemb. anni 1662. mihi illico tradita fuerit, vt ea quandoque possem vti à Secretario Regij Patronatus, nolente illam accipere, & ferre cum aliis, vt vna cum eis examinaretur à dictis Dom. de consilio Cameræ, mihi dicendo illam ibi necessariam non esse ex quo facto nec à nostro Capitulo peti à nobis potuisse. 30

Et quia omnes Bullæ, examinatæ à dicto consilio Cameræ traderem ego iam dicto meo consobrino, excepta dicta plumbata consecrationis, quam apud me habui, vt citius possem consecrari, ea originaliter præsentata consecranti Episcopo, & nostrum Capitulum intentaret, vt dictum est iam hic denegandam esse possessionem; donec illa etiam præsentaretur, affirmando cæteras alias non sufficere, ea omissa; quantumuis in relato trãsumpto omnium, de illa etiam Capitulo, & Decano constitisset, fuisse expeditam; ideo nobis visum est omnes dictas Bullas ad litteram hic ponere, vt ex earum inspectione, viso ad quid & ad quem expedita fuerit effectum clarè videri valeat, an sola vna, duæve, aut aliæ deberent Capitulo præsentari.

BVLLÆ.

31 IN NOMINE DOMINI AMEN, Cunctis pateat euidenter, & sit notum quod anno à Natiuitate Domini nostri IESV-CHRISTI, millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, Ind. XV. die verò decima sexta mensis Iunij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Alexandri diuina prouidentia PP. VII. anno eius octauo, Ego infra scriptus Notarius vidi, legi, & diligenter inspexi quasdam litteras Apostolicas, sub plumbo more Romanæ Curiæ expeditas, sanas siquidem & integras, omnique prorsus vitio, & suspicione carentes tenoris sequentis. ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilecto Filio Nicolao Rodriguez Hermosino electo Austricens. salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolatus Officium, meritis licet imparibus, nobis ex alto commissum, quo Ecclesiarum omnium regimini diuina dispositione præsidemus vtiliter exequi coadiuuante Domino, cupientes, solliciti corde reddimur, & solertes, vt cum de Ecclesiarũ ipsarũ regiminibus agitur cõmittendis tales eis in pastores præficere studeamus, qui populum suæ curæ creditum sciant non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi Ecclesias in statu pacifico, & tranquillo velint, & valeant, auctore Domino, salubriter regere, & feliciter gubernare sanè *Ecclesia Asturicens.* quæ de iure patronatus charissimi in Christo filij nostri *Philippi Hispaniarum*, Regis Catholici ex priuilegio Apostolico, cui non est hactenùs in aliquo derogatum, fore dignoscitur, & cui bo. me. Ioannes Episcopus Asturicens. dum viueret præsidebat per obitum dicti Ioan. Episcopi qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persoluit, pastoris solatu destituta, nos vacatione huiusmodi fide dignis relationibus intellecta ad prouisionem eiusdem Ecclesiæ celerem & felicem ne illa *longa vacationis exponatur incommodis*, paternis & solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ personam vtilem ac etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem; Demum ad te Decretorum Doctorem ex legitimo matrimonio ac honestis, & Catholicis parentibus procreatum in quin-

quagesimo sexto tuæ ætatis anno & à viginti annis in præsbiteratus ordine constitutum, quem prædictus Philippus Rex nobis ad hoc per suas litteras præsentauit, & de cuius vitæ munditia, morum honestate, spiritualium prouidentia, & temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis fide digna apud nos testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta parte Ecclesiæ de fratrum eorundem consilio Apostolica auctoritate prouidemus, teque illi in Episcopum præficimus & pastorem; curam & administrationem ipsius Ecclesiæ suæ, cuius mensæ Episcopalis fructibus vna trecentorum *Antonio Fernandez del Campi*, & alia aliorum trecentorum Iosepho Marti, & alia ducentorum Balthassari del Maço & alia aliorum ducentorum Eugenio de la Cruz, nec non alia aliorum ducentorum Ioanni de la Concepcion, & reliquæ pensiones annuæ antiquæ centum ducatus monetæ Laurentio de Solorzano Catholicis dilectis filiis illas annuatim percipientibus, dicta auctoritate reseruatæ existunt, quas saluas esse volumus tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo in illo qui dat gratias & largitur præmia, confidentes quod dirigente Domino actus tuos prædicta Ecclesia sub tuo felici regimine regetur vtiliter & prosperè dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta deuotione suscipiens curam & administrationem prædictas sic exercere studeas sollicitè, fideliter, & prudenter, quod Ecclesia ipsa gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeat se commissam, cumque præter æternæ retributionis præmium nostram & Sedis Apostolicæ benedictionē & gratiam exindè vberiùs consequi merearis. Volumus autem vt Theologalem & pænitentiariam præben. in dicta Ecclesia ac Seminarium ad præscriptum Conc. Trident. erigas & montem Pietatis fieri cures, conscientiam tuam in his oneran. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi. *I.B. Maurus.*

31 Alexander Episcopus seruus seruorū Dei dilecto filio Nicolao Rodriguez Hermosino præsbitero Palentin. Diœcesi. decretorū Doctori salutem & Apostolicam benedictionem Apostolicæ sedis consueta Clementia, ne dispositiones per eam de Cathedralibus Ecclesiis pro tempore factæ valeant quomodolibet impugnari, sed personæ ad eas promouendæ illis puro corde & sincera conscientia præsidere possint, remedia, pro vt conuenit, adhibet opportuna. Cum itaque nos hodiè Ecclesiæ Asturicens. ad præsens certo modo pastoris solatio destitutæ, de persona tua nobis & fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio Apostolica auctoritate prouidere, teque illi in Episcopum & pastorem præficere intendamus, nos ne si forsan aliquibus sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis ligatus sis, prouisio & præfectio huiusmodi valeant quomodolibet impugnari, prouidere volentes te à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad hoc dumtaxat vt prouisio & præfectio prædictæ ac singulæ litteræ Apostolicæ desuper conficiendæ suum sortiantur effectum, auctoritate prædicta tenore præsentium absoluimus, & absolutum fore nunciamus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac dictæ Ecclesiæ etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis & nunciationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi. *I.B. Maurus.*

32 Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Capitulo Ecclesiæ Asturicens. salutem & Apostolicam ben. Hodie Ecclesiæ vestræ Asturicens. tunc per obitum bo. me. Ioannis olim Episcopi Asturicens. extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitutæ, de persona dilecti filij Nicolai electi Asturicens. nobis & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio Apostolica auctoritate prouidimus ipsumque illi in Episcopū præfecimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus, plenarie committendo, pro vt in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestræ

vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Nicolao electo tanquam Patri, & Pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas, eius salubria monita, & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam quam idem Nicolaus electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi. *I.B. Maurus.*

34 ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filiis Clero Ciuitatis, & Diœc. Asturicens. salutem, & Apostolicam ben. Hodie Ecclesiæ Asturic. tunc per obitum bo. me. Ioannis olim Episcopi Asturicens. extra Roman. Curiam defuncti pastoris solatio destitutæ, de persona dilecti filij Nicolai electi Asturicens. nobis, & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundē consilio Apostolica authoritate prouidimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus, & pastorem; curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, pro vt in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta maudamus, quatenus eundem Nicolaum electum tanquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam, & reuerentiam, debitas, & deuotas, eius salubria monita & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis; alioquin sententiam quam idem Nicolaus electus ritè tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi. *I.B. Maurus.*

35 ALEXANDER Episcopus seruus seruorū Dei Dilectis filiis Populo Ciuitatis, & Diœc. Asturicens. salutem & Apostolicam ben. Hodie Ecclesiæ Asturic. tunc per obitum bo. me. Ioannis olim Episcopi Asturicens. extra Roman. curiam defuncti Pastoris solatio destitutæ, de persona dilecti filij Nicolai electi Asturicens. nobis, & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundē cousilio Apostolica authoritate prouidimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem; curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus, plenariè committendo, pro vt in nostris indè confectis litteris plenius continetur. Quo circa vniuersitatem vestram monemus, & hortamur attentè vobis per Apostolica scripta mandantes, quatenus eundem Nicolaum electum tanquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum deuotè suscipientes, & debita honorificentia pertractantes eius monitis, & mandatis salubribus humiliter intendatis. Ita quod ipse Nicolaus electus in vobis deuotionis filios, & vos in eo per consequens patrem beneuolum inuenisse gaudeatis. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi. *I.B. Maurus.*

36 ALEXANDER Episcopus seruus seruorū Dei Dilectis filiis vniuersis vassallis Ecclesiæ Asturicens. salutem, & Apostolicam beuedictionem. Hodie Ecclesiæ Asturicens. tunc per obitum bo. me. Ioannis olim Episcopi Asturicens. extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitutæ, de persona dilecti filij Nicolai electi Asturicens. nobis, & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio Apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem; curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo provt in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quo circa vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus eundem Nicolaum electum tanquam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum deuotè suscipientes, & debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam, nec non cousueta seruitia, & iura sibi à vobis debita integrè exhibere studeatis, alioquin sententiam siue pœnam quam idem Nicolaus electus rite tulerit siue statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi *I. B. Maurus.*

37 ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Archiepiscopo Compostellano salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad cumulum tuæ cedit salutis, &

famæ si personas Ecclesiasticas præsertim Pontificali dignitate præditas diuinæ propitiationis intuitu opportuni præsidij, & fauoris gratia prosequaris. Hodie siquidem Ecclesiæ Asturicens. tunc per obitum bo. me. Ioannis olim Episcopi Asturicens. extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitutæ de persona dilecti filij Nicolai electi Asturicensis nobis, & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio Apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo pro vt in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur vt idem Nicolaus electus in commissa sibi dictæ Ecclesiæ cura facilius proficere valeat, tuus fauor ei fore noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè tibi per Apostolica scripta mandantes quatenus eundem Nicolaum electum, & prædictam Ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nostra, & sedis Apostolicæ reuerentia propensius commendatos in ampliandis, & conseruandis, iurib. suis, sic eos tui fauoris præsidio prosequaris, quod ipse Nicolaus electus per tuæ auxiliũ gratiæ se possit in commisso sibi D. Ecclesiæ regimine vtilius exercere, tuque diuinam misericordiam ac nostram, & dictæ sedis benedictionem, & gratiam valeas ex indè vberius promereri. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo non. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi *I.B. Maurus.*

38 ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Charissimo in Christo Filio Philippo Hispaniarum Regi Catholico salutem, & Apostolicam benedictionem gratiæ diuinæ præmium, & humanæ laudis præconium acquiritur, si per secula: es Principes Ecclesiarum prælatis præsertim Pontificali dignitate præditis opportuni fauoris præsidium, & honor debitus impendatur. Hodie siquidem Ecclesiæ Asturicens. tunc per obitum bo. me. Ioannis olim Episcopi Asturicens. extra Roman. Curiam defuncti, Pastoris solatio destitutæ, de persona dilecti filiis Nicolai electi Asturicens. nobis, & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum, accepta de fratrum eorundẽ consilio Apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem, curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ illi in spiritualibus, & temporalibus, plenariè committendo pro vt in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque Fili Charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno fauore prosequi, ac eos verbis, & operibus pro Regis æterni gloria venerari, Maiestatem tuam Regiam rogamus, & hortamur attentè quatenus eundem Nicolaum electum, & prædictam Ecclesiam suæ curæ commissam habens pro nostra, & sedis Apostolicæ reuerentia propensius commendatos in ampliandis, & conseruandis iuribus suis, sic eos benigni fauoris auxilio prosequaris, quod ipse Nicolaus electus tuæ Celsitudinis fultus præsidio in commisso sibi curæ Pastoralis Officio possit Deo propitio prosperari, ac tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum Romę apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo nou. Iunij, Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi *I.B. Maurus.*

39 ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filio Nicolao electo Asturicens. salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum nos pridem Ecclesiæ Asturicens. ad præsens certo modo Pastoris solatio destitutæ, de persona tua nobis, & fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundẽ consilio Apostolica auctoritate prouidendum duxerimus præficiendo te illi in Episcopum, & Pastorem pro vt in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos ad ea quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant, fauorabiliter intendentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati Tibi præsbitero, vt à quocumque quem malueris Catholico Antistite gratiam, & communionem sedis Apostolicæ habente, accitis, & in hoc illis assistentibus duobus vel tribus Catholicis Episcopis, similes gratiam, & communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, ac eidem Antistiti vt recepto prius per eum à te nostro, & Romanæ Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solito iuramento iuxta formam præsentibus annotatam munus prædictum tibi impendere possit plenam, & amplam tenore præsentiũ concedimus facultatẽ. Volumus autem, & eadem authoritate statuimus atque decernimus quod si non recepto prius à te per ipsum Antistitem prædicto iuramento, idem Antistes munus prædictum tibi impendere, & tu illud recipere temerè præsumpseritis, idem Antistes à Pontificalis Officij exercitio, & tam ipse quam tu ab administratione tam spiritualium quam temporalium Ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso. Præterea etiam volumus quod formam

formam iuramenti huiusmodi à te tunc præstiti nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas per proprium nuncium quanto citius destinare procures. Quodq; per hoc venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Compostellan. cui dicta Ecclesia metropolitico iure subesse dignoscitur, nullum imposterum præiudicium generetur, forma autem iuramenti per te præstand. talis est: Ego Nicolaus electus Asturicens. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino nostro Domino Alexandro PP. VII. suisque successoribus Canonicè intrantibus, non ero in consilio aut consensu vel facto vt vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel iniuriæ aliquæ inferantur quouis quæsito colore; consilium vero quod mihi credituri sunt per se, aut nuncios, seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam Papatum Romanum, & regalia, sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, & defenden. contra omnem hominem legatum Apostolicæ sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Iura, honores, priuilegia, & auctoritatē Romanę Ecclesiæ Domini nostri Papæ, & successorum prædictorum conseruare, defendere, augere, & promouere curabo; non ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Roman. Ecclesiam aliqua sinistra, vel præiudicialia personę, iuris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur, & si talia à quibuscumq; procurari nouero, vel tractari, impediam hoc pro posse, & quanto citius potero, commode significabo eisdem Domino nostro, vel alteri per quem ad ipsius notitiam poterit peruenire Regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reseruationes, prouisiones, & mandata Apostolica totis viribus obseruabo, & faciam ab aliis obseruari: hæreticos, schismaticos, & rebelles Domino nostro, & successoribus prædictis pro posse persequar, & impugnabo: vocatus ad synodum veniam nisi præpeditus fuero Canonica prępeditione: Apostolorum limina singulis quinqnenniis personaliter ac per me ipsum visitabo, & Domino nostro, & successoribus prædictis rationem reddam de toto meo pastorali Officio, deque rebus omnibus ad meæ Ecclesiæ statum, ad Cleri, & populi disciplinam animarum: denique quę meæ fidei creditę sunt salutem quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica prędicta humiliter recipiam, & quam diligentissimè exequar, quod si legitimo impedimento detentus fuero prędicta omnia adimplebo per certum nuncium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio Capituli mei, aut alium in dignitate Ecclesia constitutum, aut aliùs personatum habentem, aut his mihi deficientibus per diocesanū Sacerdotem, & Clero deficiente omnino per aliquem aliùm præsbyterum secularem vel regularem spectatę probitatis, & religionis de supradictis omnibus plene instructum. De huiusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad sanctę Romanę Ecclesię Cardinalem proponentem in Congregatione Sacri Conc. Tridentini per supradictum nuncium transmittendas, possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesię meę, inconsulto Romano Pontifice, & constitutionem super prohibitione inuestiturarum bonorum iurisdictionalium ad Ecclesias inferiores spectantium de anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quinto ęditam seruabo, & si ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc ędita constitutione contentas eo ipso incurrere volo, sic me Deus adiuuet, & hęc sancta Dei Euangelia. Datum Romę apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, octauo Id. Iunij Pontificatus nostri anno octauo, loco † plumbi *J. B. Maurus.*

Quibus quidem litteris Apostolicis diligenter visis præsens publicum transumpsi instrumentum cum litteris originalibus, & concordare reperi. Idcirco ad Domini Nicolai Antonij instantiam, & requisitionem in hanc publicam formam redegi, signoque, & subscriptione meis solitis notaui, vt eadem prosus fides adhibeatur in iudicio, & extra perinde ac litterę originales exhiberentur.

Super quibus omnibus, & singulis petitum fuit à me Notario infra scripto fieri pręsens instrumentum. Actum Romę sub anno Ind. die. mense, Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem Dominis Marco Antonio Barberio Vintimilien: & Petro Ludouico Balestra Albinganen. respectiue dioc. testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis. Præinsertæ litteræ Apostolicæ, cum suo Originali reuisæ concordant, Ioachimus Valtrinus Officialis deputatus.

I. Card. Prodæ.

 Ego

Ego Iacobus Godfrum Clericus Virdunens. Canc. apostolicę Notarius substitut. de pręmissis rogatus, pręsens publicum transumpsi instrument. signaui, & subscripsi requisitus.

Ex quibus inquam relatis Bullis, & vniuscuiusque contextura, dignoscitur in Dataria solere cuique promouendo Episcopo expedire talis numerus Bullarum ad diuersos effectus, quarum, & si excepta dicta consecrationis Bulla, omnes examinentur in dicto consilio supremo.

QVÆSTIO VII.

Capitulum Sede Vacante, an possit exercere æqualia, vel minora his, quæ sibi expressa reperiuntur in iure, eo quod in omnibus Capitulum ad instar tutoris, sit administrator legitimus, & necessarius, Vacante Sede, debes vtilia facere, & inutilia prætermittere? 2. Et an si velit, tali Sede durante, per se congregatum quæ sunt iustitiæ, aut gratiæ, expedire valeat? 3. Vel teneatur necessario ex suo corpore Capituli eligere viros ministros aptos pro meliori negotiorum tractatione? 4. Et in quibus Capitulum, Sede Vacante, interponat decretum? 5. Et quæ dicantur iurisdictionis contentiosæ, aut voluntariæ?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante debet vtilia facere, & inutilia prætermittere. Et quare ipsis Capitulis hanc curam Episcopatuum commiserint Pontifices summi.* n. 2.

3 *Decuriones ciuitatum, mortuo Pratore gubernant, donec alter prouideatur à Consilio Castella.*

4 *Capitula Sede Vacante possunt exercere æqualia, vel minora ex sibi permissis iuxta differentiam contentiosæ, & voluntariæ iurisdictionis.*

5 *Capitulum Sede Vacante per se nequit durare in gubernio, cum teneatur Ministros nominare ex Trid. Concilio,* vt n. 6.

7 *Archidiaconus secundum aliquos regere debet Episcopatũ; donec Capitulũ Sede Vac. nominet ministros, quod non est in praxi admissum, & qualiter intelligatur.* n. 8.

9 *Capitulum queit aliquando Vicarium Generalem eligere pro Sede Vac. non ex suo corpore, sed extrà, aliquem aptum.*

10 *Capitulum Sede Vac. tenetur à die scientia mortis, aut translati Episcopi intra dies octo continuos eligere Vicarium Generalem.*

11 *Capitulum Sede Vacante interponit decretum in alienatione rerum Ecclesiasticarum, vel minorum.*

12 *Casus contentiosa iurisdictionis, per quæ distinguantur à casibus voluntaria,* & n. 13.

13 *Casus voluntaria iurisdictionis qui proprie?*

AD primam quęstionis partem, cum 1
iam *sub q. 1. & sub q. 4.* dictum sit cum
Pauino quod Capitulum Sede Vacante
sit ad instar tutoris, & administrator legitimus, & necessarius, Vacante Sede; & ob id teneatur, ac debeat vtilia facere, & inutilia pretermittere, sicut dixit idem Pauin. *de Officio & Potest. Cap. Sede Vac. p. 1. princ. q. 1. sub num.* 10. & officium tutorum, siue administratorum, quorum officium quale debeat interponi, satis significet per plura Capitula Ioannes Guttierrez *in tract. de tutelis, tota 2. p.* & DD. scribentes *princip. instit. de tutoribus, & curatorib.* cum ergo Ecclesia carente Pastore, vidua, & orphana dicatur existere; & ob id egeat bono, ac diligentissimo administratore pro illo interim, quo de Rectore prouidetur per dicta à
nobis *sub tit. de Officio Vicarij,* † Sic quia nul- 2
lus alius diligentior potuit constitui Episcopatui carenti Prelato, quam idem proprię Sedis Capitulum Ecclesię Cathedralis, quod tanquam rerum totius Dięcesis notissimum pręsumitur, argum. eorum, quę vicinioribus melius probantur; eo quod notitiam promptiorem habent per illa, quę diximus *sub cap. 3. 4. & 5. de præsumpt.* inde Pontifices summi pro illo interim, quo quęque Sedis Episcopalis contingat vacare, voluerunt illam curę partem mandare Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, vt

vtilia

vtilia cuique Diœcesi sibi commendatæ gubernarent, nihil nouando, Vac. Sede, cum & prætermittere debeant, quę aut inutilia, aut necessaria non sint, quorum iurisdictio, etsi ordinaria dicatur iuxta dicta *sub q. 1. & 2. item & quæst. 4.* tamen non transcendit Cancellos momentaneę, hoc est Vicarię iurisdictionis duraturę tantum vsque, ad aduentum proprij Pastoris, & Pręlati: argum. eorum, quę dixi, *sub dict.*
3 *tit. & Rub. de Offic. Vicarij*, † Et hoc inquam ad instar ciuitatum, & oppidorum Regis, in quibus, defuncto Prętore, nec stante eius locum tenente, gubernant Rectores ciuitatum, Vulgo *los Regidores* pro illo inquam interim, quo de nouo Prętore à Rege prouidetur nisi præcautum sit de aliquo iudice, quemadmodum in ciuitatibus *Toleti, Hispali, Vadajo, Murcia, Ouiedo*, & in aliis locis Regni nostri in quibus, & si Prętor adsit & eius locum tenens nihilominus de gremio Capituli Rectorum ciuitatis, quot annis nominatur quidam cum nomine Alcalde de Maior, vt pro interim quo venit Prętor nouus gubernet, vel vt gubernet Rector ex illis antiquior cui tangit congregare Capitulum, vt dixerunt Baldus *in l. in Albo Cod. de decurio. in lib.* 10. Bonifacius *in sua Peregrina. verb. Rector. col. 2. vers. de decurio.* Bobadilla *in Polit. lib. 3. q. 8. n. 14 c. in fine & ibi q. 7. n. 11.* videndus *p. 1. q. 2. ex n. 22.* & applicabis quę dico *infra q. 27. in fine huius primi tractatus.*

4 Vndè iam ad punctum primi dubij dicendum est Capitulum Sede Vacante, posse exercere omnia ęqualia, vel minora his, quę sibi expresse permissa reperiuntur in iure, nisi vel aliqua ex eis similiter in iure reperirentur expressè, & specialiter prohibita, quod venit intelligendum iuxta distinctionē positam *sub dicta q. 1. 2. & 4.* nempè in iurisdictione contentiosa, & necessaria, ita Capitulum Sede Vacante, succedere, vt valeat illam exercere, tam plenè, ac Episcopus exercebat, nisi in casibus expressè prohibitis, aut exceptis, & hoc, quia talis iurisdictio contentiosa redditur in inuitos per dicta *q. 3.* Attamen in iurisdictione voluntaria, quę inter volentes tantum exercetur, non nisi in casibus, in quibus de iure, Capitulo in Sede Vac. cognoscere expressè concessum sit iuxta explanationem *cap. 2. ne Sede Vac. cum cap. 2. de concessione Prabenda*, de quorum intellectu dixi *sub dicta q. 4. supra*: Etenim quemadmodum nequit regulariter se intromittere ad cognoscendum, mortuo, vel translato Episcopo de his, quę illi fuerunt delegata iuxta quę dixi *sup. sub q. 3.* cum hęc maiora intelligantur negotia; ideo possumus hic applicare cum eodem Pauino, *sub dicto n. 10. q. 1. p. 1. de Potest. Capituli Sede Vac.* non posse Capitulum Sede Vacante exercere maiora illis, nisi vbi expresse in iure, & specifice, reperiretur concessum, ratione vitandi præiudicij, & si ipse Pauinus hanc distinctionem respuat ibi *in vers. sed laborat.* volens constituere regulam affirmatiuam, nempè sine distinctione iurisdictionis contentiosæ, & voluntariæ, posse Capitulum cognoscere de omnibus, de quibus Prælatus cognoscebat, exceptis tantum prohibitis, cum hæc generalitas, à nobis clare improbetur *supra sub dict. qu. 1. 2. & 3. item & 4.* constituendo ibi differentiam notissimam inter casus iurisdictionis contentiosæ, in quibus omnibus succedit Capitulum, nisi specialiter prohibitum sit de aliquo cognoscere, & quoad hanc partem admisimus prædictam regulam affirmatiuam, non sic in casibus iurisdictionis voluntariæ, aut delegatæ, in quibus cognoscet Capitulum, cessante necessitate vrgenti, si specialiter permittatur, ita vt circa hos sit constituenda alia regula vniuersalis negatiua, taliter, vt nullo alio modo possint componi duæ illæ omnino contrariæ, sententiæ, quorundam dicentium Capitulum Sede Vacante, æqualiter succedere in iurisdictione voluntaria, ac succedit in necessaria, & aliorum, quod nullo modo succedit in voluntaria post illa, quæ adduxi *sub dict. qu. 1. & 2. & 4.* & quæ dixit Geminian. *in cap. 1. col. 2. vers. sed in contrarium. dist. 18.* Lother. *de re benefic. p. 1. cap. 19. nu. 47.* Vbi dicitur cum multis, vt Capitulum non succedat in competentibus alio iure accidentali, quia in eo non transeunt quæ sunt voluntariæ iurisdictionis totam Diœcesim concernentia.

Ad secundam quæstionis partem, an v. g. Decanus, & Capitulum integrum queant permanere in gubernio Episcopatus absque nominatione Ministrorum in speciali, vt Vicarij Generalis, aut Visitatorum? Breuiter respondetur, non posse, tum quia per integram illam Canonicorum Congregationem impossibile est diu posse administrari quæ sunt iurisdictionis, quæ competunt naturali iure Episcopatus, vt dixi *sub q. 2. & 3.* cum Vrsellio, & aliis, & Butrio *in cap. verum sub n. 7. vers. vel tertio. de foro comp.* Bellam. *in cap. cum olim. sub n. 3. ad finem de maioritate, & obed.* Vbi quod dispositio *Clem. 2. de statu regul.* de qua infra, non deuoluitur in Capitulum, tum quia considerans Concil. Trid. hanc difficultatem, 5

tem, depoſuit ſub *cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de refor-*
mat. vt intra dies octo nominarent Vica-
rium Decanus, & Capitulum in Sede Va-
cante, vt patet ex verbis *ibi*: [item Officia-
lem, ſeu Vicarium Generalem intra octo
dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel
exiſtentem confirmare omnino teneantur,
tur,] & *ibi*, [ſi ſecus factum fuerit ad Me-
tropolitanum deputatio huiuſmodi deuol-
uatur; & ſi Eccleſia ipſa Metropolitana
fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præ-
fertur negligens fuerit, tunc antiquior Epi-
ſcopus ex ſuffraganeis in Metropolitana,
& propinquior Epiſcopus in exēpta œcono-
mum, & Vicarios idoneos poſſit conſtitue-
re &c.] dequo intellectu præter referen-
6 dos Diana *infra reſ.* 55. † Itaque fiet, vt licet
ante electionem Vicarij Generalis à Ca-
pitulo faciendam, adminiſtratio iuriſdictio-
nis reſideat penes totum Capitulum, vt re-
ſoluunt Quaranta *de Poteſt. Cap. Sed. Vac.* §.
duodecimo quaro, verſ. primo, Aloyſius Ric-
cius *in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſolut.*
505. *in notabili de materia Vicarij à Capit.*
Sede Vac. verſ. primo, & in deciſ. Curia Ar-
chiep. Neapol. 305. *n.* 3. *p.* 4. Ragucius *de voce*
Canonic. in Cap. q. 37. *n.* 2. Scl. atteſtans ita de-
ciſum *ſub die* 19. *Septembris* 1620. Barboſa
ſuper dict. cap. 26. *n.* 9. idem *de Officio Epiſco-*
pi alleg. 54. *p.* 3. *n.* 163. *& de Canonic. cap.* 42.
num. 29. *de iure Eccleſ. ſub eodem nu. cap.* 30.
Zerola in praxi *Epiſcop. p.* 1. *verb. Capitulum.*
§. 3. *p.* 8. *tract.* 4. *de Cap. Sede Vac. reſ.* 31. Vbi
contrariis reſpondet, quod in praxi in Ca-
thedralibus Regnor. Caſtellæ, & Legion.
imo Aragon. Nauarræ, & aliarum Hiſpaniæ
coronæ, video continuo admiſſum, ac te-
net etiam Merolla *tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 7. *dubio*
1. *num.* 7. licet de iure, per illa quæ dixi *ſub*
tit. & Rub. de Officio Archidiac. videnda
poſſent ſuſtineri dicta à Petro Follerio in
comment. ſuper conſtit. Regni, quæ incipit:
Peruenit ad audientiam nu. 75. Marcel. Vul-
peius *in praxi iudiciali fori Eccleſ. cap.* 34.
7 *nu.* 19. Sbrozius *de Officio Vicarij, lib.* 1. *q.* 61. †
Quatenus dicunt iuriſdictionem Epiſcopa-
lē trāſire, à morte, vel tranſlatione Epiſcopi
in Archidiaconum Cathedralis, donec Ca-
pitulum Sede Vac. nominet intra dies octo
Vicarium Generalem, qui omnes dicunt
quod ante illos dies octo, non arctetur Ca-
pitulum ad conſtituendum Vicarium, cum
de parte poſſit adminiſtrare, ſecundum
Quarantam *ſup. verſ. terminum* Barboſam
dicta alleg. 54. *n.* 63. *in fine, de can. & de iure*
Eccleſ. n. 31. *in eap. relatis, & in Trid. num.* 10.
8 † Etenim quæ dicunt Sbrozius, Follerius,
Vulpeius, & alij cum Abbate *in cap.* 1. *de*
Officio Vicarij, intelligunt alij loqui de Vica-
rio, Epiſcopo viuente; fateor tamen intra
illos dies octo, ſolere inſolentias accidere,
quibus oporteret occurri per perſonam
maioris Archidiaconi, vti conſiderarunt,
etiam Valuenzuela *conſ.* 101. *à n.* 21. Solorza-
no *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 51.
dicentes ſalua deciſ. Trid. *in dicto cap.* 16. ita
conuenire ad obuiandum inſolentiis, &
perturbationibus, quæ ſolent contingere,
dum Capitulum congregari non valet, &
ex aliis conſideratis à Follerio relatis per
Dianam.

Ad tertiam quæſtionis partem, numquid 9
teneatur ex ſuo corpore eligere Vicarium
Generalem? in quo dubio licet ordinaria
praxis ſit eligere vnum, ac alterum, vbi
conſuetudo adeſt in Vicarios Generales de
proprio gremio Capituli, tamen verius eſt
poſſe Capitulum eligere alium extraneum,
& ſi præferendus ſit cæteris paribus, qui de
Capitulo fuerit idoneus: ita docent ex de-
clar. conſilij Marcel. Vulpeius *in praxi fori*
Eccleſ. c. 44. *n.* 25. Nauar. *in ſum. Bull. tom.* 1.
tit. de Capit. Sede Vac. n. 28. Nicolaus Garcia
de beneſ. tom. 1. *p.* 5. *c.* 7. *n.* 13. Merolla *tom.* 3.
diſp. 7. *cap.* 7. *dubio* 18. *n.* 187. Diana *ſupra*
tract. 4. *reſ.* 57. Barboſa *de Canonic. dict. cap.*
42. *n.* 37. *& de iure Eccleſ. cap.* 30. *p.* 1. *eodem*
n. 37. cum Quaranta, & Riccio *ſup.* idem
Barboſa *in dict. cap.* 16. *Trid. n.* 5.

Ad quam nominationem Vicarij facien- 10
dam currit terminus dictorum octo dierum
Capitulo illico à die ſcientiæ tranſlationis
Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, quando ta-
men per Pontificem fuerit abſolutus Epiſ-
copus à vinculo primæ Eccleſiæ per illa,
quæ dixi de tranſlato Epiſcopo *ſub qu.* 2.
etiā poſt expeditionē litterarum Apoſtoli-
carum, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ
Eccleſiæ, & poſtea quam huiuſmodi abſo-
lutionis notitiam habuerit, etiam ex teſti-
monio, ſeu documento ſecretarij ſacri col-
legij: nam, vt diximus ibi illico Epiſcopus
tranſlatus ab illo inquam die, quo idem di-
ctus Epiſcopus abſolutus dicitur à vinculo
ſui primi Epiſcopatus in conſiſtorio Sancti-
tatis ſuæ, iam primæ Eccleſiæ adminiſtra-
tor deſinit eſſe, illius fructus amittendo, &
ſi ſecundæ fructus non percipiat ſecundæ,
niſi poſt adeptam illius poſſeſſionem retro-
trahendo tempus ad diem, in quo ſibi gra-
tia facta fuit iuxta declarationem Vrbani
VIII. quam ibi retulimus, vt in terminis
docent Ioannes Anton. Maſobr. *in praxi ha-*
bendi concurſum requiſit. 1. *dubio* 9. Diana *di-*
cta p. 8. *tract.* 4. *dict. reſ.* 55. *verſ. terminis*, vti
etiam tradunt ſupra relati in adductis
locis,

locis, quos etiam sequuntur Barbosa, etiam cum Quaranta *in dicto capite decimo sexto, Trid. numero* 11. *iuxta decis. Rota* 495 *p.* 3 *recent. & in cap.* 1. *de translat. Episcop. num.* 5. per Farin. idem *de Canonic. dict. cap.* 42. *n.* 32. *& de iure Ecclesf. dict. cap.* 30. *eodem num.* Tullius Labor. *variar. lucubrat. tit.* 4. *de elect. cap.* 25. *num.* 17. Alced. *in praxi Episcop. part.* 1. *cap.* 4. *numero* 94. Machad. *de perfecto confes. lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 1. *docum.* 5. *numero* 3. *&* 4. Solorz. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *ex numero* 40. cætera *de Vicario Cap. Sed. Vac.* dicentur *quæst. seq.*

11 Ad quartam difficultatis partem, in quibus Capitulum Sede Vac. interponat decretum? quia hoc verificatur, tam ex dictis hic *à quæst.* 1. quam ex dicendis *infra* in narratione casuum iuxta quos, & de quibus Capitulum Sede Vac. possit cognoscere, disponere, aut dispensare; ideo nunc breuiter cum Pauino *de Officio, & potest. Cap. Sed. Vac.* vbi *numero* 12. dico quod interponit illud in alienatione rerum minorum, vel Ecclesiarum, vel in casu *cap. si annum de iudic. lib.* 6. & in reliquis similibus, ita cum Federico, qui sic visus est tenere suis quæstionibus, *de potest. dispensandi; & statuendi per l.* 2. *cod. de his, quæ in alter.* vbi videtur velle, quod omnia, quæ ad merum, & mixtum impertinent, exceptis paucis, potest Capitulum facere, Vacante Sede, *per dict. l.* 2. vt sequitur etiam Abbas *in cap. cum olim de maiorit. & obed.* quia est iurisdictionis; & quia interponit authoritatem in permutationibus, vt *infra* dicetur, vt notant DD. *in clem.* 1. *de rerum permut.*

12 Ad vltimam quæstionis partem ex proximè dictis *in vers. ad quartam*, & ex his, quæ colliguntur ex dictis, *à quæst.* 1. & ex differentia posita inter iurisdictionem contentiosam necessario exercendam inter inuitos, & voluntariam inter volentes, vt etiam diximus *sub q.* 2. *&* 4. item & hic, iam breuiter respondetur etiam dici causas, siue casus contentiosæ iurisdictionis illos, quos ad lites in iudicio hinc inde controuersialiter necessario debent agitari ad expeditionem omniũ negotiorum expectantium ad contentiosas lites, veluti, vt proximè diximus, quod necessario Capitulum, debet intra octo dies nominare Vicarium Generalem, per quam iudicialiter in foro contentioso tractentur, & finiantur eiusdem generis causæ, quales erunt, quæ crebrò solent ad partes agitari inter litigantes partium, interposita citatione, iuxta quæ dixi *sub Rub. de indic. & sub quæst.* 11. *&* 12. *capite septimo eodem. & sub cap. penult. de foro comp.* item & *sub cap.* 2. *de testibus, & capite primo de causa possess. & propriet.* item & litis contestatione, vt in prædictis locis item & *sub Rub. & tit. de litis contest. & & alibi;* & istæ sunt veluti causæ decimales, matrimoniales, cùm agitur inter partes de validitate matrimonij; aut eius nullitate, item causæ criminales, ad instantiam, seu querelam partis offensæ, aut ex Officio Fiscali, aut etiam beneficialium, cum agitur inter litigantes contradictorio iudicio super adiudicando vni, aut alteri beneficio, vel aut alio patrono ad iudicando iure patronatus, vel si agatur de causis contractuum, aut testamentorum in iudicio Ecclesiastico, & quando ad prædictas causas, & alias operæ pretium est, quod iudices Ecclesiastici vtantur facultate, censuras discernendi, ac de aliis casibus, qui ex referendis applicari valent.

Ad iurisdictionem inquam voluntariam pertinebunt ex doctrina adducta hic, & in relatis *quæst.* 1. 2. *&* 4. illi casus, qui magis dependent à mera voluntate Principis dispensantis, quam à necessitate iudicij exercendi inter partes, veluti etiam in adductis causis exemplificatur, quando scilicet partes petierint aliquam dispensationem alicuius impedimenti valentis dispensari ab Episcopo, & eius Vicario, quam non sic de facili faciet Capitulum Sede Vac. & Vicarius, etiam in irregularitate iuxta *caput sextum Trid. sess. vigesima quarta*, de quo *infra* in matrimonialibus denuntiationibus, & aliis, & in beneficialibus, quando tantum agitur de aggratiando, dando beneficia, & in aliis huiusce generis, qui ex casibus *infra* agitatis, facile est, vt percipiantur isti inquam vt iam dictum est, ex accidenti, transeunt in Capitulum Sed. Vac. & tunc solum ab eo exerceri valent, quando instet necessitas impartiendi gratiam, siue dispensationem aliquam, quasi tunc minatura casus, quam ab alio impellente, iurisdictio oportet exerceri ex longè dictis *sub dict. quæstione* 1. 2. 3. *&* 4. & aliis, & sigillatim infra dictis à *quæst.* 19. 13

***

QVÆSTIO VIII.

Capitulum, Sede Vacante, an si intra dies illos octo, à Tridentino signatos, non eligat Vicarium, possit illis diebus transactis, nihilominus procedere ad nominandum illum? 2. Et si è contra velit eligere illum prima die illorum octo dierum, sibimet permittatur vtique? 3. Et quando eius iurisdictio expiret, si sine præfinitione temporis creetur? 4. Et an in eius electione facienda, debeat Capitulum obseruare formam in iure præscriptam ad alias electiones Canonicas? 5. Et an si creetur à Capitulo ad certos dies, seu menses, talis nominatio sustineatur pro illis tantum; ita vt ipsis transactis expiret, iurisdictio Vicarij ipso iure, absque alia Capituli declaratione? 6. Et an si Vicarius malè fortè procedat, sit in facultate Capitulum illum absque examine causæ, aut etiam, si benè procedat, illum ad libitum reuocare valeat? 7. seu queat reuocare quem in defectum Capituli nominauit Metropolitanus? 8. Et quid ipsum Capitulum, si tempore nominationis fecit cum Vicario conuentionem, vt posset illum quamdoque reuocare? 9. Et an electo Vicario queat Capitulum aliquam exercère iurisdictionem?

SVMMARIVM.

1 *Dictio* omnino, *quam naturam habeat.* n. 2.

3 *Capitulum Sede Vacante, licet teneatur ex Trid. intra dies octo nominare Vicarium, queit nihilominus purgare moram.*

4 *Archiepiscopus non intrat ad nominandum Vicarium pro Sede Vacante suffraganei, nisi negligente Capitulo eum nominare.*

5 *Capitulum queit coarctare terminum octo dierum, vt nominet Vicarium Generalem, sed non id statuere vt* n. 6.

7 *Dierum octo terminus pro eligendo à Capitulo Vicarium, debet esse completus.*

8 *Vicarius Capituli durat donec Episcopus nouus capiat possessionem.*

9 *Capitulum Sede Vacante, vt faciat nominationem Vicarij, & aliorum Officialium, non tenetur obseruare formam constitutam de iure pro electione Canonica, & quare*, n. 10. *nec per vota secreta*, vt n. 11.

12 Cap. 6. Trid. sess. 25. de reformatione.

13 Cap. quia propter de elect.

14 *Capitulum Sede Vacante, queit Vicarium pro certo tempore nominare, &* n. 16.

15 *Vicarius Capituli pro certo tempore constitutus, eo transacto, expirat ipso iure.*

16 *Capitulum Sede Vacante valet constituere duos Vicarios, vbi moris est.*

17 *Vicarius à Capitulo assignatus sine tempore, durat, donec veniat Episcopus, nisi malè procedat, vt* n. 18.

18 *Vicarius Capituli si malè procedat, valet à Capitulo remoueri. Et quid si benè procedat*, à n. 19. & 22. *& quid si iuramentum fuerit interpositum de non reuocando*, n. 21.

20 *Capitulum dum nominat Vicarium queit limitatam iurisdictionem ei concedere, sed vt* q. 9. à n. 5.

22 *Vicarius Episcopi quare ab eo valet pro libito reuocari, non sic Capituli.*

23 *Vicarius à Metropolitano nominatus pro Diæcesi suffraganea in Sede Vac. nequit ab eo reuocari.*

24 *Capitulum queit Vicarium pro suo libito reuocare, si in constitutione illius hanc posuit conditionem.*

25 *Capitulum nequit nominato Vicario, amplius exercere, & si aliqui dicant accumulatiuam iurisdictionem durare in Capitulo.*

Ad

AD primam quæstionis partem, faciunt difficultatem verba Trid. *cap. 16. sess. 24. de reform.* in illis inquam verbis: [item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, & ibi, si secus fuerit factum, ad Metropolitanum, deputatio huiusmodi voluatur &c.] quæ præcisionem importare videntur; & sic Themudo *in decis. Archiepiscop. Olysiponensib. p. 1. decis. 22. n. 5.* explicauit illam particulam *omnino*, dicendo præcisam naturam habere, quæ nec restrictionem patitur; sic vt importet præcisam executionem cogentem ad factum præcisè, denotando etiam necessitatem præcisam, vt multis relatis tenuit Zenedo *pract. quæst. singul. 24. à num.* 2. præcipuè *n. 4. & 5.* imo dicit Tuschus, quod excludit omnem gratiam, misericordiam, & dispensationem, referendo nouem conditiones exclusiuas, *in conclus. n. 22. & in conc. 299.* dictio *intra* & dictio *extra*, qua Concilium vtitur includere tantum sua extrema; ita vt si aliquid fieri iubeatur intra decem dies, post illos, non posse fieri; quia includit extrema, & excludit ea, quæ
2 sunt extra? † Cum ergo natura dictæ dictionis *omnino* habeat præcisam naturam decreti, etiam irritantis; ita vt quid quid fiat contra hanc clausulam, pro infecto haberi debeat, processumque nullum reddat; quemadmodum dictio *nullo modo*, sicque significatiua latę sententiæ, cuius ea est vis tanta, vt importet, ac significet idem, quod dictiones *omni casu* absolutè penitus omni ex parte, & indistinctè omnimodo, sine definitione, sine fine, in perpetuum liberè sine dispensatione; imo, quod omnes casus indistinctè comprehendit, per ea, quæ cum Tiraquello, Rolando, Vulpellio, Mathesilano, Ojeda, Menochio, Seraphino, Sanchez, Matienzo, & infinitis aliis: Demum scripsit Augustinus Barbosa *in tract. diction. vsufrequentium* 240. legendus, & dicta dictio *intra* ex diametro aduersetur dictioni *extra*, includens quandoque tempus, & diem termini, & quod anni perfectio non requiratur, etiam includens interdum rem, siue locum, vel sua extrema, vt cum multis aliis nouissimè probat Barbosa *dict.* 174. ideo optimo iure potuerunt dicere glossatores Trid. Farin. Barbosa, & alij super *dict. capite decimo sexto*, item Diana *p. 8. tract. 4. resolut. septuagesima prima*, Quaranta *in summa Bull. verbo Cap. Sede Vac. numero tertio vers. eidem*, Riccius *collect. 1601. in initio, & decis. 473. tit. de Sede Vac.* Suarez *de cens. tom. 5. disp. 18. sect.* 3. Capitulum, quod Sede Vacante, non constituit Vicarium tempore, & modo ibi præscriptis, priuari facultate constituendi, illum Barbosa *de Canonic. cap. 42. numero quinquagesimo quinto, & de iure Eccles. dict. cap. 30. p. 1. eodem num.* Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 70. n. 6.*

Sed quia video praxim Capitulorum Cathedralium, aliud in nostris Regnis practicare; ideo existimo, posse purgari moram, si Capitulum in Sede Vacante, etiam post illos octo dies nominet Vicarium ex gremio, aut extra, & raro inquam visum fore hanc nominationem per terminum illum circunductum fieri, nec peti à Metropolitano; imo quod adhuc Capitula persistant gubernando, & ex eo id procedere dicunt Riccius *dict. Collect.* 1602. Nicolaus Garcia *de benefic. dicta p. 5. cap. 7. numero septimo vers. sed respondeo*, quia cum Vicarius non sit beneficiũ, sed Officium quoddam temporale, deuolutionem deputationis Vicarij, solum intelligi, vt Metropolitanus possit Vicarium, deputare, negligentę scilicet Capitulo, non autem, vt à Capitulo omnino auferatur facultas eum deputandi, & purgandi moram, iuxta illa, quæ docent DD. *in cap. fin. de locato*, & per illa, quæ dixi *sub cap. dilectus de dolo, & contum.* dicunt enim eam deuolutionem solum fieri, ad effectum, vt possit suppleri negligentia Capituli; dum tamen non sit res integra: ita Garcia respondens Suario, & Quarantæ *sub dicto numero* 7. vbi id confirmat ex verbis sequentibus *dict. capite decimo sexto, Trid.* ibi: [& si Ecclesia Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulúmque vt præfertur negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta, œconomum, & Vicarios idoneos possit constituere.] colligendo ex his tantum posse fieri, data negligentia Capituli, quasi dicat, non aliter, vt si v. g. Capitulum in illis primis octo diebus esset in aliis nimis occupatum.

Ad secundam dubij partem, numquid si vellet coarctare prædictum octo dierum terminum? & suppositis quæ latè dixi *sub Rub. & tit. de dilationib. q. 2. & 3.* vbi, an sit facultas in Iudice prorogandi, siue coarctandi dilationes ad prosequendas lites? Et in terminis respondeo, dictum terminum dierum, posse à Capitulo ab breuia 4

breuiari; eo quod valet renunciare fauori pro se introducto per illa, quæ latissimè dixi *sub cap. si diligenti de foro comp.* & sic vt possit statuere breuiorem terminum pro Vicario eligendo per regulam textus *in cap. Ecclesia vestra*, vbi Abbas *notab. 1. de elect.* de quo aliquid dixi ibi, Genuensis *in proposito cap. 88. praxis Episcop.* Diana *dict. p. 8. tract. 4. res. 65.* Quaranta *in summa Bull. verbo Capitulum Sede Vacante q. 12. §. primo dubitatur.* Quare existimo audiendum non esse Merollam, qui *tom. 3. disp. 7. dubio 260.* dum dixit, quod quamuis sit in potestate Capituli creare Vicarium, etiam prima die
6 post mortem Episcopi, † Sed non statuere, vt intra breuius tempus assignatum à Trid. debeat illum eligere; & hoc quia Capitulum nequit sibi imponere legem, cum sibimet subditum non sit, & lex in hoc casu sit imposita à lege superiori, scilicet à Concilio, sed male inquam in proposito Merollas; quotidie enim Capitula Cathedralium faciunt leges, & statuta, quibus obligantur sub alia strictiori ratione, quàm à lege communi, sint obnoxia per illa, quæ dixi *sub Rub. de legibus, à q. 9. & qu. 11.* Vbi de Capitulo Sede Vacante leges statuente.

7 Vnum tamen notabis, quod terminus dictorum octo dierum Capitulo assignatorum, intra quem debeat eligere Vicarium, computari debet; ita vt inclusiuè octo dies naturales, fuerint consumpti, excipiendo diem ipsum termini, in quo adest adhuc capacitas ad vtendum facultate eiusdem termini ex ea communi ratione iuris, quam practici profitentur in Audientiis Regalibus, & Ecclesiasticis, dicentes, nempè, vt dies termini numquam computetur in terminum, iuxta ea, quæ latè dixi *sub dicta Rub. & tit. de dilationibus, qu. 10.* vbi egi de ea *à p. 1. an dies termini computetur in terminum?* Vbi *à n. 2.* exempla referuntur nonnulla, quibus videtur contrarium suaderi, vbi etiam dictum est, *à n. 13. de dubio illo, à quo tempore, currat tempus dilationis concessæ à iudice, vel à lege?* & queunt etiam applicari, quæ ibi dixi *sub q. 6.* dum egi de illa quæst. *an infra terminum ad approbandum, debeat probatio absolui?* quibus satis agnosci valet nostra notabilis resolutio.

8 Ad tertiam partem quæstionis, quando iurisdictio Vicarij à Capitulo nominati expiret, si sine præfinitione temporis fuerit nominatus: & breuiter respondetur ex dictis *sup. sub q. 2.* & aliis, nempè tandiu durare Capitulum in sua Sede Vacante, quantum morosus sit Episcopus de nouo electus, & confirmatus, à Papa, accipere possessionem per se, aut per Procuratorem, à qua accepta, illico Capitulum expirat in facultate suæ Sedis Vacantis, & subintrat Episcopus de nouo electus. Vndè cum Vicarius à Capitulo nominatus, dependenter exerceat à duratione ipsius Sedis Vacantis, sequitur, vt ea deficiente, deficiat etiam idem Vicarius in exercitio iurisdictionis sibi competentis, Pauin. *de potest. cap. p. 1. q. 10. num. 19.* Diana *p. 8. tract. 4. res. 69.* alia dicens, iam supra adducta *sub q. 6. & 7. & sub q. 2.* Merolla *dicto tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 35. n. 315. & 316.* & alij communiter, & comprobatur ex aliis, quæ dixi *sub cap. 4. de foro comp. q. 12.* Vbi quod mortuo Episcopo, expirant omnes eius Officiales, modo dicto *sub q. 4. supra* item, & eo translato, à die admissæ resignationis, vt dixi *supra sub dict. qu. 2.*

Ad quartam quæstionis partem, an ad electionem Vicarij faciendam, debeat Capitulum obseruare formam aliarum electionum Canonicarum? Et quia de tali forma dixi latissimè *sub cap. quia propter 40. cum suis §. 8. de elect.* Vbi, & quam debeant obseruare Capitula in electione Canonicorum Doctoralium, & Magistralium, ideo illis hic adiunctis, breuiter in proposito de hoc puncto agetur; & quia Fuscus *de visitat. nu. 32.* dubitauit, quasi sentiens affirmatiuè respondendum, & hoc inquam esset necessarium; vtique requireretur, vt per vota secreta, etiam talis electio, ac cæterorum Officialium, veluti Visitatorum, & aliorum, qui personæ saltim Ecclesiasticæ nominantur, fieret obseruata dicta forma, quam in praxi posse contingere negandum non est; siquidem in aliis minoribus soleant crebrius Capitula ferre per suffragia secreta, ne detur occasio rixandi inter Canonicos votantes suas determinationes. 9

Tamen, quia hæc Vicarij, nec Visitatorum electio dicitur Canonica, sed quædam simplex nominatio ministrorum, qui sunt præstaturi ministeria circa lites, & causas Audientiarum; ideo affirmandum est nullatenus desiderari formam, dicti cap. quia propter: etenim Vicarius, ac cæteri ministri potius assequuntur Officia ex tali nominatione, quam beneficia, alias inquam, quoties Prælati de nouo veniunt ad gubernandas proprias Diæceses, necessario in electione suorum Vicariorum, Visitatorum, & Fiscalium, qui solent esse personæ Ecclesiæ, tenerentur ad obseruantiam prædictæ formæ, quam numquam visum est obseruare, nec alio iure Capitula in Sede Vacante 10

Vacante vtuntur, quam eo, quo vsi sunt Episcopi in iurisdictione per dicta *supra q.1.2.3.& 4.*

11 † Ergo optimè in praxi Zerola *p.1. verbo Capitulum §. 3.* dixit, istam electionem Vicarij non esse necessariam fieri per vota secreta, vt etiam senserunt Cardinalis, & Alciatus relati à Fusco; item & Garcia *de benefic.p.5. cap.7.n. 21.* dum dixit in electione Vicarij Capituli, non requiri formam dicti *cap. quia propter de elect.* & faciunt verba *dicti cap. 16. Trid. sess. 24.* ibi: *æconomum vnum, vel plures decernat*, & ibi: *Officialem, seu Vicarium constituere*, & ibi: *ab eisdem æconomo, Vicario, & aliis, quibuscumque Officialibus*, quibus satis significatur nullam inter istos dari electionem, sed tantum nominationem, & ita contra Fuscum sensisse S. Congreg. in sequenti declaratione *ad dict. cap.16.* ibi *constituere, vel existentem confirmare*, vt etiam probant idem Garcia cum adductis, & cum Quaranta *in summa Bullarij verbo Capitulum circa finem*, quia isti Vicarij, vt plurimum sunt temporales, & momentanei, quod abest, in electione, quæ si Canonica est, dicit perpetuitatem, vt explicant etiam præter Garciam *sup. n. 2.* Marcellus, Vulpeius *in praxi fori Eccles. cap. 44. n. 1.* Barbosa *de Canonic. cap. 42. n. 28. in fine, & de iure Eccles. 1.p. cap. 30. sub eodem num.*

12 Et si non obstant Fuscus, nec alij; imò nec Concil. Trid. *in sess. 25. de regularibus cap. 6.* Vbi etiam videtur prærequiri forma *dicti cap. quia propter*, quia inibi agitur de Prælatorum Canonica electione, in qua, vt diximus *sub dicto cap. quia propter*, necessariò prærequiritur formæ obseruatio, & scrutinio votorum, quod non fit in nominatione Vicarij, quia & si illius Officium sit Ecclesiasticum, est tamen momentaneum, quod dependet potius ab admini-

13 stratione temporali. † Nec textus *in dicto cap. quia propter*, cum ibi agatur de electionibus Canonicis Episcoporum, & cæterorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum habentium generalem iurisdictionem, vt dicit ibi Panormit. de mente glossæ, vt Sylnester *verbo, electio 2. quæst. 1.* etenim Pontifex *in dicto cap.* intendit solum prouidere pastorem Ecclesiis viduatis, probantes cum aliis ex verbis ibi *Ecclesia viduata*, qui dicitur Ecclesiæ sponsus, vt dicit etiam Diana *dicta part. 8. tract. 4. res. 60.* addens quod Vicarij Episcoporum, non dicuntur sponsi, cum non sint Prælati principales Ecclesiarum; & quod Concil. Trid. *in dict. cap. 6.* loquitur tantum de Prælatorum electione.

Ad quintam quæstionis partem, an si 14 Vicarius Capituli creetur ad certos dies, vel menses, illa nominatio sustineatur pro illis tantum; ita vt ipsis transactis spiret iurisdictio Vicarij ipso iure absque Capituli declaratione? In quo dubio dicendum est, quod cum possit Capitulum in commissione, quam præstat suo Vicario illi præfigere tempus, & modum procedendi; eo quod, cum dependeat ab ipso Capitulo, in cuius est potestate illam ampliare, seu limitare, totaque iurisdictio resideat in Capitulo principaliter, vt docent Panin. *de Capit. Sed. Vac. p. 2. q. 10. n. 6.* Marcell. Vulp. *cap. 44. n. 28.* Raguc. *de voce Canonic. in Capitulo, q. 40. n. 14.* imo & censuerit Sacra Congregatio Capitulum Sede Vac. posse certum tempus in Vicarij deputatione præfinire; † 15 Ideo optimo iure dicendum est, eo transacto tempore, per Capitulum assignato, Vicarij iurisdictionem ipso iure, spirare, vt patet *ex verb. dictæ declar. Sacræ Congreg. Concil.* ibi: *Quo elapso iurisdictio spirat*, vt testatur Nicol. Garcia videndus *de benef. dict. part. 5. cap. 7. n. 37.*

Quare dicendum est, vt possit Capitu- 16 lum Sede Vac. constituere sibi Vicarium, aut duos Vicarios, vbi moris sit, cum ea clausula, vt non duret, nisi per annum, plus, minusve ex eadem Congregatione *sub die 7. Iunij anni 1617.* vt refert Barbosa *de Canonic. cap. 42. à n. 43. & de iure Eccles. p. 1. cap. 30. eodem n. 43. & in dicto cap. 16. Trid. sess. 24. n. 13. & 14.* argumento illius casus, quem refert idem Garcia *sub dicto cap. 7. n. 30.* quatenus scribit, quod, si de facto Capitulum det Vicario à se electo, limitatum mandatum, reseruando, sibi aliqua, non possit ille exercere potestatem in illis, quæ sibi Capitulum reseruauit, cum Vicarius ipse, non habeat aliundè potestatem, nisi ab ipso Capitulo, quod in illis noluit, sibi eam dare, ita ex Gutierrez, & ex declaratione Sanctæ Congreg. Abulens. quam adducit *d. p. 5. cap. 8. n. 87. ad 1.* vti infra etiam dicimus.

Quod si Capitulum constitueret Vica- 17 rium simpliciter absque temporis præfinitione, eius Officium durare durante Sede Vacante, resoluunt Quaranta, *verbo Capitulum Sede Vacante propè finem vers. circa quam commissionem*, Barbosa *in pastorali, alleg. 44. n. 173.* idem *d. Canonic. dicto cap. 42. n. 46. & de iure Eccles. dicto cap. 30. eodem nu.* qui vtrobique *n. 45.* ait melius fieri, si Vicarius Capituli Sede Vac. eligatur libere absque vlla conditione mutationis, & assignatione assessoris, pro vt censuit Sacra Congreg.

Cardin. negot. Episcop. & regularium Præpositorum Episcopo Caietano rescribens *sub die 28. octob. ann. 1587.*

18 Ad sextam quæstionis partem, an si Vicarius Capituli forte malè procedat, sit in facultate Capituli, vt reuocet illum absque examine causæ, aut etiam si bene procedat illum ad libitum reuocare? Et quantum ad primum videtur negari non posse, vt Capitulum queat reuocare Vicarium, à se nominatum, si male procedat, quia etiam, si bene procedat, multi DD. dicunt esse in libera facultate Capituli, illum reuocare; eo quod idem contingat in Episcopo volente quandocumque reuocare proprium Vicarium per illa, quę dicta sunt *in cap. 4. de foro comp. sub q. 13.* & per illa, quę longè scripsit legendus cum multis D. Ioannes de Solorzano *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 13. n. 55.* ex Garcia, Genuens. Riccio, Sanchez, Suarez, Vgolino, Narbona, Azor, Gregor. Lopez, Sbrozio, & aliis & in proposito sine dubio: nam quoties Vicarius appareat insufficiens, vel negligens in exercitio Officij sibi commissi, poterit ad libitum reuocari, etiam in sententia illorum non posse Vicarium semel nominatum, nec ab Episcopo reuocari, si non adsit causa iusta: sic docent Riccius *in decis. Curia Archiep. Neapol. 187. p. 4. & in collect. decis. 5. 1602. in fine*, Raguer. *de voce Canonic. in cap. 9. 37. n. 4* Augustin. Barbosa *in tract. de Canonic. cap. 42. n. 47. & 48. & in collect. ad Concil. dict. cap. 16. n. 18. & in pastorali 3. p. alleg. 54. nu. 171.* id etiam probando, non potest Metropolitanus ad libitum reuocare Vicarium à se nominatum, quando illum non nominauit Capitulum Sede Vac. intra illos octo dies præscriptos *in dicto cap. 16. Trid.* de quo *supra* hic, & *infra vers. ad septimam.*

19 In secundo vero casu, video multos scribere, vt quemadmodum Episcopus valet ad nutum reuocare Vicarium, quem ipse nominauit; item & Capitulum à paritate rationis, ea inquam de causa, quia & sitalis nominandi facultas Vicarium, sit inuenta respectu Capituli à dicto Concilio Trid. tamen quia nihil voluit immutare, aut derogare ex competentibus eidem Capitulo, sed solum modum eligendi præcipere, & præfigere, quo melius litium, & negotiorum expeditioni consuleretur; ideo ipsi Capitulo remanere facultatem remouendi Vicarium à se nominatum, vt expresse tenuerunt Quaranta *verbo Capitulum Sede Vac. nu. 2.* Riu. *in d. praxi, decis. 474.* Suarez *de cens. disp. 7. sect. 3. n. 3.* vt etiam probant, ex verbo Sacr. Congreg. Cardinal. cuius verba retulit Anton. Nald. *verb. Vicarius num. 8.* & Diana *p. 8. tract. 4. sub res. 63. in fine vers. contrariam 161.* [Vicarius Capitularis, potest ad libitum Capituli, & à quo fuit electus amoueri, & illo casu tenetur intra octo dies alium constituere, alias enim ius deputandi deuoluitur ad Metropolitanum, & si ipsa fuerit Metropolitana, deuoluitur ad antiquiorem Episcopum,] † & ita Merola *tom. 3. disp. 7. n. 272.* Et Diana *p. 6. tract. 7. misc. res. 41. in fine*, dicunt non esse verum, quod aliqui recentiores dicunt, posse nempè Capitulum in ipsa deputatione Vicarij, aliqua sibi reseruare, non vero postea, cum possit Capitulum iurisdictionem Vicarij quandocumque voluerit restringere; & sic posse aliquas causas delegare, sicut poterat ante Trid. & quod in Vicarium Capituli simpliciter electum, non transit maior iurisdictio, quam in Vicarium Episcopi, & quod nec Vicarius Capituli valet dispensare sine speciali mandato in casibus, in quibus Episcopus dispensat. quia nec Vicarius id potest, nec aliud in Trid. præcipi nouum, quod non immutauit aliquid circa iurisdictionem cumulatiuam, quam ante Trid. habebat Capitulum, sicut, & habet Episcopus cum suo Vicario: ita relati. 20

Quod ampliant nonnulli in tantum procedere, etiam si interpositum esset iuramentum de non reuocando, vt testatur de communi in praxi similium reuocationum Riccius *in praxi decis. 482. n. 4.* in verbis sequent. [Verum quidquid sit supra dictis contrarium est tenendum in praxi, vt scilicet possit Capitularis Vicarius ad libitum Capituli amoueri] Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 27. n. 13. & 14.* Sbrozio *de Vicario Episcopi lib. 3. cap. 32. num. 7.* Farinacius *4. p. decis. 102.* Marcilla *in notis ad Trid. lib. 4. tit. 3. cap. 3.* Zerola *in praxi Episcop. 1. p. verb. Vicarius §. 21. vers. secundum dictum*, Azor. *2. tom. instit. mor. lib. 3. cap. 37. vers. 18.* alij relati à Barbosa *in dicto cap. 16. Trid. sess. 24. sub n. 7. & in tract. de Canonic. dicto cap. 42. n. 48. & de iure Eccles. dicto cap. 30. sub eodem nu. 47. & 48.* per relatam declarationem Card. & per alias similes sic tenentes dicendo ita procedere iuxta iuris regulas per textum *in l. indicium soluitur 38. ff. de iudic. & l. 21. tit. 4. & l. 47. tit. 18. p. 13.* vbi Greg. Lopez. glossa, quibus DD. probant vetante, & iubente eo, à quo procedit, posse fieri reuocationem, & cessationem. 21

Alij vero, & probabilius in casu de facultate Capituli Sede Vac. loquuntur, nam quantumuis Episcopus valeat reuocare ad libitum 22

libitum suum Vicarium non sic poterit Capitulum, quia non est par ratio; eo quod *in dicto cap. 16. Trid. sess. 24.* ponitur spatium dierum octo, intra quos Capitulum debeat præcisè nominare Vicarium, & hoc, vt per vnum, aut duos facilius exerceatur iurisdictio inter partes, & vt excusentur turbationes, & illi improbi homines, qui solent eam iurisdictionem turbare, iuxta quæ retuli *supra sub q. 1. n. 15. & 16.* quod in Episcopo non sic accidit, qui vt solus queit, & fortè melius iurisdictionalia suæ Diœcesis facilius exercere, & non sic Capitulum ob multitudinem votantium, & difficultatem sese in vnum congregandi ad talia, quæ sunt iurisdictionis exercendæ, propter quæ potuerunt dicere Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 27. à n. 266.* postquam primam sententiam de posse illum reuocare, Diana *dict. p. 8. tr. 4. res. 63. à vers. & nouissimè*, Themudo *in decis. Archiepiscop. Olysiponen. tom. 3. decis. 23. per totam*, Marcell. Vulpeius *in praxi fori Eccles. cap. 44. n. 14.* & Nouar. *in summa Bullary tom. 1. tit. de Capit. Sede Vac. à n. 2.* Riccius *in collect. relata 1602. p. 5. in fine & in dict. decis. Curiæ Archiep. Neap. 187. p. 4.* Regucius *dict. q. 37. n. 4.* Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 86. n. 4.* Barbosa *in dicta alleg. 54. pastoral. n. 171. & de Canonicis dicto nu. 47. ac de iure Eccles. sub eodem n.* dicendo ita procedere, nisi ex causa bene visa Congregationi negotiis Episcoporum & regularium propositæ, vt ipsamet declarauit, anno 1631. & antea, vt rescripsit. Capitulo Neapolitano 1603. & Nuncio Neapolis 22. eiusdem mensis, & Capitulo Tarraconen die 24. Nouemb. & Capitulo Aretino die 26. Octobr. 1603. & hoc quidquid dixerint, Quaranta, Naldus, & Solorzan. Machado, & citati à Larrea *in decis. Granat. 2. n. 4.* & Vicario, & Capitulo de Zirenca per verba epistolæ relatæ anni 1603. à Diana & Merolla, *vbi supra.*

23 Ad septimam, numquid Metropolitanus queat ad libitum reuocare Vicarium à se nominatum ex negligentia Capituli alicuius suffraganei, quod non nominauerit intra dies octo assignatos à Concilio *in dicto cap. 16. Trid. sess. 24.* ad quam affirmatiuè respondetur ex dictis *sub vers. ad sextam in fine*, vt probant præter ibi adductos in vim decreti Trid. *in dicto cap. 16.* vbi Barbosa *n. 39.* attestatur, sic fuisse decisum in Limana 29. Septemb. 1625. & ante *de canon. dict. cap. 42. sub n. 43. & de iure Eccles. dicto cap. trigesimo eodem num.* Diana *sub dicta resolut. 63. vers. & itidem in fine*, & si inquiratur de ratione, quare ita in Metropolitano; & non sic in Capitulo Sede Vacante, cum eadem videatur militare ratio in vtroque, nec ex *dicto cap. 16. Trid.* aliud suadetur ex verbis ibi: [si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur] quæ nihil aliud videntur significare, quam quæ pro Capitulo posita sunt ibi: [item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere:] nam si ex illis non conceditur libera facultas, vt Capitulum a se nominatum Vicariũ reuocare valeat, nisi ex causa probata, ita nec vt Metropolitanus aliter queat; respondetur in Metropolitano id considerari, sicut in proprio Episcopo, cui, vt diximus, est facultas ad libitum reuocandi, & in quo non militat ea experientia, quæ animaduertitur quotidie, Capitulo administrante per se, & sine nominatione Vicarij iustitiam ex relatis *sub d. q. 1. in fine.*

Ad octauam quæstionis partem, repetitis quæ diximus sub hac quæst. quod potest scilicet Capitulum, dum creat Vicarium, in ipsa nominatione illi assignare tempus, vt exerceat, & quod, eo finito, remotus intelligatur, vt dictum est *supra à n. 14. & 15.* iam breuiter hic resoluendum est, quod si tempore nominationis expressè de hac libera facultate reuocationis ad nutum Capituli actum, & pactum fuit, tunc contra nominatum obstare videatur conuentionis exceptio, cui ipse consensit iuxta textum *in l. Imperatores ff. de iure fisci, l. 1. ff. de pactis l. 1. ff. de const. pecun. cap. 1. & 2. de pactis l. 1. tit. 16. lib. 5. recopil.* cum traditis à Mantica *de coniect. 1. tom. lib. 12. n. 32.* Molino *de ritu nuptiarum, lib. 3. q. 49. num. 18. & q. 62. n. 23.* sequitur præcisè dicendum, vt queat Capitulum in Sede Vacante talem, aut tales, à se nominatos amouere, vt in terminis docent Nicolaus Garcia *dicto cap. 7. p. 5. de Cap. Sed. Vac. in addit. ad n. 21. vers. sed dictum*, D. Ioannes de Solorzano *dict. lib. 3. tom. 2. de iure indiar. cap. 23. dict. n. 55. in fine*, post Quarantam reuocationem permitti, quoties initio deputationis, dictum fuit, vt gereret Officium pro tempore voluntatis ipsius Capituli, de quo videndus idem Garcia cum Panino, Nauarro, Antonino, Sbrozio, Azor. Molina, & aliis referens declarationes nonnullas.

Ad vltimam, an electo Vicario, queat exercere aliquam iurisdictionem, & ex dictis hic, præcipuè *sub vers. ad sextam*, est negatiuè respondendum absque eo, quod obstet in Episcopo durare exercitium, 25

etiam

etiã habente Vicarium, quia Trid. *in d.c.16. sess. 24.* posuit formam, vt non exerceret Capitulum: ita Nicol. Garcia *de benef. p. 5. cap. 7. à num.* 25. Pauinus *de cap. qu.* 10. *p.* 2. *numero* 6. Marc Anton. Genuens. qui dixit, post Concilium non potest Capitulum, vnam causam alteri delegare; nisi ex iusta causa suspicionis, vel alia; eo quod cum Concilium arctauerit, vt nominaret Vicarium, ipse voluit, vt se abdicaret. Alij inquam putarunt ad similitudinem Episcopi, & sui Vicarij dari inter Capitulum, & eius Vicarium iurisdictionem accumulatiuam existimantes, vt sicut potest Episcopus, ita & Capitulum, se intromittere circa administrationem iustitiæ excommunicando, dispensando, delegando: ita exemplis, & in iure probant Diana *p.* 15. *tract.* 7. *resolut.* 41. Merola, *tom.* 3. *disp.* 7. *dubio* 25. *à num.* 252.

QVÆSTIO IX.

An Capitulum ex quo nominat Vicarium pro iurisdictione sibi in Sede Vacante competenti, intelligatur illi etiam præstitisse authoritatem super his, quæ requirunt speciale mandatum? 2. Et an queat sibi Capitulum reseruare aliqua iustitiæ contentiosæ, quæ si alias non reseruasset, ipso iure transeunt in Vicarium à se nominatum? 3. An Vicarius Capitularis, possit sibi substituere aliquem Vicarium, seu hæc substitutio spectet ad Capitulum? 4. Et an sic eligendus debeat esse graduatus, aut alias idoneus Canonista, vt in ipso Capitulo nominante requiritur per Trid. 5. Quid de Theologo? quid de Vicario Episcopi? 6. Quid vbi discordia in nominatione fuerit? 7. An eligendus debeat esse in sacris, sicut iam requiritur in electo ab Episcopo. 8. Seu eligere Parochum? 9. Vel eligere duos Vicarios?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis Episcopi in pluribus casibus nequit exercere ex solo mandato Generali? quid in Vicario Capituli?* n. 2. & 3.

5 *Vicarius Capituli, ex generali mandato Capituli, omnes casus iurisdictionis gerit si non limitentur expresse,* vt n. 4.

5 *Capitulum si quando constituit Vicariũ, sibi casus reseruat, non est vt valeat de ipsis cognoscere, sed vt pro illis alium Vicarium nominet,* n. 6. & 7.

8 *Vicarius Capituli, si ægrotet, queit alium substituere,* vt n. 9. *& quid faciet Capitulum?* n. 10.

11 *Vicarius à Capitulo nominatus satis est, vt sit aptus, & non sit Doctor, nec licentiatus in iure,* vt n. 14. *& si contrarium nimis adstruatur hic,* & num. 12. & 13.

12 *Capitulum cum eligit Vicarios, num Doctores ex suo corpore eligere debeat, aut saltim vnum graduatum,* vt sub n. 15.

14 Cap. 16. Trid. sess. 24. & n. 21.

15 *Assessor potestatis sufficit vt sit Doctus, & si non sit Doctor.*

16 *Vicarius non Canonista, nec Doctus electus à Capitulo, debet sibi habere assessorem, aut ei assignari à Capitulo, quando illum nominauit.*

17 *Affecti Canonici si eligantur Vicarij, valent sustineri de consensu Capituli.*

18 *Theologus queit eligi Vicarius Episcopi, aut Capituli, hodie ex praxi,* vt n. 19. *& si declaratum sit, (non,) vt hic.*

20 *Episcopus valet sibi Vicarium non Canonistam eligere, si ipse sit in iure peritus, talis Episcopus alias malè faciet,* vt n. 22.

21 *Capitulum Sede Vacante valet confirmare sibi Vicarium, qui erat alias Episcopi.*

22 *Episcopi eligentes Vicarios Theologos, aut alios ineptos peccant, & ipsi electi, vbi quid de restitutione male actorum.*

23 *Vicarius à Collegiata habente potestatem illum nominandi, sufficit, vt sit aptus.*

24 *Capitulo in eligendis Vicarijs discordante, manet electio pro habilioribus.*

25 *Vicarius à Capitulo pro Sede Vacante eligendus, debet esse in sacris, & si ad id non obligetur pracisè,* vt n. 26.

27 *Parochus ciuitatis valet esse Vicarius Episcopi, sed non ruralis; idem pro Sede Vacante.*

28 *Vicarij duo à Capitulo Sede Vacante valent assignari, non vero alij plures,* vt n. 29.

n. 29. *nisi alias esset immemorialis*, vt n. 30.

29 *Vicariorum duorum nominatio pro Sede Vacante conuenit.*

31 *Capitulum valet nominare duos Vicarios pro alternis mensibus.*

32 *Vicarius Capituli debet prouideri de competenti salario*, & n. 33.

33 *Salarium sexcentorum ducatorum solet assignare Camera Apostolica pro ministris Sedis Vacantis.*

1 AD primam quæstionis partem, quia plurima dixi *in cap. 5. de Officio Vicarij*, nominati ab Episcopo, vbi quod fuur plures casus, in quibus, vt validè exerceat Vicarius, non sufficit generalis nominatio, nisi etiam specialiter exprimantur alij casus requirentes specialem expressionem. Ideo nunc quod sic procedat in præsenti, videtur necessario scribendum, cum iurisdictio Vicarij nominati à Capitulo simillima sit ei, quæ conceditur Vicario Episcopi ex iam dictis *quæst.* 8. & antea, quod videntur sentire Pauinus *de Capit. Sed. Vac. p. 2. in princip. q.* 10. Sbrozius *de Vicario Episcopi lib. 2. q.* 41. *n.* 5. *summa Bullar. verbo Capitulum Sede Vac. q. 2. & n.* 15. *vers. circa quam commissionem*, dum etiam dicit, hoc post Concilium procedere; non enim in eo aliquid reperitur immutatum per verba ibi: *constituere, vel existentem confirmare*, quæ nihil amplius importat, quam quod ea constitutio Vicarij facienda sit à Capitulo intra dies illos octo ibi assignatos *in cap.* 16. *Trid. sess.* 24. non quod differat ab illa, quæ fit ab Episcopo eligendo sibi Vicarium, in quem non transfert ex generali commissione casus, qui requirunt specialem mandatum; non enim confirmatio aliquid de nouo tribuit *l. stat. alius paragrapho testamentum* 1. *ff. de leg.* Decius *in Rub. de confirmat. vtili vel inutili. numero* 2. & 3. Rota *in decis. numero* 199. *numero* 10. & 592. *nu-*
2 *mero* 3. apud nouiss. Farin. † Et sic declaratum refert Nicol. Garcia *p.* 5. *cap.* 7. *de benef. sub num.* 29. dum ait reperisse, quod Sacra Congreg. declarasset ex generali commissione non transire in Vicarium Capituli, Sede Vac. potestatem faciendi ea, quæ indigent speciali delegatione, probans ex dictis *à numero* 39. & *ex decis. Rotal. Burgen. Canon.* quam idem refert *nu.* 93. & quia vt *infra à quæst. sequenti*, dicimus, sunt casus plures, qui ex delegatione requirunt specialem commissionem, & hanc docent Nonarius *de Canon. dicto cap.* 42. *num.* 103. & *de iure Eccles. cap.* 32. *p.* 1. *eodem num.* Nouarius *in summa Bullar. tom.* 2. *tit. de Cap. Sed. Vac. numero* 10. Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 64. dicentes contrariam opinionem displicuisse Rotæ in vna Maioratensi pensionis, die 25. Iulij 1626. coram Poruiano.

Sed salua pace horum, dico ex sola simplici constitutione Vicarij à Capitulo facta, transire in dictum Vicarium facultatem cognoscendi de omnibus casibus, qui alias in Vicarium Episcopi non transeunt, nisi data suo Vicario specialis commissio. Et ratio differentiæ est, quia vt dictum est *sub qu.* 8. quod mortuo, siue translato Episcopo, Capitulum succedat in iurisdictione speciali; est tamen cum ea temporis limitatione, vt intra dies octo debeat sibi constituere Vicarium, qui iudicet, & cognoscat de negociis, abdicando à se illam cognoscendi potestatem, quam de iure habet, propter confusionem tot, qui sunt de Capitulo, & difficultatem se congregandi: quare vt diximus iam *sub dict. q.* 8. ex quo simpliciter Vicarium sibi nominauit Capitulū, transtulit omnem suam potestatem in suum Vicarium, etiam circa specialia: argum. eiusdem Trid. *sess.* 24. *cap.* 6. de quo infra; deinde quia ex alia declaratione relata à summa Bullarij, & Garcia *sub dicto num.* 29. sic videtur probari in verbis sequentibus: [dubitatum fuit an Vicarius Capituli à Sede Vacante electus, possit visitare Diœcesim, & si id à Capitulo specialiter, non fuerit commissum, & Congreg. censuit posse.] Et hoc sic procedere, quamuis ad visitationem requiratur speciale mandatum, vt dixerunt Rebuff. *in praxi in forma Vicariatus n.* 101. Sbroz. *de Vicario Episcop. lib.* 2. *q.* 120. Vgolin. *de Offic. Episcop. cap.* 4. §. 7. *nu.* 2. *vers.* 3. & sic optimè senserunt Gutierrez *Canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 10. *vers. id quod hodie*, Marcus Anton. Genuens. *in pract. Archiepiscop. Neapol. cap.* 86. *n.* 5. Molina *de iust. & de iure tract.* 5. *disp.* 11. *n.* 4.

Nec oberit dicere posse sibi specialiter Capitulum Sede Vac. reseruare casus, dum creat Vicariū, vel illi constituere terminū, intra quod exerceat; quia in hoc secundum quod spectat ad remotionem, non implicat per dicta iam sub *dicta quæstio.* 8. & primum non implicat, quia sicut ibi diximus, si simpliciter constituatur Vicarius, iam non est in potestate Capituli, illum remouere ea facilitate qua remonet Episcopus à se nominatum, de quo ibi posuimus differentiæ rationem, 4

rationem, nisi Capitulum in ipso creationis actu, sibi reseruet facultatem, illum remouendi, quia licet hoc ita faciat, est tamen cum necessitate eligendi alium intra alios octo dies iuxta formam dict. Trid. sic à DD. intellectam; nec item, quod dando limitatam casuum cognitionem, queat Capitulum sibi reseruare aliquorum casuum cognitionem, quasi tunc iam faciat contra dictam præscriptam formam Trid. *in dicto cap.* 16. quia & hoc satis fit *in vers. ad secundam sequent.*

5 Ad secundam quæstionis partem, quæ ex his legitimè infertur, posset dici, vt non posset Capitulum in ipsa constitutione Vicarij, aliqua iurisdictionis sibi reseruare, limitando iurisdictionem, quam transfert in Vicarium ex eamet ratione supra in hac quæst. posita, cum nequeat ex dict. Trid. *cap.* 16. Capitulum exercere iurisdictionem intra illos dies octo, assignatos sub eo Capite, de quo termino latè dictum fuit *supra q.* 8. & sic reseruando sibi casus, sese omnino implicaret, & hanc doctrinam iuxta mentem Trid. veriorem esse hodie iudico, licet ante Concil. non differret ab Episcopo in posse constituere illum cum limitatione casuum: ita Nicol. Garcia *p.* 5. *cap.* 7. *n.* 25. *&* 26. ex quadam Tolet. Constitut. ita etiam cum Genuens. nam ex quo Capitulum sine causa, nequit alteri causam delegare, nisi ex causa, cum nequeat sibi aliquid reseruare in constitutione Vicarij, ita nec in hoc casu.

6 Nec obstat dicere, vt quemadmodum in limine constitutionis Vicarij, potest illi præfigere tempus, intra quod exerceat, & alia statuere, de quibus *sub dicta q.* 8. & in præsenti, poterit sibi Capitulum reseruare aliquos casus, & hoc à similitudine Episcopi, qui respectu sui Vicarij potest illi coarctare cognitionem circa casus, quos voluerit, nec ipsi Capitulo, hoc prohibetur expressè in dicto Concilio, & reddunt rationem DD. ita, tenentes, quia cum omnino Vicarius dependeat à Capitulo, illum nominante, nec in Vicarium transferatur, nisi exercitium iurisdictionis tantum; ideo possit in eadem deputatione sibi casus Capitulum reseruare: ita præter alios Barbosa de Canonicis *d. tit. cap.* 42. *sub n.* 43. *&* 44. sed si legatur, tantum loquitur in coarctatione temporis, de quo *sub dict. q.* 8. Marcel. Vulpeius *in praxi fori Eccles. cap.* 44. *numero vigesimo octauo*, Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 62. Nouarius *in summa* Bullar. *tomo* 1. *tit. Capitulum Sede Vac. numero* 17. idem Barbosa *de iure Eccles. dict. cap.* 30. *p.* 1. *sub dicto numero quadragesimo quarto*, Marc Anton. Genuens. quem refert Garcia *sub numero* 25. *&* 25. *dict. cap.* 7. *de benef. p.* 1. Quaranta *in summa Bullar. verbo Sede Vac. num.* 4. *& num.* 15. *vers. item erit obseruandum*, dum dicit in commissione Vicarij, & in ipso deputationis actu, posse Capitulum aliqua sibi reseruare, non autem postea. Molina *de iust. tract.* 5. *disp.* 11. *num.* 1. dum absolute dicit posse Capitulum restringere iurisdictionem Vicarij, Lazarius de monitoriis, *sect.* 1. *q.* 7. *nu.* 5. Piasecius *in praxi Episcopali p.* 1. *cap.* 1. *n.* 13.

Ego inquam hanc vltimam, quam audio practicari in aliquibus Episcopatibus; & si non videtim in hac Alma, dum fui Doctoralis in Sede Vac. nec in Vallisoletana, vbi in alia fui etiam Vicarius nominatus à Capitulo, nempè vt Capitulū sibi aliquos casus reseruet in ipsa deputatione Vicarij, sed crederem posse sustineri, non quod constitutio Vicario, queat cognoscere de casibus, quos sibimet reseruat, sed quod illos reseruatos tenendo, dum sese offert occasio cognoscendi de aliquibus ex casibus, quos non transmisit ad Vicarium, possit alium nominare per viam delegationis, qui cognoscat de illo tunc obuenienti; & si hoc non admitteretur, videtur post Trid. *in dicto cap.* 16. *sess.* 24. non esse recedendum à prima Garciæ sententia, & si tot habeat secunda compatres, cum re vera eo, ipso, quod simpliciter nominetur Vicarius sine difficultate, vt dictum est *sub d. qu.* 8. transferantur in eum omnia iurisdictionis. 7

Ad tertiam quæstionis partem, si contingat v.g. vt Vicarius nominatus à Capitulo ægrotet, aut abeat per aliquot dies, dubium quidem est, numquid valeat sibi substituere alium, qui loco ipsius exerceat Vicariatus Officium, aut constitutio spectet ad Capitulum? Et præmissis quæ dixi latè de alia simili substitutione in cap. Clericos de Officio Vicarij *quæstione prima & secunda*, ibi: [An Vicarius Parochiæ, perpetuus, siue ad nutum amobilis, possit ponere alium Vicarium, sibique in Officio impendendo curati aliquando sine Episcopo substituere? Et an Inquisitores sancti Officij, & Regij Auditores, Fiscales, atque iudices ordinarij deseruire possint per substitutum? & de aliis *sub dicta quæst.* 2.] ibi legendis. † Iam nunc breuiter respondetur crebro Vicarium constitutum à Capitulo, non posse alium instituere, 8 9

inſtituere, niſi ad modicum tempus & ex vrgenti,& magna cauſa, & non nimis frequenter, vel niſi haberet mandatum ſpeciale à Capitulo, vt poſſit alium ſubſtituere cum clauſula, *quem ex nunc, pro vt ex tunc*
10 *ſubſtituimus*. † Quod ſi Vicarius in infirmitate detentus fuiſſet, vel alio legitimo impedimento occupatus, non eſt dubitandum, vt poſſit de conſenſu ſui Capituli, cauſas tunc pendentes alteri delegare. Tamen ſi Capitulum vellet, durante infirmitate, aut impedimento alium Vicarium deputare, poterit etiam ſine dubio propter rationem adductam.

11 Ad quartam quæſtionis partem, an præciſè requiratur; quod Vicarius, à Capitulo nominandus in Sede Vac. ſit graduatus Licentiæ, vel Doctoratus gradu, ſiue Bachalaureatus alicuius ex vniuerſitatibus à probatis, aut ſufficiat, quod ſit idoneus? Et in hoc dubio in puncto iuris, & pro materia Trid. *in dicto cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *in verbis ſequentibus*, [qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor, vel Licentiatus, vel alias, quantum fieri poteſt idoneus; ſi ſecus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur &c.] per quæ claſſici gradus, ac litteraturam ſufficientem expoſcunt, ſic vt alias nominatio Capituli, ſit nulla, iuxta illam declar. Sacræ Congreg. in vna Tridentina ibi: [Vicarius Vacante Sede Epiſcopali; debet eligi Doctor. alias electio eſt irrita.] Et in alia Maceraten. ibi: [Si Epiſcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerit, cum non eſſet Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, ſed alium, qui ſit Doctor, eligere,] alia ibi: omnino teneatur, quæ neceſſitatem important, vti etiam in vna Panormitana, & in alia Agrigentina declarauit Eminentiſſ. Cardin. Congreg. Calendas Ianuarij ibi: [& ſi Epiſcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non eſſet Doctor, Capitulum, non debet eum confirmare, ſed alium, qui eſſet Doctor, eligere ex Congreg. ſententia,] & in alia Abalenſi, ſic iudicaſſe Sacra Congreg. teſtatur Garcia *de beneficys*, legendus omnino *p.* 5. *cap.* 7. *ex n.* 9. *ad* 16. vbi *à num.* 14. condemnet admodum abuſus Eccleſiarum, in hac parte, nonnullos referens, de quibus vnum retulimus *ſupra ſub præludio*; & ſic in Capitulo adſint Doctores, vel licentiati, neceſſario eſſe eligendos in capitulo Sede Vacante dixerunt Zechius, & Quaranta *in ſumma Bullarij, num.* 6 *verbo Capitulum*, ex alia etiam declaratione Sacr. Congreg. 14. Februarij 1594. ibi: [Congregatio Concilij cenſuit exiſtentibus Doctoribus in Capitulo, neceſſario vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui.]

12 Et amplius DD. de puncto agentes addunt Trid. intelligi, vt ſi electio facta ſit à Capitulo, eligendo aliquem ex ſuis Capitularibus, nulliter facere, ſi ille Doctor non ſit. Sin autem aliquem à Capitulo extraneum, ſatis eſſe, ſi illum eligat idoneum ex aliis verb. eiuſdem Congreg. quæ refert Nicolaus Garcia *dicto cap.* 7. *ſub n.* 12. ibi, [In exiſtentibus Doctoribus in Capitulo, neceſſario ſint eligendi in Vicarium; ſin vero Doctores non exiſtant, an vnus ex Canonicis bene viſis Capitulo in Vicarium ſit eligendus? Reſpondit Congregatio neceſſario eligendos eſſe Doctores, aut licentiatos, ſi in Capitulo adſint, alias ſufficere, vt vnus eligatur, qui ſit quantum fieri poterit idoneus,] & huic conſonare, Concil. Prouinc. Mediolanenſe, ait Garcia, qui *ſub n.* 13. refert aliam declarationem *ſuper dict. cap.* 16. *Trid.* in verbis ſequentibus, ibi: [Item Officiales &c. non eſt de neceſſitate, vt ſit de gremio, ſi tamen adeſſet idoneus, cæteris paribus eſſet præferendus,] alia adiungens cum Marco Anton. Genuenſ. & Quaranta.

13 Et hanc partem docent etiam Nauarr. *conſ.* 2. *alias vnico, de Officio Vicarij*, Sayrus *in floribus deciſ. ſub illo tit.* 2. Henriquez *conſ.* 9. Machado *de perfecto confeſ. lib.* 4. *p.* 3. *tract.* 2. *docum.* 3. Maſcon. *de Maieſt. Milit. Eccleſ. lib.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *pag.* 291. Anton. Naldus, *verbo Vicarius pag.* 919. Sbroz. *de Officio Vicarij, lib.* 1. *q.* 39. *n.* 12. *& repetit. declar. in addit. ad q.* 55. *n.* 2. Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verbo Vicarius* 4. Molina *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 11. Ricoius *in praxi, reſol.* 497. *n.* 2. *& in collect. deciſ. p.* 3. *declarat.* 1602. Raguicius *de voce in cap. q.* 37. *n.* 6. & ſic concludit Sacra Congreg. Concilij *quod debet Doctorari in aliqua vniuerſitate, non vero à perſona priuata* ſub vna die 19. Decemb. 1620. eam docet etiam, Barboſa *de Canonic. dicto capite quadrageſimo ſecundo, numero* 49. *& de iure Eccleſ. p.* 1. *dicto cap.* 42. *eodem numero* 49. idem *in dicto cap.* 16. *Trid. à n.* 26. 27. *&* 28. Marcellus Vulpeius *in praxi fori Eccleſ. cap.* 44. *nu.* 15. vbi dum dicit quod Vicarius Epiſcopi poſſit eſſe non Doctor, ſecus reſoluit in Vicario Capituli;

14 Hæc inquam eſt veriſſima intelligentia Trid. *in dicto cap.* 16. ſed quia vſus inualuit in noſtris Cathedralibus Hiſpaniæ,

paniæ, vt aliquando eligantur de gremio Capituli non Doctores, credo posse sustineri, si aliàs inquam eligatur aliquis vir prudens,aut alias idoneus,cum verba Trid. relata hic *in princ. vers. ad quartam*, disiunctiuè ponantur, *vel alias Licentiatus, vel alias quantum fieri potest idoneus*, iuxta ea, quæ de hac distinctione scribunt nouissimè præter ordinarios Zenedo de clausulis, & dictionibus, & *sub eodem tract.* Barbosa, *dict.* 415.vbi *n.2.& 3.* quod talis dictio est alternatiua, etiam in se habens implicationem, & disiunctiua quoad verba,& quoad effectum,vt etiam tradunt DD. *in cap. inter cæteras de rescriptis, & id cap. si vir, vel mulier de cognat. spiritual, & in l. hac verba ille, aut ille ff. de verbor. significat & in l. cum, ff. quando dies legati cedat*,cum infinitis idem Barbosa,& Zenedo *sing.* 29. & tenet idem Garcia, quantumuis videatur contrarius *sub dicto cap.7.n.13. in fine* in verbis ibi: si tamen in Capitulo in quo non adessent aliqui iuris Canonici Doctores, seu Licētiati, tamen eiusdem iuris aliquis idoneus,& peritus deberet eligi, & aliàs electio esset nulla ex declaratione, quam ipse refert *sub dicto num.* 12. & ob id post longam disceptionem potuerunt D. Ioannes de Solorzano, *de iure dierum tom. 2.lib.3.cap.13.à num.* 40. & cum eo longè eius verba referens Diana, *dicta part.* 8. *tract.* 4.*sub res.*56. narrando casum Limianensi. Archiep. remanere in arbitrio Capituli, ducti iustis rationibus, & gubernari eligere Doctorem,aut aliàs idoneum; quia per Trid. non excluditur dictum arbitrium, Iacob. de Graff. *tom.2. cons. lib.2.cons. 1. diffic.7.num.4.pag.*17. inquiens posse à Capitulo eligi non Doctorem, & non habentes tales qualitates, modo consulat as-
15 sessorem Doctorem iuris Pontificij, † & confirmatur ex Paris. de Puteo *tract. de syndicatu, verbo doctor. num.*3.dum agens de statutis, quæ requirunt, quod potestatis Assessor sit Doctor, inquit quod quamuis hoc gradu insignitus non sit, si tamen alias idoneus, & eminentis scientiæ esse reperiatur,hoc sufficit,ad statuti verba, & mentem explendam: *argum l. vnicuique Cod. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. & eorum, quæ tradit Bald. *in leg. sed reprobari, ff. de excusat. tutor. Roman. in l. quid tamen ff. de arbitr. & in l. cum quid ff. si certum petatur.*

16 Quare hoc admisso, potuerunt etiam dicere DD. quod, vbi contigerit Canonicos non Doctorem eligere, erit electo necessarium, vt habeat assessorem iuris Canonici expertem, vt ex consilio ipsius,lites, & casus difficiles diffiniat, atque decernat. Quo in casu in ipso deputationis actu,posse Capitulum illi Vicario dare Assessorē Doctorem; & quod alioquin possit ipse Vicarius eligere Consultorem Doctorem sibi bene visum,partibus non suspectum in casibus, in quibus eo opus fuerit, docent Sbroz. *dict. q.36.n.13.* Quaranta *in summa Bull. verb. Capitulum Sed. Vac. n.3. in fine*, Nicolaus Garcia, Riccius post *resol.*505. *in notabilibus, de materia Vicarij n.4. vers. Capitulum*, Barbosa de Canonicis *dict. cap.42. numero* 52. idem *sub eodem n. de iure Eccles. p.1. dict. cap.* 30. & in Trid. *dict. cap.16.n.31.* & hoc licet ipse ibi *n.* 28. necessariò requirat, quando in Capitulo sunt DD. & solent duo eligi Vicarij, vt vnus ex illis sit Doctor, & iuxta hanc praxim, vbi viget, ac frequenter in nostris Hispaniæ Cathedralibus, vt eligantur bini de Capitulo, quod vnus sit persona graduata, & ob id frequentius est vt vnus ex electis sit Canonicus Doctoralis, aut alias Pænitentiarius, vel alter, qui sit Doctor, † Quod solet etiam fieri, pro- 17
pter illud aliud impedimentum, nempè, vt nullus ex Canonicis affectus extrahi valeat à residentia,& communi voto sui Capituli, vt etiam arguitur ex illa Bulla expedita anno 1640. ab Vrbano VIII. qua prohibitum fuit illis etiam contra sanctæ Inquisitionis priuilegia, ne potirentur Inquisitorum Officio, aliorúmve Ministrorum, etiāsi sub eadem ciuitate essent Cathedralis, & Tribunal sanctæ Inquisit. quod intelligitur, nisi aliud Capitulo placuerit, quo placito ergo Vallisoleti consecutus fui in Canonicatu Pænitentiario vna cum fiscalia; item & Inquisitionis *placa*; & sic ex hoc facto, posse Capitula Cathedralium eligere in Vicarium pro Sede Vac. Doctores, siue Licentiatos in iure Canonico, quos habuerit Canonicos ex affectibus, quia illa prohibitio data est pro fauore, non tamen contra placitum Capitularium.

Ad sextam dubij partem, numquid 18
Theologus, Doctor, aut Licentiatus in sua conscientia possit eligi Vicarius, à Capitulo? Et licet videam ad partes disputari; imo firmam sententiam esse negatiuam per verba *dicti cap.16. Trid.* ibi: [qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel alias quantum fieri potest idoneus.] Quibus requiri videtur præcisè Canonici iuris scientia, atque peritia; ergo non sufficiet, vt sit idoneus Theologus, quantumuis, à qualibet Vniuersitate gradu Doctoratus, & Licentiaturæ pollens,& ob idpotuit dicere Barbosa *dicto tract. de Canonic. dict.*

dict. cap. 42. *n.* 53. idem *de iure Ecclef. eodem n. dict. cap.* 30. *p.* 1. decisum fuisse *sub die* 28. *Augusti, anni* 1621. Theologum non posse esse Vicarium Capitularem, Sede Vacante, & hoc merito fieri, docent Zeballos *in tract. de violent.* 1. *p. glossa.* 6. *n.* 24. *pag.* 66. Axia *de exhibend. auxilys, casu.* 5. *fol.* 159. Corrascus *ad leg. recopil. l.* 6. *n.* 9. *fol.* 56. nam viri Theologi, etsi litteratissimi sint, non satis Iurisprudentiæ praxim, & Theoricam callent; & quia proindè multoties ex capite, & pro arbitrio sententias proferunt, & vbique solent à veritate, & iustitiæ tramite deuiare; & videmus quod hanc nullitatem ille Doctissimus vir D. Valenzuela Velazquez *conf.* 20. *in fine vol.* 2. obiecerit in quædam acta contra quemdam Vicarium in Capitulo Conchenf. Ecclef. electumimo & Riccius *p.* 4. *decis.* 305. mordicùs sustinet electionem Vicarij Theologi esse validam, prætermisso Canonista.

19 Et ita re vera tenendum iuxta dicti Trid. verba; iudico tamen, quia video in Cathedralibus nonnullos Theologos, alias Canonicarum conclusionum indagatores illas percallendo; ideo si ita contingeret mihi visum est approbare electiones, quas Theologorum solent facere pro Vicariato exercendo, & securius, si vnà cum aliquo Canonista pariter eligatur alter Theologus peritus, vt etiam solet frequenter practicari; si enim quando non fit electo de Doctore, aut Licentiato Canonista, iuxta mentem Trid. alter peritus & idoneus sufficit; sequitur, vt quamuis nihilominus desideretur, vt idoneus sit in iure Canonico, quod Theologus, qui in eo aliquantulum pollet, non excludatur, præcipuè si vir maturus, ac prudens sit, cum talis, non ex proprio Marte, sed ex consilio literati Assessoris possit, vel à Capitulo, vel à se electi, vt dictum est, optimas ferre sententias, atque decreta, melius tamen fieri, si semper eligatur Canonista saltem idoneus, iuxta verba Trid.

20 Ad septimam quæstionis partem, quia ex littera *dicti cap.* 16. *Trid. sess.* 24. solent disputare nonnulli, numquid si Episcopus deputet Vicarium; debeat illum constituere in iure Canonico insignitum Doctoratus, aut licentiæ gradu? & licet sic oporteret, tamen video in praxi admissum ab Episcopis alios non sic graduatos eligi, & posse quidem fateor, dum tamen peritia polleant, si Episcopus idem etiam fuerit Doctus Canonista, aliàs inquam Theologos Episcopos malè facere, si non eligant, sibi Vicarios in iure Canonico pollentes, cũ aliàs sint expositi pluribus erroribus, & sic litibus, quæ ex Vicariorũ limitata litteratura solent oriri in nocumentum partium litigantium, cum hac qualitate, & doctrina admittimus doctrinam relatam: ita in terminis video teneri à Nicolao Garcia *de benefic. d. p.* 5. *cap.* 7. *num.* 17. dum dicit, quod Vicarius Episcopi, non debet esse Doctor, vel Graduatus, sed quod debet constituere litteratum, & idoneum, qui per se ipsum valeat officium exercere: sic cum Nauar. *consf.* 1. *de Officio Vicarij*, latè Segura de Aualos *in directorio iudicum for. Ecclef. p.* 1. *cap.* 3. Vgolin. *de Offic. Episcop. cap.* 4. §. 6. *num.* 3. & §. 8. *n.* 3.

21 Et quamuis ex verbis *dicti Trid. cap.* 16. ibi *vel Vicarium existentem confirmare*, videatur dicendum eadem prærequiri in Vicario ab Episcopo iam electo, ac in eo, quem eligit Capitulum; tamen reuera in praxi admissa est relata prima sententia, si idonea eligatur persona ab Episcopo; non enim Trid. præcisè exponit, quod Vicarius ab Episcopo electus, debeat esse Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico; sed quod requiritur ex communi DD. intellectu, est nempe, quod si mortuo, aut translato Episcopo, velit Capitulum in sua Sede Vacante existentem confirmare Vicarium, quem constituerat Episcopus, nequeat illum confirmare, aut deputare, nisi repererit illum esse Doctorē, aut aliàs idoneum in iure Canonico, iuxta quæ proximè scripta sunt, & tenent adducti, & illa Maceraten. declaratio ex S. Congreg. quam iterum adducit Diana *dict. p.* 8. *tract.* 4. *ref.* 56. *in princ.* ibi, & quamuis in hac secunda declaratione, non explicet Sacra Congregatio, an si Capitulum de facto confirmet Vicarium, non Doctorem ab Episcopo relictum, sit irrita confirmatio: tamen ex alia declaratione eiusdem Congreg. clarè colligitur esse irritam: ita exponit Merolla, *tom.* 3 *disp.* 7. *cap.* 7. *dubio* 18. *n.* 186. cuius verba referens ipse Diana prosequitur in sequentibus, dum inquit illud verb. Concilij, *omnino*, teneatur referri ad vtrumque, scilicet confirmandum, vel constituendum; ita vt confirmatus habere debeat easdem qualitates, quas constitutus habet à Trid. requisitas, aliàs electio sit nulla. Propter quod Marcellus Vulpeius *in praxi Ecclef. dicto cap.* 44. *nu.* 15. in verbis sequentibus fuit loquutus: [Vicarius Episcopi potest esse non Doctor, secus Vicarius Capitularis, qui debet deputari Doctor, alias deputatio erit nulla, & si Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Docto-

rem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor eligere,] Concil. Trid. *sess.* 24. *dict. cap.* 16. & etiam Diana, vbi supra, dicta *res.* 56. colligit *ex verb. dict. cap.* 16. [Non debet quod præcisam necessitatem importat, & actum contra gestum omnino reddat nullum.]

22 Vnde optimè potuerunt scribere Sbrozius *de Vicar. Episcop. lib.* 1. *d. q.* 36. & Nicolaus Garcia eum eo grauiter peccare Episcopos qui aliquando, constituunt Vicarios Theologos seu alias ad Officium ineptos, & quod tenentur ad restitutionem damnorum indè secutorum, & etiam ad restitutionem propinarum, vulgo *assessorias*, quas dicti Vicarij faciunt, à partibus solui assessori, & quod Episcopi tenentur administrare iustitiam, seu ponere, qui eam administrat, vt alias docet idem Garcia, *de benefic. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 28. qui addit *dict. cap.* 7. *p.* 5. *n.* 18. quod etiam, qui acceptant Officium, ad quod sunt inepti, grauiter peccant, & ad restitutionem tenentur damnorum, & expensarum, quas à partibus iniquè extorquent pro Assessore; ita ex Azor. *inst. mor. lib.* 13. *cap.* 30. *ad finem*, Segura & Vgolin. *supra* qui & Nauar. *consil.* 1. *de Officio Vicarij*, dicunt tenere facta nihilominus à tali Vicario, seu coram eo, tamquam Vicario.

23 Pro complemento huius corollarij dicendum est, in Trid. *dict. cap.* 16. *sess.* 24. non requiri præcisè, vt quando Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ est in facultate eligendi Vicarium, Sede Vac. ordinariam, & quasi Episcopalem iurisdictionem habens sit eligendus in Vicarium Doctor, aut Licentiatus in iure, nec de eo loqui Trid. vt Sancta Congreg. censuit *super dict. cap.* 16. in verbis sequentib. [An extendatur ad Ecclesiam collegiatam, defuncto eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia habebat. Congreg. censuit negatiue, quia si non est necesse, vt hic Prælatus mortuus, sit Doctor, vt dictum est, alias ergo, nec Vicarius die 12. Sept. 1585.] quam referunt Garcia vbi *supr. in addit. ad dict. q.* 36. *lib.* 1. Garcia, *dict. cap.* 7. *n.* 20. & post eum Barbosa *super dict. cap.* 16. *n.* 30. idem *de Canonic. num.* 50. *dict. cap.* 42. & *de iure Eccles. dict. cap.* 30. *p.* 1. Raguc. vbi *supra cap.* 37. *n.* 6. in puncto tamen iuris nisi fuisset declaratum, ego dubito à maioritate Capituli Cathedralis, in quo aliud requiritur præcisè in hac electione, quam in Episcopo, quod securius succedit Sede Vac. in iurisdictione Episcopali, quam Capitulum collegiatæ.

Ad octauam quæstionis partem, quid faciendum, si inter Capitulares, tempore Sedis Vacantis, fuerit discordia in eligendo Vicario? & respondetur quod si plures Vicarij ad hoc Officium assumerentur, tunc magis idoneum, & habentes qualitates Concilij, iuxta supra dicta, esse, assumendum, vt refert decisum inter alias declarationes idem Garcia *dicta p.* 5. *cap.* 7. *de benefic. sub n.* 23. in verbis sequentibus [Tertia, si plures ad Officium Vicarij à Capitulo assumerentur in controuersia magis idoneus, & habens has qualitates Concilij Trid. remanere debet, & cæteri remouendi sunt:] ita ex Sacra Congreg. sequitur Barbosa *super dict. cap.* 16. *Trid. n.* 4. idem *de Canonicis dicto cap.* 42. *n.* 36. *& de iure Eccles. dicto cap.* 30. *eodem n.* Aloysius Riccius *post dict. resol.* 505. *vers. secundo.* Quaranta *in summa Bullarij verbo Capitulum Sede Vac. vers. secunda dubitatur*, & confirmatur à communi praxi, quando v. g. à patronis eliguntur plures, quia tunc in discordia fit electio de doctiori, & de illo, qui habet potiores de iure qualitates, quas ponunt Nicolaus Garcia *p.* 2. *de benef. qu.* 6. cum aliis Lara de Capell. *p.* 2. *à q.* 2. *&* 3. Barbosa, & alij multi per eum *qu.* 18. *Trid. sess.* 24. *de reform. à n.* 129. 24

Ad nonam quæstionis partem, an sicut Episcopus iam tenetur eligere Vicarium in sacris constitutum; ita & Capitulum Sede Vacante: de primo qualiter accidit, iam supra explanatum relinquitur sub quæstione alia: ad hoc quod spectat ad Capitulum Sede Vac. affirmandum est prærequiri, quia si ad instantiam Capitulorum Cathedralium Hispaniæ hoc consequutum fuit à Clem. VIII. quid mirum vt in se ipsis hoc etiam practicetur per illam regulam patere legem, quam ipse tuleris, de qua dixi latè *sub cap. cum omnes de constitut.* & ita docent in terminis Nouarius in summa Bullarij *tit. de capit. Sed. Vac. n.* 19. vbi sic ait *declaratur secundo, vt Vicarius Capitularis debeat necessario esse in sacris*: nam licet Sacra Concilij Congreg. Trid. hanc qualitatem non petat, tamen Clem. VIII. in dictis litteris hoc expressè iubet, *vt Canonicus, qui non est in sacris, non possit esse Vicarius*, Venerus *de examine Episcopor. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 18. 25

† Tamẽ Diana *d. p.* 8. *tract.* 4. *res.* 59. videtur aliud dicere quasi quod morte dicti Clem. tales litteræ expirassent. Ego inquam hoc assumerem, vt quemadmodum dependet à tolerantia Capituli, vt non ordinatus in sacris sit Vicarius Episcopi, vt quotidie contingit, sic & si contingeret, quod inter eius 26

eius Capitulares, esset aliquis cum requisitis *in dict. Trid. cap. 16.* nempè gradus Doctoratus, Licentiæ, aut idoneitatis, possit nihilominus ab eo eligi Vicarius pro Sede Vacante per illa quæ dixi de dicto Vicario Episcopi, nondum in sacris constituto, vbi supra.

27 Ad decimam quæstionis partem, item quia supra dictum est, num Vicarius Episcopi, queat esse Parochus? & cum aliqua differentia videtur loquendum inter Parochum ruralem, aut ciuitatis per verba Sacræ Congreg. sequentia, in vna Oriens. 19. Martij 1619. & 19. Iulij eiusdem anni, quæ refert Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. sub n. 37. & 38. & de iure Eccles. sub eisdem num. dicto cap. 30.* [ibi *petitum* fuit à Sacra Congreg. Cardinal. negotiis Episcoporum, & regularium Præpositorum: an Episcopali Sede Vacante, Canonici eligere valeant in Vicarium Generalem Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in eadem ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum, Sacra eadem Congreg. affirmatiue respondit in dict. Oriens.] vbi etiam fuit dictum *quod contraria decisiones intelliguntur de Parocho rurali*, quasi dicat Barbosa, non posse Parochum eligi Vicarium pro Sede Vac. à Capitulo, nisi curam gereret in eadem ciuitate, & Ecclesia, vt referens dictam decis. videtur amplecti Diana *dicta p. 8. tract. 4. res. 58.* in hunc modum intelligendo Marcellum Vulpeium, *in praxi fori Eccles. cap. 40. num. 18.* & Merollam, *tom. 3. disp. 7. dubio 18. nu. 191.* dicenetis Parochum habentem curam animarum non posse esse Vicarium Capituli, Episcopali Sede Vac. nam ita Sacra Congreg. rescripsit Archiepiscopo Surrentino.

28 Ad vltimam quæstionis partem satis liquet ex iam adductis *sub q. praced. 8.* & in hac, nempè iam consuetudine esse præcipuè in omnibus Cathedralibus Hispaniæ, vt Capitula in Sede Vacante eligant intra dictos dies octo assignatos *in dicto cap. 16. Trid. sess. 24.* non solum vnum Vicarium Generalem, verum etiam binos, quia & si Sacra Congregatio decreuerit vnum tantum esse deputandum per Trid. quod loquitur in singulari, ibi: *item Officialem, seu Vicarium*; & ita senserunt Nicolaus Garcia *dict. p. 5. cap. 7. n. 37.* & Nouarius *in summa Bullarij tom. 1. de Cap. Sede Vac. dict. nu. 15.* & Machado *tom. 2. lib. 4. de perfecto confess. p. 4. tract. 1. docum. 8. n. 4.* ad similitudinem Episcoporum, qui solent eligere duos Vicarios, vnum ad cognoscendum de temporalibus, alium de spiritualibus, & Hispali nominantur etiam tres, vnus, qui dicitur vere Generalis, alter ad testamenta, alius tertius pro Ecclesia illa; quod confirmatur ex Ragucio, & declaratione relatis *infra, vers. quibus.*

Tamen non negant aliter consuetudine 29 posse introduci, quæ quotidie practicatur; & sic tenent vltra praxim quotidianam Paulinus *de Cap. Sede Vac. p. 2. q. 10. n. 6.* Sbrozius *lib. 1. de Officio Vicarij q. 50. & 60. nu. 3.* Marc. Anton. Genuens. & Zechius quos refert, & sequitur Diana *dict. part. 8. tract. 4. res. 61.* & cum Nauarro, & ex rationibus nonnullis explanando ita sentiri ab alia decis. iam relata Sacr. Congreg. & quod contraria intelligitur quando plures, quam duo deputarentur à Capitulo Sede Vac. quasi hoc non fore tolerandum, vt euitetur eadem illa confusio; propter quam in Trid. imponitur præcisa lex, vt intra dies octo, Capitulum teneatur eligere sibi pro Diæcesi Vicarium; imo & oportet, vt bini eligantur; quia cum in quolibet resideat omnimoda facultas ex nominatione duorum, euitatur, vt si fortè vnus ægrotet, absit, aut alio impedimento propediatur, remaneat alter, qui expediat negotia absque eo, quod sit in necessitate, Capitulum se congregandi ad eligendum alium; & quamuis, si fortè vnus ex illis duobus Vicariis moriatur; illico Capitula se congregant ad eligendum alium loco demortui, credo non posse fieri de iure, nisi in principio deputationis nominatio fieret cum illo requisito iuxta *dicta q. 8.* & in hac; eo quod in altero remanente residet integra potestas redacta ad terminos dicti Trid. in quo solus vnus eligi conceditur. & sic sentio.

Quibus addo quod si adesset immemo- 30 rialis consuetudo plures, quam vnum, aut duos eligendi, tunc reuera sustinerentur per illa, quæ docent Quaranta *de Capit. Sede Vac. vers. nono*, Barbosa *alleg. 54. in pastorali nu. 165. in princ.* idem *de Canonic. dicto cap. 42. n. 33. & de iure Eccles. dicto cap. 30. eodem nu. 33.* & dicit Ragucius, *de voce Canonic. in Capit. q. 40. n. 8.* nempè, vt possit constituere plures Vicarios æquè principales, vel vnum Generalem, & alterum foraneum, maximè si est ampla Diæcesis, & stante immemoriali consuetudine, admittit Aloysius Riccius *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 293. p. 4. & Sacra Congreg. Concilij in Salernitana 26. Iulij 1589.* † *& in Panormit. 31. Maij 1592.* censens *Capitulum Sede Vac. duos Vicarios substituere posse*, vt alternis mensibus Vicariatus munere fungantur, si legitima probetur immemorialis consuetudo,

consuetudo, & illis qualitatibus sint prædicti, quas requirit Concil. Trid. *dict. sess. 24.cap.* 16. vt testatur Nicolaus Garcia legendus, *dict. cap. 7.p.5.sub n.37. in addit. ad tract. de benefic.*

32 Et quod huic Vicario deceat prouideri de competenti salario censuit Sacra Congreg. sub die 15. Octob. 1601. refert Barbosa *de Canonic. dict. cap. 42. n. 35. & in eodem numero de iure Eccles. dict. cap. 30. p. 1.* cui non contradicunt; imo potius iuuant decisiones *cap. quia sapè, & Clem. statutum de elect.* de quibus latissimè *sub q.* 4. supra cum praxis etiam sit pro seruitio, quod præstant
33 Officiales Sedis Vacantis, † Vt Camara, Apostolica, ad quam spectant fructus Episcopatus, vt tunc illis detur certa portio; & in hoc Episcopatu, est nempè sexcentorum Ducatorum, vti in præsenti anno 1663. pro Vacanti nostri antecessoris receperunt à dicta Camara; & sic docent Pauin. *dicta q. 10. p. 2. num. 5.* Sbrozius *de Officio Vicary lib. 2. q. 55. nu. 7.* Marcellus Vulpeius *in praxi iudic. Eccles. cap. 44. num. 14.* Barbosa *dicto cap. 42. de Canonic. sub num. 15. in fine;* idem *de iure Eccles. eodem num. dicto cap.* 30. quod Vicarius Capitularis debet habere salarium ex bonis Ecclesiæ Vacantis per glossam *verb. expensa in dicta Clem. statutum de elect.* quia nemo tenetur suis stipendiis militari, *cap. tam nunc 18. q. 1. cap. cum ex Officiis de præscript.* etiam si Vicarius sit Canonicus, vel de gremio ipsius Ecclesiæ; quia illud salarium est pro labore, quem exercet; de quibus etiam videbis quæ dixi *sub cap. 5. de Officio, sic & ibi sub q. 8.* vbi ago de illa, [an Vicarius Episcopi, siue Capituli, valeant vltra sportulas ex Officio prouenientes ab Episcopo, seu Capitulo exigere amplius salarium.] Et addit Barbosa *de Canonic. dict. cap. 42. n. 35. & de iure Eccles. cap. 30. p. 1. sub dict. n. ex Sacra Congreg. sub die 15. Octob.* 1601. vbi deceat Vicario à Capitulo deputato prouideri de competenti salario.

QVÆSTIO X.

An Vicarius electus Canonicus, siue Dignitas eiusdem Capituli, debeat in sessione Chori, aut in cessione aliorū publicorum actuum præcedere cæteros, vbi moris est, quod Vicarius Episcopi antecellat, & debeat assistere cum ornatu Capitulari ? 2. Et an si non resideat lucretur distributiones quotidianas? 3. Et quid faciendum à Capitulo, quando eius Vicarius allegetur suspectus. 4. An Vicarius Sede Vac. possit exequi dispensationes directas Vicario Generali Episcopi ? 5. Et an Litteras Episcopo pro Sacra Congreg. directas ? 6. Et an à sententia illius appelletur ad Capitulum?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius electus à Capitulo de gremio illius non mutat sellam in choro, nec in Capitulo, debetque incedere, & concurrere in suo habitu Canonicali,* vt n. 2.

3 *Vicarius electus à Capitulo extra gremium præcellit in sessione, & incessione Canonicos sicut Vicarius Episcopi.*

4 *Vicarius Capituli, si non residet in choro, fructus lucratur, & distributiones, si adsit consuetudo,* vt n. 5.

5 *Visitatores, & Officiales pro Sede Vacante absentes, lucrantur distributiones, & salarium eis assignatur.*

6 *Vicarius Capituli allegatus, suspectus, arbitri à Capitulo nominantur, qui cognoscant, de recusatione,* & n. 7.

8 *Vicarius Capituli nequit exequi dispensationes directas Vicario Episcopi, verius est,* vt n. 9. & 10. & nu. 11. *contra Sanchez.*

9 *Curia stylus numquam Vicario Sede Vacante committit dispensationes, sed Episcopo vicintori.*

12 *Delegata causa Episcopo, eo mortuo, non possunt expediri per Capitulum, nec eius Vicarium.*

14 *Appellatio à Vicario Capituli ad ipsum Capitulum, non datur; & de ratione* n. 15.

16 *Capitulum causam appellatam à Vicario foraneo, tenetur remittere cognoscendam suo Vicario Generali.*

AD primam quæstionis partem, suppositis quæ de præcedentia Vicarij Episcopi in choro, & in processionibus dicta 1
sunt

sunt *sub capite quinto de Officio Vicario & sub tit. de Officio Archidiaconi*, nunc quando Vicarius Capituli, aut Episcopi est Canonicus, & in proposito, ita sicut de Vicario Episcopi dixit Sbrozius *lib. 2. q. 25. n. 20.* quod quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, illi in processionibus præferendus sit Archidiaconus, seu alia Dignitas maior, & prima post Episcopum; pro vt refert etiam cum eo Quaranta, *verb. Capit. Sede Vac. vers. 8. dubitatur*; & ita videtur de Vicario Capituli respondendum; & sic Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dubio 32. n. 329.* quem sequitur Diana *p. 8. tract. 4. ref. 67. in fine*, dixi quoad locum in processionibus, Vicarium Capituli Sede Vac. habere primum, & nobiliorem locum, quidquid dixerint aliqui in fauorem Archidiaconi. De præcedentia Vicarij plura congerit Gratianus *discept. forens. cap. 106. & 111.* Sed licet de Vicario Episcopi vera sit doctrina relata in praxi Cathedralium, existimo dicendum Vicarium de gremio Canonicorum, in processionibus, & aliis actibus publicis non præcedere, nam ob Vicariatus Officium, nec mutat in Aula Capitulari, nec in choro de sella, siue scabello, sibi obtingenti à tempore suæ receptionis in Canonicum, sicut de Canonico, qui electus est Episcopus alterius Diœcesis, quia gradus, & prærogatiua talis Dignitatis, nõ mutat in eo sessionẽ,
2 nec incessionẽ quã antea cũ aliis Canonicis habebat; vt palam est, & alibi diximus. † Quare eũ in proposito Vicarius de gremio Capituli, electus, soleat semper in suo habitu Canonicali incedere, quoties cum cæteris concurrit, per quam esset, vt quia Vicarius fuit electus, mutaret de sede, aut stallo Quod confirmatur, quia ad hoc, vt lucretur distributiones quotidianas, si in choro interueniat, debet sedere in proprio loco sui Canonicatus, antiquiores non præcedendo, vt docuerunt vltra Quarantam supra Riccius in praxi fori Eccles. *decis. 475. in 1. edit. & resol. 499. in 2. edit.* vbi *nu. 8.* dicit decisum per Rotam *in vna Lucana Beneficij 18. Decemb. 1579. coram Seraphino*, eadem Rota *decis. 288. nu. 2. apud Farin. p. 2. recent.* Vincent. Grilinz. *cons. 121.* Homobonus *de bonis de humana vita statibus p. 1. c. 7.* Barbosa *in pastorali alleg. 54. p. 3. n. 167. & 168. aliquid de Canonic. c. 42. sub n. 15. vers. vtrum. & de iure Eccles. c. 32. sub eodem: vers. & num.*

3 Quod si eligeretur aliquis Vicarius à Capitulo extra gremium ex dictis hic in princ. quia non potest incedere in habitu Canonicali, tunc debet assimilari Vicario Episcopi non Canonico; ita vt cum Vicario Capitulari sic se gerat; quia & si nominatus fuerit à Capitulo, debet tamen esse cum ea prærogatiua, qua potitur, quilibet alius Vicarius Episcopi, dum concurrit in choro, aut in processionibus; habet inquam sic deputatus honorem à iure, ex quo semel creatus fuerit Vicarius Episcopi, aut Capituli.

Ad secundam partem quæstionis, numquid Vicarius Capituli, queat si non residet percipere distributiones quotidianas? & 4
Alex. Moneta, *p. 2. de distribut. q. 11. à nu. 83.* & alij, dicant eas amittere; tamen receptius in praxi est, vt non solum habeatur pro præsenti, & lucretur fructus in absentia, Pauin. *de Officio, & potestate Capit. Sed. Vac. q. 10. p. 2. n. 5.* Rebuf. *in praxi tit. de Vicario. Episcop. n. 5.* Rota *decis. 222. n. 6. p. 2. diuers.* sed etiam eas lucrari, eo quo talis censetur esse in seruitio Ecclesiæ, cum magis commodum sit Ecclesiæ, vt deputetur iurisdictioni per totum Capitulum, & quia qui abest pro seruitio, & vtilitate Ecclesiæ euidenti, de iure etiam cessante consuetudine, non solum percipit fructus, sed etiam distributiones quotidianas, si est præsens in loco, vbi est Ecclesia, *c. vnico de Cleric. non resid. lib. 6. vbi Domin. §. qui vero n. 10.* Couar. *lib. 3. Var. c. 13. n. 8. vers. octauo*, D. Ioannes Ocon. *bene in dicto cap. vnico à n. 65.* Ioannes Guttierrez, *Canonic. quæst. lib. 1. cap. 1. n. 145.* Zerola *in praxi Episcopali, vers. distributiones §. 3.* Zechius *de Republica de Ecclesiast. cap. 24. de Canonic. n. 9. vers. 2.* Sandobal. *de Officio Eccles. 6. p. c. 17.* & alij.

Et sic in hoc puncto, si non adsit contraria consuetudo, vt alias de infirmis declarauit Sacra Congreg. Concilij in sequentibus verbis: [Consuetudo in aliqua Ecclesia introducta, vt Canonici infirmi fructus tantum suæ Præbendæ, non distributiones quotidianas percipiant si legitimè præscripta sit, tollit constitutionem,] Ergo ea seclusa dicendum est, vt ille Vicarius dictas distributiones sit percepturus, vt fatetur Nicolaus Garcia *de benefic. p. 3. cap. 2. à n. 358.* dicens non sic procedere in Vicario Episcopi, vt ante eum dixit Rota vbi supra; quia non eadem militat ratio, & in terminis docent etiam Cenedus cum aliis *Canonic. q. 1. num. 72.* Diana *dicta p. 8. tract. 4. ref. 67.* dicentes sede Episcopali Vacante, Canonicos Cathedralis Ecclesiæ creatos, & electos in Vicarios Generales, Officiales, & Visitatores lucrari distributiones quotidianas absentes à choro, etiam si ratione præfatorum Officiorum eis assignetur salarium; quia cum de iure 5

succedant, qui sunt de Capitulo in eis Officiis, consequuntur, quod eis competit: sequitur DD. Ioannes de Escobar. *tract. de horis Canonic. §. 2. de distribut num.* 118. cum Castro Palao, & Trullenche, & cum aliis respondetur etiam ad secundam partem quæstionis. Ad hanc partem sub prima responsum est.

6 Ad tertiam quæstionis partem, quid sit faciendum à Capitulo, quando eius Vicarius allegetur suspectus? Et supposito, quod talis queit recusari Vicarius, per ea, quæ longissimè dixi etiam *de Vicario Episcopi sub q. 13. in cap. 4. de foro comp. & in dicto cap. 5. de Officio Vicarij sub q. 6.* Nunc breuiter ad dubium respondetur, quod debet Capitulum, adhibere arbitros ad cognuscendum de suspectiune, qua cognita, & militante, causam à Vicario auferre, & alteri committere vt docent Quaranta, *verb. Capit. Sed. Vac. n. 5.* vbi refert Sacram Congreg. ita censuisse, Marcellus Vulpeius *in praxi iudic. Eccles. cap. 44. nu. 29.* vbi subdit ipsummet Capitulum cognoscere posse, sicut Episcopus, potest cognoscere causas suspecti sui Vicarij absque electione arbitri: sequitur Barbosa *de Canonic. cap. 42. sub n. 54. in vers. & si Vicarius, idem de iure Eccles. 1. p. cap. 30. dict. n. & vers.* quod si desideras ad praxim latiorem, recurrere, leges quæ latissimè dixi *sub dicto cap. 4. de foro comp.* vbi qualiter recusatio sit proponenda, & probanda, & qui arbitri eligendi, qui cognoscant de recusatione, & de causis recusationis, cuius materiam abundè scripsimus
7 per *quæst.* 44. † & Garcia *de benefic. p. 5. cap. 7. sub n. 23. vers. noua*, refert declaratum à Sacra Congreg. in verbis sequentibus: [Fuit dubitatum an si iste Vicarius allegatetur suspectus, possent eligi arbitri, & dictum fuit quod non, sed recurrendum esse ad Capitulum, tanquam superius,] *ex cap. si contra de Offic. deleg. lib. 6.* & ex alia ibi *in vers. decima*, ibi [An Capitulum Sede Vacante possit eligere arbitros ad cognoscendum de suspicionum causis, quæ contra Vicarium ab eo Sede Vacante deputatum proponuntur, Congregatio censuit vtique non posse, eadem primo numero, quo Episcopus non potuisset, sed posse per se ipsum cognoscere de causis suspicionum: ita illes; sed addit, quamuis ista declaratio aliter proponatur, nempè posse Capitulum eligere arbitros eo modo, quo Episcopus potuisset &c.]

8 Ad quartam quæstionis partem, an Vicarius Capituli, possit exequi dispesationes directas Vicario Episcopi? Et quia de hac quæstione, vt communissima plures egerũt, inter quos Quaranta cum Federico, *verbo Capitulum Sede Vac. §. 2.* qui non longè, & Thomas Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 27. n. 32. & 33. post alia à n. 29.* differens, videtur distinguere inter commissiones dispensandi: vel in causa matrimoniali, aut qualibet alia, vt quando fit generaliter commissio Vicario Generali talis Diæcesis, non dicendo Vicario Episcopi; sic vt in hoc casu competens iudicetur Vicarius Capituli ad exequendas litteras dispensationis, quia forma committendi non est Officiali Episcopi, sed Officiali expresso nomine Diæcesis, sed dum sedes est vacans Officialis illius, est Officialis illius Diæcesis; quia iste dicitur Vicarius iurisdictionis Episcopalis, vt docent Glossa *in Clem. 2. verbo Episcopi de rescript.* & ibi Cardin. *q. 13. n. 17.* Anchar. *n. 1. fin.* Imola *n. 20.* Euetardus *in suis topicis loco à vi subrogationis, n. 21.* & hoc quamuis minus benè, in neget, Bonif. *in dict. Clem. n. 33.* docent etiam Salas *de legib. disp. 20. sess. 17. n. 124* & alij.

Et probant alij etiam, quia Vicario, seu Officiali Capituli Sede Vac. possunt de iure dirigi delegationes, & rescripta Papæ, non secus, ac Officiali Episcopali, cum sit Vicarius, seu iurisdictionis Episcopalis *per dict. Clem.* Abbas *sub n. 1.* Pauin. *de Cap. Sed. Vac. 2. p. q. 10. n. 8. & 9.* Hieronymus Paul. *in pract. Cancellar. §. de iudicibus*, & eorum ordine, *vers. item nota*, Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis Episcopor. n. 4.* Sbrozius, *lib. 2. q. 23. n. 3.* Flores *q. 4. var. n. 11.* & quod ita in nostra Hispania soleant Nuncij delegare Officiali Capituli, Sede Vac. dicit Diana *p. 8. tract. 4. res. 66. vers. & quidem in fine;* quam praxim seruari dixit Flores, quam sequitur Sanchez, *vbi supra*, Moneta *de commutat. vltimarum volunt. cap. 5. à n. 50.*

In praxi tamen est opinio receptior, 9
nempè vt talis delegatio, siue commissio, non intelligatur cum Vicario Capituli, cum attento stylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ nusquam Sede Vacante Episcopali, non dirigit huiusmodi litteras in forma dignũ, nec dispensationes, Officiali Capituli, qui non confidit de illo, sed Episcopo viciniori, seu eius Vicario Officiali, de quo testantur, Hieron. Paul. *in practica Cancellariæ in princ. vers. circa qualitatem personarum:* latè legendus Garcia *de benefic. tom. 1. p. 6. cap. 2. & à numero 40.* Diana *p. 8. tract. 4. res. 66.* Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dubio 29. numero 296.* & dicentes apertè constare sub nomine Officialis, seu Vicarij absolutè Prælati in litteris quæ diriguntur Officiali v. g. Cordubcn.

Corduben. aut *Abulenſ.* intelligi Officialem Epiſcopi,& non Capituli,Naldus *ad Decretales in cap.ad abolendam de hæreticis.*

10 Quod ſi delegatio, vel commiſſio fiat Officiali, ſeu Vicario Epiſcopi,v.g.Abulen. certum erit vt non poſſit expediri per Vicarium Capituli Sede Vac. cum non ſit Vicarius Epiſcopi, ſed iuriſdictionis Epiſcopalis; & quia Capitulum ipſum nequit de ea cauſa cognoſcere; & ſic nec eius Vicarius; qui nemo poteſt plus iuris transferre, quam, quod ipſe habet,*l.nemo poteſt. de reg.iuris*,& docent. DD.communiter.*per gloſſ.in dicta Clem.& ſi principalis, verb.Epiſcopi*, Felin.*in cap.eam te de reſcript. n.*17.Pauin.*dict.q.*10.*p.*2.*n.*2. Lambertin.*de iure patronat.* 3.*p. lib.*2.*q.*1.*art.*7.*n.* 3. Tuſchus *inſtit.moral.tit.*8.*n.*39. Sbrozius *lib.* 1.*de Officio Vicarij q.*16.Marc.Anton.Genuenſ. *in praxi cap.*84. *n.* 12. Diana *dicta reſ.*66.*in princ.* & hanc probat iuxta dictum ſtylum Curiæ Barboſa *de Canonic.dicto cap.*42. *n.*57. *& de iure Eccleſ.p.*1. *dicto cap.*32. *eodem num.*ex ea etiam ratione, quia cum Capitulum nolit committere Vicario Capituli Sede Vac. apertè innuit ſub nomine Vicarij abſolutè prolati in litteris, quæ Vicario v.g. Bononien.diriguntur,intelligere Vicarium Epiſcopi,non Capituli: ita cum dicto Nicolao Garcia *ſupra*, Franc. Leon. *in Theſaur. fori Eccleſiaſt.p.*1. *cap.*18.*nu.* 8. *verſ. ſecundo facit eam ſequentib.* Bonacina *de legib. diſp.*1.*qu.*3. *puncto* 8. §. 1. *n.*7. Riccius *in decis.Curia Archiep.Neapol.deciſ.*44.*incipit,magna fuit*;item *ex declarat. Emment. Cardinal. S.Congreg. in Concil. Trid. ſub die* 24. *Mai.* 1621.in verbis ſequentib. [Diſpoſitiones matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario Generali, ſi ſedes vacare contingat, non poſſe per Vicarium Capitularem expediri.] Et *in Cameroten.*2.*Auguſti* 1631. cenſuit Capitulum Sede Vacante, non poſſe exequi commiſſiones Apoſtolicas in forma, dignum, & alias directas Epiſcopo,vel eius Vicario Generali intuitu Officij, vel ſub nomine Dignitatis.

11 Acerrimè tamen Thomas Sanchez adhuc in hoc ſecundo caſu exiſtimat *ſub dicto n.*33.*lib.*8.*de matrim.verſ.cæterum* ,quod & ſi Capitulum non poſſit in Sede Vac. tales exequi litteras, tamen, vt poſſit eius Vicarius firmat;quia talis ſuccedit in Dignitate Epiſcopi;Et quia Vicarius iſte poteſt etiam dici Epiſcopi Vicarius cum Cardinal. *dict. quæſtione* 13. vbi reſpondet *dict. reg. nemo poteſt.* Zechius *capite vigeſimo tertio*, *de Vicario Epiſcopi paragrapho ſecundo*, *numero primo*, vbi dicit, Vicarium Epiſcopi, eſſe etiam illum, qui deputatur à Capitulo Sede Vacante, admittit tamen Barboſa *dict.c.*42. *num.*59.*de Canonic.& dict.cap.*30.*de iure Eccleſ.n.*59.*verſ. & ſic*,quod ſi in commiſſione exprimeretur nomen Diæceſis tantum v. g. *Vicario Brocharenſi*,tunc poſſe litteras expeditas exequi à Vicario Capituli:ſic cum Marcello Vulpeio *in dicta praxi fori Eccleſ. cap.*44. *numero* 6. quia, dum Sedes vacat, Vicarius eſt Officialis illius Diæceſis, ſed num verum ſit in praxi, attento dicto ſtylo Curiæ,tu cogita. Video inquam non exequi ſimiles commiſſiones à Vicario Capituli, & ſolum admittatur in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, & vbi periculum graue ex dilatione immineret.

Maius tamen eſt dictum,ſi Epiſcopus,ad 12
quem per Sacram Congregationem fuerunt directæ litteræ, quas morte præuentus,non potuit exequi;& licet idem Barboſa *de Canonic. dict. cap.* 42. *num.* 60. *& de iure Eccleſ.dicto cap.* 30.*ſub illo num.* & Naldus *in dicto cap. ad abolendam* affirment, quia ſic à Sacra Congregatione negot.Epiſcopor.& regular. præpoſita declaratum ſit ſub die 10. Aprilis 1615.nec non omne illud, quod Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breue in cauſis iuriſdictionem importantibus conceſſum Epiſcopo erat ex eadem Sacra Congreg. in Tranenſ.26.Ianuarij 1604. & in Neapolitana 10. Februarij eiuſdem anni. Sed conſideratis quæ hic dicta ſunt *ſub verſ.in praxi tamen*,talis opinio eſt improbabilis, quemadmodum contra Naldum eam appellat Diana *dicta part.* 8. *tract.*4.*reſ.*66.*in fine*,dicens,quod cauſæ delegatæ Epiſcopo mortuo, non poſſunt expediri per ipſum Capitulum, quia non ſuccedit Capitulum in iuriſdictione Epiſcopi delegata, ſed tantum ordinaria; & tamen in hoc vltimo per dicta *ſupra ſub qu.* 3. vbi *an Capitulum ſuccedat in iuriſdictione?* hanc ego admitterem in iuriſdictionibus, in caſu magnæ neceſſitatis, & vbi periculum graue immineret, vt iam dictum eſt non aliter per infra dicenda.

Ad quintam quæſtionis partem,ſatis re- 13
ſponſum eſt ex dictis his *num. præcedenti ſub verſ. maius tamen.*

Ad vltimam quæſtionis partem, an de 14
ſententia à Vicario Capituli lata,appelletur ad ipſum Capitulum?Et ſuppoſit. quæ latè dixi *ſub cap.*8.*de Officio Vicarij,q.*6.*in verſ.ad tertiam,an Vicario Epiſcopi,ad ipſum Epiſcopũ queat appellari, & in verſ. ad quintam, an à delegato Epiſcopi prouocetur ad eius Vicarium?*

seu possit prouocari à Metropolitano Salmantino, ad Archiepiscopum Compostellanum? & sub q. 7. *an appellari valeat à sententia interlocutoria Vicarij Generalis ad ipsum Episcopum?* & *an à Vicario ciuitatus, appelletur ad ipsum Episcopum?* Quibus præmissis, breuiter respondetur non appellandum ab eo ad ipsum Capitulum, ex ea ratione, quia & si daretur posse Capitulum ad libitum reassumere cognitionem causarũ, de quibus cognoscit eius Vicarius, vt contingit in Episcopo respectu sui Vicarij Generalis: Tamẽ quia de hoc iam est dictum *sub d. q. 6. de Vicario Generali Episcopi in vers. ad secundã, vsque ad num.* 15. vbi quod denegatur talis appellatio; licet detur à Vicario foraneo ad ipsum Episcopum, vbi de ratione differen-

15 tiæ 1 † Et in proposito ea quidem est; quia cum appellatio debeat interponi de minori ad majorem per illa, quæ longissimè dixi *sub Rub. & tit. de appell.* non inter æquales; & Tribunal; Vicarij Generalis, & sui Episcopi, aut Capituli Sedẽ Vac. constituant idem Tribunal. sequitur dicendum, vt talis appellatio, denegetur, vt in terminis sequuntur Gambara *de authoritate legati de Latere, lib. 9. n.* 55. Scaccia *de appell. q. 8. n.* 60. Barbosa *de Canonicis dict. q. 42. sub num.* 60. *in vers. vtrum autem, verb. & an & de iure Eccles. sub dicta q.* 31. *eodem n. & vers.* & licet à Vicario foraneo aliter admittatur, erit, nempè, quia, vt dixi, *sub dicto vers. ad secundam,* Vicarius, foraneus, nec est à iure constitutus, nec constituit idem Tribunal cum Episcopo, aut Capitulo.

16 Solum poterat esse dubium, numquid, si appellaretur à Vicario foraneo ad Capitulum, teneretur Capitulum, cognoscere; aut remittere causam, vt ab alio discuteretur; & existimo, quod quia Capitulum, per dicta *sub quæst. 8. & 9. iuxta Trid. Concil. cap. 16. sess.* 24. tenetur infra dies octo nominare, & deputare Vicarium, vt teneatur illico remittere causam; appellatam à Vicario suo foraneo, Vicario ipsius Generali, qui re vera habet omnimodam iurisdictionem Episcopalem, ordinariam pro Sede illa Vacante, vel si sit causa ex his, quæ sibi reseruauerit in principio deputationis, Capitulum eam committere per ibi dicta, vt ab aliquo, sine partium dispendio cognoscatur, securiusque esse, vt à proprio Vicario Generali diffiniatur; eo quod potest dici, vt ex quo semel ipse constitutus sit, non sint iam Capituli partes, vt à foraneo Capituli, ad ipsum Capitulum præcisè interponatur appellatio, cum ex tali deputatione abdicauerit à se iurisdictionem, aut intra illos octo dies debere se abdicare iuxta intellectum *dicti Cap. 16. Trid.*

QVÆSTIO XI.

An Vicarius Capituli Sede Vacante, siue illius Visitatores, Fiscales, & cæteri ministri, teneantur stare syndicatui. 8. Vulgo *ala residençia* facienda per ipsummet Capitulum, aut reseruari debeat futuro Episcopo? 2. Et num futurus Episcopus queat, non obstante, quod iam syndicati sunt à proprio Capitulo, qui eos deputauit, iterum illos syndicare? 3. Et an Vicarius Episcopi; eiusvè Visitatores, aut cæteri ministri queant mortuo, aut translato Episcopo syndicati ab ipso Capitulo succedente in Iurisdictione ordinaria pro Sede Vacante? 4. Et an valeat Capitulum Sede plena exposcere à Vicario nominato per Episcopum, & ab eius Visitatoribus, Fiscali, Alguacello, alijsvè ministris fideiussionem de benè segerendo, tenuente, siue consentiente Episcopo eos nominante; ? aut si ipsimet ministri sese tali fideiussioni præstandæ obligantes, resistere illis, ne tale faciant? 5. Et an Capitulum Sede Vacante, queat constituere Vicarios pedaneos, sicut & Episcopus potest constituere? 6. Et iteratis vicibus deuenire ad illos, siue Vicarios Generales? 7. Et an Capitulum queat ponere æconomos ad aliud, quam ad percipiendum fructus Episcopatus?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capituli, eius Visitatores, & alij Officiales, tenentur stare syndicatui assumendo per nouum Episcopum, & si per Capitulum iam syndicati vt* n. 2.

2 *Capitulum syndicare valet suos Officiales, quos nominauit pro Sede Vacante.*

3 *Vicarius*

3 *Vicarius Capitularis tenetur ſtare ſyndicatui, & reddere nouo Epiſcopo rationem.*

4 *Vicarius Epiſcopi, & cæteri Officiales, viſitatores, & Fiſcalis, verius eſt vt nequeant ſyndicari, Epiſcopo mortuo, vel tranſlato à Capitulo Sede Vacante, ſed tantum ab Epiſcopo de nouo venienti, vt diſcutitur largè à* n. 8. *& ſi contra.* n. 5. 6. & 7.

12 *Vicarij, & Officiales Epiſcopi mortui, aut tranſlati nullibi expreſſe cauetur, vt ſyndicari valeant à Capitulo Sede Vacante, ſed tantum à ſucceſſore Epiſcopo.*

13 *Auditoris Nunciaturæ ſententia non eſt impedimento in ſyndicatu impendendo.*

14 *Capitulum Sede Vacante nequit petere à Vicario, Viſitatoribus, & Fiſcali, nominatis per Epiſcopum fideiuſſionem de ſtando ſyndicatui, aut aliorum, vt* à nu. 17. *non obſtantibus legibus Regijs, de quibus, &* nu. 15. & 16. *Vide* n. 21. *& de ratione* n. 23.

15 L. 13. tit. 5. lib. 3. recopil. l. 23. tit. 7. eodem.

16 L. 3. tit. 8. lib. 3. recopil. l. 17. tit. 5. lib. 3. recopil. l. 27. tit. 25. lib. 4. recopil.

18 *Decuriones ciuitatum numquam ſyndicarunt Prætores, & eius Officiales.*

20 *Prætor & ſi ſyndicare nequeat ſuos Officiales, poteſt tamen illos viſitare, & pro delictis punire.*

22 *Vicarij & Officiales Epiſcopi ſi ſyndicari valerent à Capitulo Sede Vacante, numquam iuſtitiam fortè adminiſtrarent timore Capitulorum, &* n. 23.

23 *Officiales apti pro Epiſcopis vix poſſent inueniri, ſi daretur facultas Capitulis eos ſyndicandi, & fideiuſſionem ab illis exigendi in introitu Officiorum.*

24 *Syndicandi ius non perditur ex mora Epiſcopi de nouo venturi.*

25 *Deciſio Rotæ* de Fiſcali Tudenſi ſyndicato *Relata* n. 5. in fine, *expenditur*, & n. 24. vſque ad 31.

31 *Vicarios pedaneos queit Capitulum Sede Vacante conſtituere.*

32 *Capitulum cum cauſa valet iteratis vicibus ad nominandam Vicarios deuenire.*

33 *Oeconomum pro fructibus Epiſcopatus ponit Capitulum Sede Vacante.*

1 AD primam, & ſecundam quæſtionis partem reſpondetur affirmatiuè per verba Trid. *in cap.* 16. *ſeſſ.* 24. [Epiſcopus vero ad eandem Eccleſiam vacantem promotus ex his, quæ ad eum ſpectant ab eiſdem œconomo, Vicario, & aliis quibuſcumque Officialibus, & adminiſtratoribus, qui Sede Vacante, fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in eius locum conſtituti, etiam ſi fuerunt ex eodem Capitulo, rationem exigat Officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis, aut cuiuſcumque eorũ muneris, poſſitque eos punire, qui in eorum Officio, ſeu adminiſtratione deliquerint, etiam ſi prædicti Officiales, redditis rationibus à Capitulo, vel à deputatis ab eodem, abſolutionem, aut liberationem obtinuerint: eidemque Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus; ſi quæ ad Capitulum peruenerint, rationem reddere.] quibus ſanè verbis ad vtrumque requiſitum primi dubij, clarè ſatisfactum videtur.

Igitur non negatur ipſimet Capitulo in Sede Vacante prædictas rationes exigere ab Officialibus iuſtitiæ, & adminiſtrationis, qui per ipſum nominati fuerint; & ſic refert declaratum Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.* 7. *ſub num.* 23. *in fine verſ. vndecima*, ibi: [Item Capitulum Sede Vacante poteſt, facta remotione Vicarij, vel aliorum Officialium illos cogere ad reddendam rationem adminiſtrationis, eoſque pro culpa punire; non tamen impedire futurum Epiſcopum, quando ex hoc decreto ab eiſdem exigat rationem actionum, quas Sede Vacante egerint, & eos punire, etiam ſi à Capitulo fuerint abſoluti.] Ita per Sacr. Congreg. *ad dict. cap.* 16. quæ alios plures caſus decider, vt refert idem Garcia, qui & comprobat ex Concilio Mediolanenſi duodecimo, ibi: [Congregatio cenſuit Epiſcopum in Capitulo exempto, ſi velit rationes exigere ab 2 Officialibus ex gremio Capituli deputatis, Sede Vacante, eorum Officij, & adminiſtrationis non teneri procedere cum adiunctis, ex forma *cap.* 16. *ſeſſion.* 25. niſi velit criminaliter ad eorum punitionem, & correctionem procedere;] vbi, & *n.* 24. dicit applicandam, & videndam eſſe in propoſito declarationem eiuſdem Sanctę Congreg. Toletan. de obſeruandis in examinibus faciendis pro collatione Parochialium Sede Cathedrali Vacante, cuius litteram refert. *p.* 9. *de benefic. cap.* 2. *nu.* 8. Barboſa ſuper *dict. cap.* 16. *num.* 34. 35. *&* 36 † 3 idem *de Canonicis, cap.* 42. *num.* 136. *verſ. denique, & de iure Eccleſ.* 1. *p. cap.* 32. *ſub eodem verſ. & num.* cum Marcello Vulpeio, & Machado, qui dicunt, vt Vicarius Capitularis, teneatur ſtare ſyndicatui, & reddere rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo ſucceſſori, etiam ſi illam reddiſſet Capitulo, & ab eo, vel ab eius deputatis obtinuiſſet abſolutionem, aut liberationem, Solorzanus

de iure Indiar.tom.2.lib.3.cap.13.n.29. Diana *p.8.tract.4.ref.15.* idem Barbosa *in pastorali p.3.alleg.54.n.183.* Armendariz *ad leg.Nauar.lib.1.tit.18.l.9.de Episcopo num.99.* Vgolin.*de Officio Episcopi p.2.§.2.n.2.* Genuensis *in praxi cap. 58.fin.* Prosperus de Augusta. *in addit. ad* Quarant. *verb. Capitulum Sede Vac. num. 14.* Riccius *in praxi fori Eccles.decis.481.in 1. edit.alias 504.in 2. edit.& decis. 291.* Raguc. *de voce Canonic.in Capit.qu.40. n.13.* & alij communiter, iterum Diana *dicta p. 8. tract. 4. res. 70.* vbi cum Marcello Vulpeio *in praxi fori Eccles. cap.44.n.19.* & Riccio omnino legendo *p. 4. decis. 291. per totam.* videnda quæ dixi *sub q. 5. de Officio Vicarij vers.ad tertiam à n.42.98.*

4 Ad tertiam quæstionis partem, an Vicarius Episcopi, eius Visitatores, Fiscalis, ac cæteri ministri suæ euidentiæ, queant mortuo, vel translato Episcopo, visitari, syndicari, ac residentiari à Capitulo Sede Vac.in quo dubio videtur, vt affirmarit Nicolaus Garcia *de benefic. dict.p.5.cap.5.sub num.4. vers. & est pradicta decisio*, quatenus ibi respondet litteris Gregorij 13. Pontificis, directis clero, & communitati Tarentinorum, quibus statuit, & mandat, quod Vicarij, & Officiales, siue generales, siue particulares, etiam foranei per Archiepiscopos Tarentinos deputati, ad syndicatum nullomodo teneantur, aut eidem sint obuoxij, dicendo eam non fuisse declarationem Pontificis, sed constitutionem, & mandatum particulare pro illa, Ecclesia, & Archiepiscopatu, prout colligit ex verb. *sta-*
5 *tuimus, & mandamus*, † Et iure communi attento obnoxios ad reddendam rationem Officij existimarunt Pauinus *de potestate Capit. Sed. Vac.p.2.q.8.* Sbrozio *de Officio Vicarij lib.3.q.2.* & videtur satis comprobari ex eo nempè, quia vt *supra* dictum est *à quæst.1.* Episcopi, & Capituli iurisdictio in Sede Vac. est correlatiua ordinaria in Capitulo, sicut in Episcopo; & sic Azeued. *per l.4.tit.7.lib.3. recopil.* acerrimè defendit vrgentiori ratione, teneri Vicarium Episcopi ad syndicatum, quam cæteri iudices sæculares, cumque omnis administrator rationem reddere teneatur, compelliturque ad id quilibet admiuistrator sæcularis à fortiori, ait vt teneatur compelli Ecclesiasticus cum quasi signũ ad sagittam positus sit, vt inquit textus *in cap. qualiter el 2.de accusat.* nam improbant. *sub nu. 2.* Prælatos non syndicantes Officiales, & si aliquo modo id fiat, quasi in abscondito fieri, & non seruato ordine, & rigore sæcularium Officialium syndicandorum, quos iubent Principes sæculares syndicari, inquit, si hæc cura mandata est per sæculares leges, quanto plus per Ecclesiasticas debet exerceri, cum iudices Ecclesiastici, debeant aliis exemplo esse, & in terminis probat legendus Solorzanus, *de iure Indiar.lib.3.cap.13. num.28.* & *in sua politica Indiana sub eodem num. vers. mas difficultad*, qui & in vers. *de laqual* ait expressè syndicandum forè Fiscalem Episcopi præmortui Liemen. & quod in terminis sic erat decisum apud Nos contra Fiscalem Tudensis Ecclesiæ. 28. Nouemb. 1607. Vbi Rota decidit affirmatiuè. Docet Diana *p. 8.tract.4. res.53.in fine*; eo quod syudicare sit actus iurisdictionis ex Puteo *de iudic.* & ex Rota *decis. 166.* quæ impugnatur *infra sub n.25.* & antè & ex eo quod Capitulum Sede Vac. potest visitare, & Procurationes recipere, & de delictis extra Visitationem contra certas personas inquirere, & quod vnicuique reddatur quod suum est & quia verisimile non est vt pro syndicando Fiscali assignentur à Capitulo iudices qui eum ad eos habuissent quod si alias contingeret, suppeteret Fiscali posse illos recusare.

Tum quid in Concilio Carthaginensi 4. 6
cap.23. dispositum inuenitur, vt Episcopus nullus causam audiret absque præsentia Clericorum suorum, alioquin irrita esset sententia, vt per verba dicti Concilij relata *in cap.Episcopus penult.15.q.7.* ibi: [Episcopus nullus causam audiat absque præsentia suorum Clericorum, alioquin irrita esset sententia Episcopi, nisi Clericorum præsentia confirmetur.] Indéque procedere, vt in grauibus, in quibus procederetur ad sententiam suspensiouis, foret necessarium Capituli iudicium, vt docent DD. per textum *in cap.1.de excessib. Prælator.* id est consensus, vt explicat Felin. *in cap.irrefragabili sub n.3.vers.sed dic quod imo*, eaque de causa, etiam durare, vt in Cathedralibus conseruetur adiunctorum iurisdictio, quam non abstulit Trid. Concil. ab illis Cathedralibus, quæ ea ab antiquo gauderent per illa, quæ latè dixi *in Rub. de Officio Archipresbit.sub q.4. à vers. ad quartam, ex n.98. & n.132. & 133.* Vbi quod iurisdictio ordinaria in simul cum Capitulo ad Episcopum spectabat *ex cap. felix, & cap. fin autem 15.q.7.* ibi: [Solus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum, non suorum Clericorum, sine quorum præsentia erit irrita,] & ex Antonio de Butrito *in dicto cap. irrefragabili de Officio ordinarij, num.20.* ibi, si attenditur ius commune de iure principaliter spectat ad Episcopum potestas

ftas de consensu Capituli, vt etiam dixit Abbas *in dicto cap. 1. de excess. Prælat. n. 2. & in c. 7. eodem nu. 1.* & ad eandem causam dictam Adiutorum iurisdictionem in nonnullis Cathedralibus *ex cap. 6. sess. 25. Trid.* hodie conseruari in causis criminalibus, de qua iurisdictione dixi latè *ex dicto vers. ad quartam.*

7 Iterum non parum facit sententiatum sub die 18. Martij huius anni 1663. ab Illustrissimo Nuncio in fauorem Sedis Vacantis huius nostræ Ecclesiæ Austuricens. qua confirmauit sententiam latam à Prouisoribus Sede Vac. anni 1660. nempe approbando syndicationem, quam fecerunt contra ministros huius Audientiæ Episcopalis; item & contra Doctorem Caro Cabrera Vicarium Generalem in Sede plena D. Episcopi D. fr. Nicolai *de Madrid*, reuocando aliam, quæ in gradu appellationis pronunciauit absolutoriam Metropolitani Sancti Iacobi contra primam dictorum Vicariorum Sedis Vac. non ex alio capite; nisi quia probatum fuit consuetudinem fuisse antiquam in hoc Episcopatu, vt Capitulum in Sede Vacante syndicauerit Vicarium, cæterosque ministros Episcopi præcedentis. Etenim, vt iam, supra diximus, potens est consuetudo, dandi iurisdictionem Capitulo, aut Episcopo per ea, quæ latè etiam dixi *in cap. 8. & cap. 2. qu. 3. de iudic. & in cap. contingit de foro compet.* item & præscriptione, vt dico *infra*, & in terminis videtur defendere Azeued. *in l. 4. tit. 7. lib. 3. recopil.* per verba ibi: *otrosi mandamos que en quanto alos Prouisores, y Iueces Ecclesiasticos que exercen la iurisdicion Ecclesiastica, que se escriua alos Prelados, para que tengan en los dichos, Officios personas, quales conuengan para ello; y que tengan cuydado dese informar, y tomarles quenta de como vsan los cargos y Officios que tiene, y huuieren tenido, y en quanto alos Iueces delos dichos, y personas que por ellos exercen la iurisdicion temporal, mandamos que han residencia.*

8 Nihilominus, vt nequeant Capitulum Sede Vacante, nec eius Vicarij Generales syndicare Vicarium Episcopi præmortui, siue translati, verius esse existimamus primo ex relatis litteris dicti Pontificis Greg. 13. die 2. Maij, 1519. incip. *quoniam Ecclesia* sub annulo Piscatoris, ibi, [Statuimus, & mandamus, quod de cætero Vicarij, & Officiales, siue generales, siue particulares, etiam foranei nuncupati per eundem Archiepiscopum, siue eius pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, siue eius Diæcesi deputati, vel deputandi ad aliquem syndicatum nullomodo teneantur, aut sub quouis respectu sint obnoxij;] per quod Breue, ita docent Marcellus Vulpeius *in praxi fori Eccles. cap. 44. nu. 19.* Barbosa *de Canonic. dict. cap. 42. dict. n. 326. sub dicto vers. denique*, ibi *nihilominus*, idem *de iure Eccles. dict. cap. 32. p. 1. sub dict. n. & vers. & alleg. 54. n. 183.* & nos *in q. 5. de Officio Vicar. q. 8. à nu. 42. & 48.* dicentes hanc esse vniuersalem consuetudinem; & quod licet Pontif. Greg. in dicto breui statuat pro Ecclesia Tarentina: tamen eam legem esse communem, extendendam ad alias Ecclesias, vt probat idem Marcell. Vulpeius, legendus. † Et iterum idem Barbosa 9 *in pastorali p. 3. alleg. 54. n. 183.* vbi improbat Azeuedum, quod non legerit prædictum Greg. 13. Breue, & in terminis, etiam Quaranta *in summa Bull. verbo Capitulum S. de Vac. q. 10. num. 14.* dicens, vt non possit Capitulum syndicare Vicarium defuncti Episcopi, Marcus Auton. Genuens. *in praxi Archiep. cap. 58. n. 16.* Rodericus *in summa cap. 56. num. 16.* Segura *in directorio. p. 1. cap. 13. à n. 7.* alij, quos refert Solorzanus *dicto lib. 4. cap. 13. nu. 26.* dicentes dictam facultatem syndicandi Vicarium præmortui, reseruandam esse successori Episcopo, & iuxta hanc doctrinam intelligendi sunt Michaël Ferro, & alij ab eo relati *p. 1. quæst. moral. cap. 62.* probantes Vicarium Episcopi, teneri ad syndicatum Generalem ex Paris. de Puteo, Riccio, & ex Tridentino, vbi è contra *in dicto cap. 16. sess. 24. de reformat.* probatur, vt *sup. à n. 1.* Vicarium Capituli, teneri syndicatui per Episcopum faciendo, probantes etiam, si vsu, consuetudine, aut constitutione synodali sit decretum, vt Toleti vsu, admissum testatur Ferro qui latè agit, & *à n. 7.* & insuper cum aliis *q. 81.* loquendo *de Visitatore ex constit. 3. synodi Toleti sub tit. de iudicus:* nam cum syndicatus regulariter sit permissus, inde sit quod Visitatores Generales veniant visitandi, referens ibi *n. 4.* vt cum ipse esset Visitator Toletanus, fuit syndicatus pro Officio Vicariatus: tamen quia ibi adducens praxim Toletanam, solum dicet, alios Visitatores minores se præsentari coram Præsule, aut eius Consilio, vt dent rationem suæ Visitationis, apertè demonstrat non loqui de Capitulo Sede Vacante, sed quod syndicatus fit ab Archiepiscopo.

Insuper fulcitur ex sequentibus, quia 10 statuta, siue constitutiones, quæ ratione certorum, & specialium casuum fuerunt decreta, legem Generalem faciunt, dum tamen nitantur in legali ratione, per illa,

quæ

quæ dixi latè *sub cap. ex litteris de constit. & in cap. 1. sub q.7. aliquid cap.10. sub q.3.* at decretum Gregorianum, & si loquatur in casu Ecclesiæ Tarentinæ, formulam adaptat cæteris casibus huius speciei; ergo bene potuerunt Marcell. Vulpejus, Barbosa, & alij firmare tales Vicarios Episcoporum non esse obnoxios syndicatui, nec pro tunc; nec pro tempore futuro, vt significant verba ibi : *sine eius pro tempore successores, &c.* cum ergo ait Barbosa *in dicta alleg.54 dicto n.183.* cum communitas illa Tarentina, & Clerus prætenderent Vicarios Episcopi esse obnoxios syndicatui refert Gregorium, vt condendo legem generalem, ad id nullo modo teneri, aut *syndicatui quovis prætextu sint obnoxij*, vt etiam referunt Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.58. in nouiss. edit.* Homobonus *de bonis, de humana vita statibus cap.7. in fine.*

11 Quod si attente legatur *dict. leg. 4. lib.3. tit. Recopil.* non id præcipit expressè, an valeat in Ecclesiasticos Iudices disponere, de quo sunt videnda, quæ louge scripsi *sub cap.10. de constit. sub tit. de Iudic. & foro comp. sub cap. nouit.13. in 1.p. dicti tit. de Iudic.* & alibi sæpiùs, & *in cap.9. de foro*, vbi quod ad ordinatoria Iudiciorum leges temporales obligant Ecclesiasticos: etenim in illa lege duo dicuntur; in prima inquam parte, vt scribatur ad Prælatos Ecclesiasticos super cura, quam debent habere in assignando Iudices integros, informando se de modo & diligentia, & qualiter procedant in suis officiis officiales ab eis assignati : *tomandoles cuenta de sus officios, y que huuieren tenido.* In qua prima parte nihil cauetur de syndicatu in forma, accipiendo. In secunda autem dum loquitur in versu *y en quanto* de Iudicibus sæcularibus, quos valent, ac debent deputare Episcopi in oppidis, & terris acceptis à Regibus, super quibus valent præcipere Reges, vt *sub dicto cap.10. de constit. dixi sub q.57.* dum egi de illa, *an Episcopi, aliyue Prælati teneantur ex vi legis Regia ire ad declarandum, &c.*

12 Vnde & si iustum nimis sit, quod Vicarij Generales, item foranei, ac cæteri Episcoporum Officiales Iurisdictionis, debeant esse multum idonei, euramque habere; item, & reddere rationem suis Prælatis, nihil, vt dictum est de syndicatu ab eis exigendo præcipitur, & si ad aliquam rationem reddendam teneantur, veldum exercent, seu finito Officio, non inquam, probatur, quod à Capitulo Sede Vac. hoc valeat exequi, sed tantum ab eodem Prælato, vel à successore, distinguendo per illa, quæ infrà dicimus cum Roderico Suarez, Castillo de Bobadilla, & curia Philippica, vbi quod idem Prætor non valet syndicare, nondum finito Officio suum locum tenentem, aut alios Officiales, sed vt possit punire eorum excessus, iuxta quod videntur in terminis nostris respondisse Barbosam *in pastorali, dicta alleg.54. sub n. 184. in vers. quando vero*, & Lothatium *de re benef. lib.1. q.22. à n.100.* qui loquentes de Vicario, dicunt, quod quando deliquit in Officio præiudicando simpliciter partibus, & iustitiæ, cognitio, & punitio pertinent ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à iure; pro vt quilibet alicuius Magistratus coërcendi Officialem suum, appellatione remota *ex l.nulli officialium cod. quor. appell. non recip. registrata* per Gratian. *in cap. ei qui appellat. §. nulli quoque 2. q.6.* hanc doctrinam intelligentes sic, nisi propter notorietatem, & grauitatem criminis, facta sit deuolutio, quasi in tali euentu ad superiorem talis cognitio spectet; non ergo ad Capitulum, etiam in Sede Vac.

Ex quibus non est impedimento sententia, quam tulit Doctissimus Auditor pro hac nostra Ecclesia, reuocando aliam Metropolitani, fundando se in certa consuetudine, in qua iam hæc, erat syndicandi, quod potuit facere ex doctrina Dianæ, (& aliorum suprà, & infrà) putantis *lib.8. tract.4. res.13. vers. sed an possit*, in hoc esse seruandam cuiusque prouinciæ consuetudinem; nec quod dicunt, idem Diana. *dicta p.8. tract. 4. res. 53. vers. notandum*, dicendo ex Puteo suprà posse syndicare, sicut de delictis inquirere, vt etiam dixit Rota *decis.106.* respondens contrariis: nam aliud est inquirere, & syndicare Ministros minores, aliud Vicarium Generalem, de quo speciatim loquuta fuit Bulla Gregorij, qui si syndicaretur à Capitulo, non rectè iustitiam administraret retro inter Canonicos, litigantes, vt dictum est, *& infrà n.24. & 25. etiam dicitur.* 13

Ad quartam quæstionis partem, an soleat Capitulum Sede plena exposcere à Vicario nominato per Episcopum, & ab eius Visitatoribus, Fiscali Alguacello, ac cæteris ministris audientiæ fideiussionem de bene se gerendo, renitente Episcopo, aut consentiente, aut si ad id se se ministri offerant, queat Episcopus illis resistere? In quo dubio videtur affirmatiuè respondendum, quia etiam ad similem fideiussionem 14

nem

nem teneantur Prætores ciuitarũ, & locorũ, vt tenent Regnicolæ per verba *leg. 13. tit. 5. lib. 3. recop.* in verbis ibi: [*mandamos, que quando fueren recevidos los Aſſiſtentes, y corrigidores, en quales quier Ciudades, Villas, y lugares de nueſtros Reynos, dẽtro de treinta dias deſpues de recibidos, ſean obligados, a dar fianças legas, llanas, y abonadas de haçer reſidencia, y de pagar todo lo, en que fueren condenados en la reſidencia, y no dando las dichas fianças, en el dicho termino no ſe les libre coſa alguna de lo que huuieren de hauer, por raçon de ſus Officios &c.*] Vbi in verbis ſequentibus pro-
15 hibet aliquos pro illis fideiubere. † Et ex verbis *leg. 23. tit. 7. eod. lib. 1.* Vbi ponens terminum quinquaginta dierum, per quos finito Officio, debet ſyndicandus Pretor moram in eodem loco facere, & de pæna, ſi ſe abſentaſſent, *in verſ. otro ſi, & in verſ. nos conformandonos* illum terminum reſtringes ad dies triginta, repetens verba dictæ *leg. 13. in verſ. y por maior ſeguridad de los pueblos &c.* & vtrobiq; Azeu. Bobadilla *in curia politica lib. 1. cap. 15. nu. 49. & 50.* Vbi affirmat, quod etiã Prætores compulſi ad acceptanda Officia teneantur ad fideiuſſionem de ſyndicatu *per leg. fin. ff. ad municipal.* vbi Scholaſtici in verbis conſulti: *Imperatores Verus, & Antoninus reſcripſerunt non minus eos, qui compulſi Magiſtratus iunguntur cauere debere, quam qui ſponte Officium agnouerunt*, & *per leg. 2. eodem.*

16 Et ſimili modo videtur etiam caueri reſpectu Prælatorum, & iudicũ Eccleſiaſticorũ *per l. 3. tit. 3. lib. 5. recopil. & l. 17. tit. 5. lib. 3. recop.* in verbis ſequentibus: *Mãdamos que de aqui adelante en las prouiſiones que ſe dierẽ a los Aſſiſtẽſes, corrigidores y ſus lugares, thenientes y otras quales quier a Iuſticia, ſe põgan, que ſo pena de priuacion de los Officios, y perdimiẽto de el ſalario, imbien relacion en cada un año ſi los Prelados, y Iueçes Eccleſiaſticos guardan, lo que por Nos eſta proueido cerca de el llenar de los derechos, ellos y ſus Notarios &c.* & ita *per leg. 27. tit. 25. lib. 4. recop. circa finẽ, & ex c. 41. in curiis, Matriti anni* 1593. idem Bobadilla *lib. 2. politica c. 17. n. 198.* in verbis ſequentibus: *Los Iueçes temporales de los Obiſpos y de otros Prelados y ſus Eſcriuanos, demas que en el llenar, an de guardar los Aranceles, Reales, y lo miſmo han de haçer ſus Vicarios, y Iueçes, y Notarios Eccleſiaſticos, ſegun las leyes de eſtos Reynos, deben an ſi meſmo tener los Officios por tiempo limitado, y ſer reſidenciados, los vnos, y los otros, como los Iueçes, del Rey, o, de ſeñores conforme a las leyes Reales* in *l. 4. tit. 7. lib. 3. recopil.* Didacus Perez *in l. 7. tit. 15. lib. 8. ordin. pag. 319. col. 2.* Queſada *cap. 29. diuerſ. quæſt. ad finem verſ. ſicut autem.*

17 Ex his tamen adhuc non euincitur, poſſe Capitula in Sede Vacante poſt mortẽ, aut tranſlationem Prælati ſyndicare Vicarios Generales, ſiue foraneos Epiſcoporum; itẽ & Fiſcalem, aut Viſitatores, alioſvè Officiales: nam quod ex dictis legibus euincitur, eſt, teneri ad ſyndicatum; ſed à quo hoc ſit exequendum, non præſtant, & quod videtur ſentire idem Caſtillo de Bobadilla *ſub eodem n. lib. & cap.* incuſando negligentiam Prælatorum, eſt quod hæc cura ſpectet ad Prælatos in verbis ſequentibus: *Loqual ſe guarda muy mal por que los derechos, ſe llevan de ſaſoradamente, an ſi por los Iueçes, como por los Notarios y Eſcriuanos y las reſidencias, ſe toman tarde, y muy caſeramente, y ſin el orden, y el rigor que en los lugares del Rey; y en lo uno, y en lo otro tienen los Pralados arta remiſſion, y deſcuido, aunque en el ſynode prouincial, que ſe hiço en ſalamanca, ſe aduertid de ello, de loqual daren à Dios eſtrecha quenta*, & ante indicauit Azeued *in dicta l. 4. tit. 7. lib. 3. recop. n. 2. in fine.*

18 Et ſic praxim, quam inter Prætores videmus obſeruari, eſt, nempè, vt licet in principio admiſſionis obnoxij ſint ad fideiuſſionem de ſyndicatu, quo omiſſo, queant *los Regidores* ad Concilium reſcribere: tamen nunquam eſt viſum, vt per illos, aut populos ſyndicentur Prætores, finito ſuo Officio, ſed per ſucceſſorem in Officio, aut paſſim contingit, & probatur *ex l. 6. tit. 4. p. 3. l. 23. tit. 7. & l. 3. tit. 6. lib. 3. recop. l. 21. & 22. tit. 7. dict. lib. 3. & l. 3. eodem, & l. 14. & in l. 9. tit. 6. lib. 3. recop.* quibus, & cum Caſtillo, & Roderico Suarez repetens, Curia Philip. aliqua ex dictis 4. *parte ſua praxis capite primo, numero ſecundo & tertio*, dicit, vt quamuis ad ſyndicandum non prouideatur iudex, nec detur ad illud Prætori ſucceſſori, nihilominus ipſe queat ſyndicare Prætorem eius anteceſſorem, ac locum tenentes, ac cæteros Officiales ſui prædeceſſoris; item & ſyndicare Decuriones, Procuratores, Aduocatos, Scribas, ac cæteros Miniſtros publicos Vulgo *a los fieles y feſmeros.*

19 Ergo & ſimili modo Capitula in Sede Vacãte, nec corũ Vicarij Generales, nõ poterunt mortuo Epiſcopo, aut tranſlato ſyndicare Vicarios Viſitatores, & Fiſcales Epiſcoporũ, nec alios miniſtros, qui reuera debent ſyndicari; à ſucceſſore Prælato, ex iam dictis, ſeu in exceſſib. multũ notoriis, ſaltim puniri à Prælato, qui eos nominauit per doctrinã eiuſdẽ Caſtillo de Bobadilla *in politica lib. 1. cap. 12. num. 60. 61. ad 63.* negando cum Roderico, Suarez, & multis, quos re-

20 fert in glossa *litt. A.* † *vt* Prætor valeat syndicare suum locum tenentem; permittit vero vt valeat in notoriis, & in casibus rectæ gubernationis procedere contra suos Officiales, & eos punire: *sin que aya colusion obligandoles, a que bueluan, lo mal lleuado, y quando ay peligro en la tardança* procedendo, appellatione remota *per l. nullibi Cod. quori m appell. non recip.* & ex doctrina Baldi, & aliorum, quos citat in glossa *sub litt D. & E.* & curia Philippica *per leg. 9. tit. 6. lib. 3. recop. p. 4. praxis* §. 1. *n.* 3. in verbis sequentibus: *aunque el Iuez puede castigar a sus Thenientes y Officiales en los casos particulares, en que delinquieren en sus Officios, no les puede tomar residencia, aunque para ello, les quite el Officio, y lo publique, y señale termino, y asi sin embargo de que se la tome, estan sujetos y obligados adarla, quando a el, se le tomare, y pueden ser conuenidos en ella, sinque para ello sea deperjuicio, la que el les vbiere tomado.*

21 Ex quibus omnibus ad propositum dubium, dicendum est etiam, quia & si à Prætoribus populi, siue Decuriones fideiussionem de syndicatu exposcere valeant, tamen à Capitulis in Sede Vacante respectu Officialium nominatorum ab Episcopo, aut Prælato, pro Sede plena, non sic de iure peti queit, cum in effectu esset, talem fideiussionem petere ab Episcopo, illos deputante, qui tenebitur de male ab eo gestis rationem superiori Metropolitano, aut Pontificis Nuncio præstare; & quia si ratio, ob quam nequit Prætor suum locum tenentem syndicare, est quia sunt idem Tribunal, & in iurisdictione æquales, vt dicunt *dicto n. 6o.* Bobadilla, & Suarez, ac dixi *sub c. 4. de foro comp. sub q. c* 3. mirum non est, vt Capitula in Sede Vacante, & eorum Vicarij Generales non valeant, nec à Vicariis, Visitatoribus, & Fiscali, Sede plena, mortuo Episcopo, syndicationem exposcere, & minus, vt præstent fideiussionem de syndicatu in introitu Officiorum, cum in effectu, si hoc posset contingere, esset formidare dictos Episcoporum Vicarios, Visitatores, Fiscales, vt non administrarent iustitiam, timendo petitiones singulorum de Capitulo, vel si isti ad fideiussionem possent compelli, non inquam, vt syndicarentur, à Capitulis, vel eorum Vicariis in Sede Vacante per dicta *supra à n.* 1.

22 Deinde, quia per quam ad liberam administrationem iustitiæ peruenirent ijdem Officiales Episcopi, si eo quod extimescerent syndicationem futuram, exigendam esse per Capitula in Sede Vacante, non anderent pro miserabilibus litigatoribus iudicare oppressi intercessionibus eorundẽ Canonicorum, & Præbendatorum de Capitulo, qui crebro molesti sunt in petendo pro illis, quos iuuant, aut interesse, aut muneribus, & tali conatu, quod si ab Episcopo, aut eius Officialibus non assequuntur quod flagitant, odio in illos impetunt, præparando minas ad tempus syndicationis, quæ si per ipsa Capitula, aut Vicarios Sedis Vacantis fieri posset, vtique agnosceretur, velle omnes singulos de Capitulo esse iudices, & partes, quod non debet sustineri per dicta *sub Rub. de iudic. & sub cap. 9. eodem tit.* & ex eodem metro oritur, vt nec exposcere valeant fideiussionem prædictam de syndicatu præstando, si talis syndicatio esset facienda per Capitula, vel eorum ministros aliud admittatur, si fideiussio de syndicatu reseruaretur futuro Episcopo, qui nullam cum ministris sui prædecessoris dependentiam præsumitur habere potuisse.

Iterũ, quia Capitula, quãdo prætendãt pe- 23
tere talẽ fideiussionẽ, vel sunt adhuc iudices durante Sede Vacante, & si in hoc tempore illis permitteretur, vt à Vicario Generali misso pro capienda possessione Episcopatus eũ mandato Episcopi, forte hoc colore retardarẽt illi dare possessionẽ propter difficultatẽ, quã haberet inueniẽdi fideiussores sufficientes, & idoneos sic visos Capitulo, quod esset contra mentẽ Pontificũ, Bullas Episcopatus cuiusq; expediendo, volentiũ sine retardatione exequi, iuxta relata *supra q. 5. 6. & 7.* si autẽ dictã fideiussionẽ exposcerẽt post adeptã possessionẽ Diæcesis, iam tũc Capitula, & Canonici sunt subditi Episcopi, & incidenter sui Vicarij, & ministrorũ ergo inueniẽtur extra tẽpus petẽdi à superiore talẽ fideiussionẽ de syndicatu sibi reddendo, post mortẽ, aut translationẽ proprij Episcopi, & sic eueniret quotidie, quod si prædicta facultas syndicandi, aut petendi fideiussionẽ à Ministris eiusdẽ Episcopi, vix possent inueniri ab Episcopis Officiales, & ministri, qui in singulis suæ curiæ ministeriis inseruirẽt perterriti tanta cõminatione futuræ syndicationis, præuẽta ex relata fideiussione, tã in initio gubernij exposcita à Capitulis, & corũ Canonicis, qui ex subditis fierẽt, etiã in Sede plena, hac via, quasi superiores Episcopis, eorum Vicariis, ac cæteris Officialibus, ac si in effectu, quod admitti posset, est, vt fideiussorem dent Vicarius, & Officiales Episcopi in ordine ad hoc, quod stabunt syndicatui, præstando coram futuro Episcopo, ad quem legitimè pertinet syndicare, vt dictum est.

Et quamuis prædictis obiectionibus oc- 24
currat D. Ioan. Solorzanus *dicto c. 13. de iure Indiar.*

Indiar. & *in politica, eodem cap. verſ. y abicando*, referens; *que no abria con eſte rieſgo, quien quiſieſe ſer Fiſcal por el miedo de hauer de caer en manos del cauildo, conque ningun Fiſcal; ſe atreueria a exercer ſu Officio libremente contra los Capitulares*, & reſpondens ex doctrina *leg. inter ſtipulantem* §. *Sacram. verſ.* & *caſum ff. de verb. obligat.* hoc in alium à lege reparandum, non inquam ab executore legis, præbendo remedium, vt Fiſcalis ſyndicandus, ſe defenderet, recuſando Capitulares inimicos ex doctrina Pariſ. de Puteo, *tract. de ſyndicatu* §. *ſuſpicio. à nu. 4.* tamen quia non eſt.

24 Lex Canonica talem ſyndicationem Capitulo in Sede Vac. præſtans, vt dicat idem Solorzanus, vt de tali facultate dubitauerit quædam gloſſa, illam aſſignans, *in Clem. verbo competit. de elect.* eo quod iudicauerit hunc eſſe iuriſdictionis actum voluntarium in Epiſcopis; eo quod regulariter in tali iuriſdictione, non ſuccedit Capitulum ex dicta Gloſſa & ex Felino, & Doctoribus; *in cap. cum olim de maioritate*, & *obed. ideo optimo iure, per dicta ſup. ſub q.* 1. 2. 3. & 4. Vbi probauimus Capitula in Sede Vac. ſuccedere in iuriſdictione voluntaria, in caſibus expreſſis in iure; ideo etiam optimo iure dicendum eſt hanc facultatem reſeruari futuro Epiſcopo, in quo ſedet omnimoda iuriſdictio neceſſaria, & voluntaria; nec ex dilatione venturi Epiſcopi tale ius ſyndicandi, amittitur, qui poteſt informatus de exceſſibus Officialium ſui prædeceſſoris, illos ad comparendum compellere, ſyndicare, & conſtito, de illis punire; & ſic ſubterfugi hoc modo odia, & inimicitias Capitularium, reſeruando ad Sedem Vacantem iniquam, & doloſam vindictam reſeruatam in animo contra Miniſtros Epiſcopi prædeceſſoris, mortui, aut tranſlati, vt liquet crebro, & contingit in hac alma, vbi Vicarij in Sede Vacante, quando ſyndicauerunt anno 1661. exceſſiuas fecere condemnationes, etiam pecuniarias, quæ reformatæ fuerunt in dicta ſententia confirmatoria Domini Auditoris, perterrendo omnes Officiales huius Curiæ.

25 Nec obſtat dicta dec. Tudenſ. ſupra relata *n. 5. in fine.* quam ad longum refert Farinacius *in poſth. tom. 1. dec.* 166. Damaſcen. idem 2. *p. nouiſſima deciſ. 632. n. 4.* coram Veroſpio, qua cauetur poſſe Capitulum ſyndicare miniſtros, & Officiales Sedis Plenę, mortuo vel tranſlato Epiſcopo, eo quod poteſt inquirere, punire viſitare, Procurationes recipere, & ex eo quia & ſimili modo Iudices, Magiſtratus & alij Officiales quantumuis ſuperiores tenentur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, quia reſpondetur dictam deciſ. loqui tantum de Fiſcali, qui multo minorem perſonam repræſentat. quam Vicarius Generalis, & Foraneus, & vt *ſupra ac infra in hac quæſtione.* repetitur. Conſtat ex principio illius deciſ. Tudenſ. quod prius Sacra Congregatio declarauit Fiſcalem Epiſcopi non poſſe ſyndicari à Capitulo Sede Vacante, & rectè quidem, quia vt probatum eſt, & liquet ex dicendis perperam & negligens ſe gereret quilibet Fiſcalis timore incuſſus, vt pòſt, mortuo proprio Epiſcopo ſyndicari poſſet à Capitularibus, qui reſpectu iuriſdictionis in Sede Plena erant ſibi inferiores, cum aduerſus eos & eorum familiares ac dependentes procedere poſſet quod omitteret perterritus quibuſvis minis eorũdem Capitularium & eorum ſeruitorũ.

Nec negatur quod refertur de ratione præſtanda à Magiſtratibus quia talis ratio ſiue ſyndicatio, vt dictum eſt, non ſumitur ab Electoribus ciuitatum, ſed à Magiſtratu vel à Prætore ſucceſſore futuro: & ſic iuxta Trid. *in dict. q. 16. ſeſſione* 24. Epiſcopus ſucceſſor qui poteſt ſyndicare Vicarios & Miniſtros nominatos à Capitulo Sede Vacante, etiam ſi iam ſyndicati eſſent & abſoluti ab eodem Capitulo, ita ſolus Epiſcopus ſucceſſor eſt; qui poteſt ſyndicare & punire exceſſus Vicariorum, Viſitatorum Generalium & aliorum Officialium præmortui vel tranſlati Epiſcopi. 26

Nec obſtat dicere, quod in ſynodalibus Epiſcopatus Auſturic. & in Concilio Compoſtellan. cauetur talem ſyndicationẽ poſſe fieri à Capitulo Sede Vacante, & quod Capitulum Segouienſ. Cathedralis ita in practica obſeruat. Nam reſpondetur ad primũ in dicto Epiſcopatu Auſturicen. nullam eſſe conſtitutionem ſynodalem, qua cautum ſit poſſe idem Capitulum ſyndicare Vicarium Generalem & alios Officiales ſuperiores Epiſcopi præmortui, nec conſuetudinem immemorialẽ probari in tali Epiſcopatu; ſiquidẽ à ſyndicatione quæ refertur de anno 1615. vſque ad præſentem litem ſolum inueniuntur decurſi anni 45. ex quo tranſcurſu nulla inducitur immemorialis, eſto quod talis ſyndicatio pedes firmaret. Nec relatum Concilium Compoſtellanum in quo de tali ſyndicatione à Capitulo ſumenda contra Vicarium, Miniſtros & Officiales Epiſcopi præmortui non eſt verbum, nec datatur vſus talis in illo Archiepiſcopatu, nec in quindecim Epiſ- 27

copatibus qui assignantur suffraganei illius Metropolis. Nec dictum de Capit. Segouiens. quia ibi assuetum potius de facto quam de iure contigit, eo quod si se resisterunt Vicarij Generales & alij Officiales numquam pro Capitulo obtentum esset, saltem contra ipsos Vicarios Generales & foraneos, si allegaretur dicta decisio Gregoriana.

28 Quare non obstat illud generale fundamentum nempè Capitulum succedere in illa omnimoda iurisdictione quam exercebat Episcopus quia præter quam quod hoc problema non sit absolute verum & supra dicta quæstione 1. & 2. vt in hoc integro tractatu, in quo assignantur quam plures casus de quibus nequit cognoscere Capitulum Sede Vacante & reseruantur futuro Episcopo aut Episcopo viciniori durante Sede Vacante & hoc non solum respectu iurisdictionis voluntariæ iuxta opinionem quam non negamus Capitulis *sub dict. quæstione prima & secunda*, (etiam si aliam communiorem ibi relatam possemus sequi) sed etiam in iurisdictione contentiosa & necessaria; Cum iste actus syndicandi respectu Capituli in Vicarios & Officiales Episcopi præmortui non sit præcisè necessarius, nec iurisdictionis contentiosæ de quo in iure nihil cautum reperitur, nec in Trident. *in dicto capite* 16. *sess.* 24. vbi tantum de Episcopo successore deciditur vt possit syndicare Vicarios Generales, & cæteros Fiscales Capituli Sede Vacante, sequitur vt si idem competeret Capitulo contra Vicarium Generalem pedaneum, & cæteros Officiales Episcopi præmortui vel translati, illud decideret ac declararet: Non enim pari passu Capitula exæquantur Episcopis; distant ergo, quia Episcopi sunt caput, illa inquam eorum membra, quæ semper sunt inferiora; igitur quemadmodum Capitula non possunt syndicare Episcopos translatos de actibus iurisdictionalibus per illos gestis, nec super malâ assignatione Officialium, ita nec poterunt Capitula syndicare prædictos Officiales & Vicarios Episcoporum eo quod isti constituerint idem Tribunal cum suis Episcopis ex vulgata iuris regula, fuerintque superiores ipsis Capitulis ac eorum præbendatis.

29 Quibus non obstant cætera fundamenta relatæ decisionis Tudens. nempè quod punire excessus, & quod vnicuique reddatur quod suum est. Non videtur voluntariè sed necessariè, tam ex parte agentis qui hoc facit ex necessitate iuris, Felinus *in Ep. cum olim. vers. credere de maioritatibus*, vbi necessario in proposito vocat, illud quod de iure debetur petentis: quam, ex parte patientis, quia Correctio & Iudicium redditur in inuitum *l. inter stipul. §. sacram. ff. de verb. oblig.* & illud nempè vt Sedes Vacans non sit, de contingibilibus, & quod Capitulum non deputaret iudices syndicantes sibi suspectos, nam si tales assignaret, remaneret Fiscali remedium illos recusandi.

Quia respondetur ad primum ex dictis, 30
syndicandi ius non esse de actibus præcisè necessariis, nec ex parte iudicum quos Capitulum syndicaturum est, nec ex parte aliquorum qui ratione grauaminis sibi incussi eam syndicationem exposcant, vt de se patet, cum nulla sese offerre necessitas possit, vt non suspendatur vsque ad aduentum Episcopi successoris, & sic vt quid omissum, nihil in iure de tali actu syndicandi dispositum est præter quam in dicto Trident. Concilio modo iam relato. Et ob id non obstat secundum, nempè quod Sedes Vacans non sit de contingibilibus cui obiectioni satis fit ex relatis: nec obstat vltimum de remedio recusationis quo potuit se tueri Fiscalis; cum hoc remedium esset ei veneno plenum, pluribus ambagibus subiectum, & semper pullularet in quolibet Fiscali metus & negligentia in administranda iustitia & adimplendo proprio suo Officio, vt iam dictum est, vndè euenit quod cum ratio non syndicandi Vicarios & Officiales Episcoporum sit perpetua ex iam adductis, euenit & quemadmodum nulla consuetudine possunt prohiberi censuræ Ecclesiasticæ, nec effici vt distributiones quotidianæ absentibus Canonicis & Beneficiatis præsententur, sic nec in hoc casu consuetudine vlla etiam immemoriali valeat introduci, vt Capitula Sede Vacante syndicare possent ministros & Officiales Episcoporũ, cum hoc esset syndicare ipsos Episcopos, vel ipsos Ministros qui erant superiores Capitulorum vt dictum est, quæ doctrina fulcitur ex his quæ à nobis dicta sunt *in cap. ex litteris, & cap. cum inter de consuetudine & sub cap. finali ibi, & cap. ex parte de constitutionib.* quatenus probatum est legem nitentem in ratione perpetua nulla contraria consuetudine etiam immemoriali posse aboleri.

Quod fulcitur ex eo nam ab aduentu 31
Christi & à tempore quo Episcopatus & Ecclesiæ Cathedrales fuerunt creatæ, nulli-

bi

bi reperitur actum syndicandi Ministros Episcopi exercitum fuisse à Capitulis in Sede Vacante & sic cum respectu Ecclesiæ Tarentinæ anno 1575. excitaretur dubium super syndicando Vicario Generali & foraneo, fuit negatiue responsum à Gregorio XIII. *vbi suprà*. Cuius constitutio ex dictis declarat generaliter ad omnes Cathedrales instar cuiuscumque Decretalis à Gregorio IX. compilatas & ab aliis Pontificibus, quæ & si super casibus specialibus disponentes legem vniuersalem præstant ad omnes alias regiones & casus; & cum sit ita certum sic decreuisse dictum Gregorium XIII. vt affirmant Barbosa, Garcia, & alij iam relati non est quare negari posset tali responsum, nec admitti debet vt tantum intelligatur pro illa Ecclesia Tarentina, aut in Ecclesiis Cathedralibus aliorum regnorum & non extendi ad Cathedrales Castellæ & Legionen. Quibus satis & abundè satisfactum est oppositioni aduersæ præcipuè lecta glossa *Clementina de elect. verb. competit*, vbi habetur hunc syndicandi actum esse potius voluntarium, &c.

32 Ad quintam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante, queat constituere Vicarios pedaneos? Suppositis quæ dicta sunt hic, *à q.8. & 9.* respondetur affirmatiuè, etiam per longè dicta *sub q.4.* nempè quia mortuo, vel translato Episcopo, succedit Capitulum in Sede Vacante, in deputatione Officialium, & ministrorum, pro Iurisdictione exercenda Diœcesis, & per consequens poterit deputare Vicarios pedaneos, sicut facit quilibet Episcopus, & in terminis docent Pauin. *de Officio, & potest. Cap. Sed. Vac. p.2. q. 10.* Molina, *de Iust. tract. 5. disp. 11. n.1. vers. Pauinus*, Barbosa *de Canonicis dicto cap. 42. n. 30. in fine*, idem *de iure Eccles. p.1. dicto cap. 32. sub eodem n.* de quibus Vicariis pedaneis & de eorum iudicatura dixi *sub dicto cap. 5. de Officio Vicarij à q.6.*

33 Ad sextam quæstionis partem, an Capitulũ Sede Vac. queat iteratis vicibus deuenire ad deputandos Vicarios? Et videtur affirmatiuè respõdendum, sed iuxta distinctiones, de quibus supra dictum est *sub q.8.* & sic in terminis, breuiter distinguendo respondet Barbosa *de Canonic. dict. cap. 42. n. 30. in princip. & de iure Eccles. dict. cap. 32. eodem num.* dicens, quod & si Capitulum Sede Vacante ad Vicarij Capitularis electionem, iteratis vicibus potest, deuenire possit, absque causa tamen non valeat, vt declarauit Sacra Congreg. Cardinal. negotiis Episcop. & Regal. Præposit. in Massan. 6. Martij 1618.

Ad vltimam breuiter respondi cum Feliciano de Vega, *in cap. 4. §. de adulteriis q. 20. n. 3. de iudiciis*, iuxta Trid. *in dicto cap. 16. sess. 24.* quo dicitur Capitulum ponere œconomum debere Vacante Sede hoc facere posse constituendo, aut deputando, vnum, vel plures œconomos ad fructus tantum percipiendos, non ad plus, quod probat Felicianus *in cap. 7. de foro compet. n. 10.* explicans *dict. cap. 16.* Trid. legendus, vbi dicit, vt res ipsæ conseruentur, siue iura Ecclesiæ pro eo tempore in eo statu, quo fuerint, & non vt lites de nouo suscitentur, vel iam inceptæ continuentur, dum sedes ipsa non habuerit Prælatum, & Pastorem, sequitur Barbosa *super dict. cap. 16. sub n. 1. vers. œconomum*; & ratio potest esse, quam posui *infra sub q. 16.* ne iura Episcopalia minuantur in Sede Vacante: *infrà sub q. 18.* Vide *q. 25. ad vltimam*. 34

QVÆSTIO XII.

An Assisij vulgo *los Racioneros*, censeantur esse de Capitulo, ad effectum, vt adueniente Sede Vacante vna cum Canonicis valeant deputare Vicarios, cæterosvè curiæ Ministros? 2. Et an Capitulum, queat eligere Visitatores ad visitãdam Diœcesim? 3. Et an absque Vicario? 4. Et an Vicarius à Capitulo electus, queat etiam fungi visitatoris officio? 5. Et an Vicarius à Capitulo electus in vim Trid. *sess. 24. cap. 16.* queat in Canonicos procedere sine adiunctis? 6. Et an speciali Visitatore dato à Papa, pro aliqua Diœcesi deputato, possit Generalis Episcopi, vel Capituli, Sede Vacante, visitare.

SVMMARIVM.

1 *Portionarij, etsi videantur non esse de Capitulo, ad effectum, vt Sede Vac. ipsi*

ipsi soli valeant decernere: tamen dices, vt n.2.

2 *Portionarij, qui vocem habent in Capitulo, dicuntur de Capitulo, vt in Sede Vacante, valeant Vicarios, & Ministros nominare vna cum Canonicis pro administratione iustitiæ.*

3 *Portionarij habentes mensam separatam à Canonicis non dicuntur Capitulares, & sunt abiecti, vt in Ecclesia Toletana, & Conchen.* n.4.

5 *Capitulum Sede Vac. valet eligere Visitatores, & administratores Generales Episcopatus ad corrigendum, & decernendum mandata,* & n. 6. *etsi* à n.8. ad 12. *videatur suaderi contrarium.*

6 *Capitulum Sede Vac. in puniendis excessibus, & criminibus, idem potest, ac Episcopus.*

7 *Metropolitanus, quando possit mittere Visitatorem Ecclesiæ Vacanti.*

8 Cap. fin. de supplenda neglig. Prælat. lib. 6. Cap. is cui, 42. de elect. lib. 6. Cap. obitum, 61. dist. Cap. fin. eadem dist. Cap. charitatem, 12. q.2. n.9. 10. & 11.

11 *Visitatori Capitulari in Sede Vacante debetur iusta sustentatio à Parochis, etiam quando procurationes reseruantur futuro Episcopo.*

13 *Visitatorem Capitulum Sede Vac. solet nominare, intra octo dies, intra quot Vicarium ex Trid. & si non sit æquè necessarium.*

14 *Vicarius Capituli non eo ipso valet visitare Diœcesim sicut, nec Vicarius Episcopi.*

15 *Vicarius à Capitulo Sede Vacante nominatus, tenetur cum adiunctis procedere contra Capitulares delinquentes in Cathedralibus, vbi exemptio adiunctorum practicatur.*

16 *Visitator deputatus à Papa pro aliqua Diœcesi, quando impediat, vt Visitator Generalis Episcopi, aut Capituli nequeat visitare.* n.17.

1 AD primam quæstionis partem, suppositis quæ latè scripsi, de Assisiis vulgo beneficiati *Racioneros* in Cathedralibus, *in Rub. de Arch. præsbyt. sub q.3. vers. ad secundam à n.27.* vbi de differentia portionariorum, iam nunc breuiter respondeo ex delaratione Sacræ Congreg. quam affert Nicolaüs Garcia *de benefic. p.5. cap.7. n.23. super Trid. cap. 16. sess. 24.* in Verbis sequentib. *Capitulum Sede Vacante, portionary, quia non sunt de Capitulo, non comprehenduntur in huiusmodi Capitulo, nec clerus potest se adhæc ingerere cum cap.2.* ibi incumbit, &c. *Et onus probandi incumbit Capitulo quod ex institutione ad hoc munus non pertineat, alias pro Episcopo præsumitur; & ita in vna Barcelon. declarauit Congreg. Eminentiss. Cardinal. Congregationis Sancti Concily. 4. Nouemb.* 1596. & clarius ibi: secunda. *Cum Portionary Ecclesiæ Abulens. præenderent ad se, vna cum Canonicis pertinere administrationem bonorum mensæ Episcopalis, Sede Vacante, & electionem iudicum, cum quibus Episcopus aduersus Capitulares procedere tenetur; eo quod ex consuetudine Ecclesiæ, quoad ea, quæ tangunt administrationem bonorum Ecclesiæ, & mensæ Capitularis, pro Capitularibus habentur. Congregatio censuit, in neutro casu debere se ingerere.*

Sed quia vbi *suprà in dicta Rub. sub dicta q.3. sub dict. vers. ad secundam à n.23.* dictum est Portionarios, qui vocem habent in Capitulo, dici Capitulares, alias inquam valeat Episcopus procedere contra eos sine adiunctis, vt ibi dixi, existimamus in hoc casu, quia non agitur de electione Canonica, sed tantum de deputatione Vicariorum, & Ministrorum pro Sede Vacante, non esse incapaces intrandi in Aulam Capitularem ad tales nominationes vna cum Canonicis faciendas; imo nec quod ex portionariis eligantur Vicarij Generales, & Visitatores, si habeant qualitates *dicti cap. 16. Trid.* agnoscimus inquam inter nos Hispanos esse plures Cathedralibus, in quibus Portionarij integri, ac dimidij sunt de mensa Capitulari, quoad administrationem, & votum, sicut, & Canonici, vt in Ecclesia Vallisoletana, Salmantina, Corduben. & Hispalen. vt credimus, & in istis esse capaces pro Capitulo Sede Vacante, & si ab electionibus Canonicis repellantur, iuxta quæ dixi *in cap. quia propter, de elect.* † In aliis verò Cathedralibus, vbi separatam mensam habent, solent non iudicari de Capitulo ad nominationes pro Sede Vac. † Vt credo etiam contingere in Ecclesiis Toletana, & Conchens. in quibus dicti Assisij Portionarij viuunt multi abiecti à solatio Canonicorum, & Dignitatum, vt vtrobique expertus sum; & sic iuxta hoc vltimum, accipiendos esse Assisios respectu gubernij pro Sede Vacante. 2 3 4

Ad secundam quæstionis partem; an Capitulum Sede Vacante, queat eligere Visitatores ad visitandam Diœcesim? In hoc dubio, etsi Barbosa distinguat, *in pastoral. p.3. alleg.133. sub n.9.* ponendo duas quæstiones, 5

quæstiones, an Capitulum Sede Vacante, possit deputare Visitatorem, idest Administratorem Generalem Episcopatus in spiritualibus, & temporalibus? Vel an possit deputare Visitatorem particularem pro expediendo scilicet munere Visitationis, ad hanc solum particularem finem, vt in ea agatur de morum correctione, & pro vtroque dubio affirmet. *à n.* 14. respondens *à n.* 10. *& à n.*11. Iuribus, & fundamentis contrariis, quæ retulit ibi: *n.*1.2. *&* 3. & de hoc secundo dubio iam in praxi nullibi dubitatur, cum generaliter Capitula in Sede Vacante pro Visitatione morum, eligant Visitatores, qui Diœcesim perambulent, vt corrigant, & mandata decernant pro relata correctione: de prima parte docent Glossa, *in clem.*1. *verb. Capituli post medium de heret.* §.1. & post Archidiaconum, & Abbat. *in cap. cum olim de maioritate*, *& Obed. n.*2. Marian. Socin. *de Visitatione q.*11. *sub n.*4. Pauin. *de potest. Cap. Sed. Vac. p.*1. *princip. q.*7. *sub n.*1.2. *&* 3. Rebuffus *in praxi benef. p.*3. *tit. de deuolut. n.* 65. Syluester *in summa verb. Capitulum n.*3. Molina *de iust. tom.*6. *tract.*5. *disp.* 11. *sub n.*7. Cardinalis Tuschus *tom.* 1. *litt. C.conclus.*56. *n.*12. De secunda idem etiam DD. quidquid oppositum minus bene tenuerint Monach. *in cap. vltimo de suppl.neglig. Prælat.lib.*6. & alij infrà referendi: ita Barbosa *sub dicto n.*14. qui & *à n.*6. tradit fundamenta Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.*13. *n.*12. *& in curia Indiana, statim post princ. dict. cap.* 13. Marescoto *lib.*2. *var. resolut. cap.*15. *n.*14. Baunio *in Theologia Morali tom.*1. *tract.*8. *q.*21. Pater Molina, *dicta disp.*11.*n.*7. Diana *p.*8. *tract.* 8. *res.*13. Rodrig. *in summa tom.*1. *cap.*171. *n.*4. cum Cardinali Zabarella, Federico de Senis, Franco, & Philippo Probo.

6 Et sic notarunt etiam Solorzano *sup. n.*19. *Diana vers. sed notandum*, Bonif. de Vitalin. *in dicta clem.* 1. *n.*177. Marescoto *dicto n.*17. constituentes regulam generalem, cum D. Federico de Sen. *cons.* 16. *n.*1. *in fine*, in puniendis excessibus, & criminibus, & reformandis moribus, Capitulum Sede Vac. idem posse, quod Episcopus, & quod Diœcesim possit Visitare, sicut Episcopus, vt dixit Molina *suprà*: nam cum id ad Iurisdictionem Episcopalem spectet, sanè competat Capitulo Sede Vacante, non solum quoad crimina particularia, de quibus sit infamia; eo quod tunc Visitatio sit necessaria (vt in hoc casu etiam tenent DD. contrariæ sententiæ) sed etiam generaliter, quia id est executio Iurisdictionis Episcopalis, non solum vtilis Ecclesiis, ac Diœcesi, quod sufficeret, sed etiam necessaria incumbens ex officio habenti curam Episcopatus, iuxta *cap. inter cætera de Officio Ordin.* vt etiam consentit Pontifex *in cap. Ecclesia de supplenda neglig. Prælat. lib.*6. † Vbi statuitur Metropolitanum posse mittere Visitatorem Ecclesiæ Vacanti, si Capitulum negligens sit in exequenda Iurisdictione Episcopali ad se deuoluta. Etenim, vt ait Barbosa *dicta allegat.*133. *sub n.*6. *&* 7. Capitulum Sede Vac. succedit in Iurisdictione ordinaria ad Episcopum pertinente, tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia necessaria, si specialiter Capitulo non sint prohibita, dicens munus hoc visitandi per se, vel alium pertinere ad Iurisdictionem ordinariam, cuius executio necessaria est in ordine ad morum correctionem, & vitam subditorum spritualem reparandam, sic totum probans ex Cap. conquerente de Officio Ordinarij cum aliis iuncto textu *in cap.*1. §. *sane de censibus lib.* 6. & ex Concilio Trid. *cap.* 3. *sess.*24. *vers. Visitationem.* 7

8 Nec huic in praxi communissimæ doctrinæ obstant textus *in dicto cap. fin. de suppl. negligentia Prælator. lib.*6. *& in cap. is cui* 47. *de elect. eodem lib. cap. obitum*, *& cap.fin.*61. *dist. cap. Charitatem* 12. *q.*2. quibus probant Monach. *in dicto cap. fin. n.*5. *&* 6. Imola *in cap.*1. *sub n.*15. *col.*2. *in fine*, *&* 3. *post medium*, *ne Sede Vac.* Fuscus *de Visitat. lib.*1. *cap.*2. *sub n.*10. Boërius *decis.*2. *n.*29. solum summum Pontificem posse deputare Visitatorem, nec id permissum esse Capitulo; imo nec Archiepiscopo; tum quia huiusmodi Visitatio non videtur adeo necessaria, quin possit commoda deferri in tempus Episcopi futuri successoris, vt credit Monachus *dicto n.*6. deinde, quia, si foret facultas, visitandi Diœcesim, Capitulo, posset inquam recipere procurationes, *ex dicto cap. conquerente*, *& in cap. accedentes*, *& in cap. cum in Officiis de præscript.* sed istæ procurationes, vt quia sunt fructus Episcopatus iuxta *dict. cap. conquerente*; videntur reseruari futuro Episcopo, successori, ex regula textus *in cap. cum vos in fine de Officio Ordinarij*. *& in cap. præsenti eodem tit.lib.*6. cum similibus.

9 Quia respondetur ad textum *in dicto cap. fin. de suppl. neglig. Prælat.* non negari in eius decis. facultatem Capitulo deputandi Visitatorem; id est administratorem Generalem Episcopatus, & quod solum ibi dicitur, est, non posse Archiepiscopo, nisi

Capitulo negligente deputare Visitatorem, sed Papam, sine tali causa posse, quando Capitulum ea potestate vti noluerit; vel nisi ex plenitudine potestatis aliter Pontifex velit: latè Barbosa *dicta alleg.* 133. *n.* 10. qui & *n.* 11. 12. & 13. *dict. cap. is cui*, suppositum non negare, sed intendere aliud longè diuersum, vt nequeat scilicet deputare Visitatorem respectu exemptorum, de quo q. 13. *seq. & dict. cap. obitum, & dict. cap. fin.* 61. *dist.* intelligit à Pontifice factum, quia Capitulum distulerat deputare Visitatorem, aut ex plenitudine potestatis potest, inquam, id facere, quandoque ex cura vniuersali, quæ ei incumbit, qui & valet præuenire ipsum Capitulum, *ex dicto cap. fin. de*
10 *suppl. neglig. Prælat. & ex c. fin.* 61. *dist.* † Et ad textum *in dicto cap. charitatem* 12. *q.* 2. respondet. *nu.* 16. quod vel summus Pontifex ibi se iniecit deputationi Visitatoris animarum ex plenitudine potestatis, & ex cura Ecclesiarum, quam habet *ex cap. grandi de suppl. neglig. Prælat. lib.* 6. quem textum adducit *sub n.* 12. vel quod in eo textu non constat à quonam deputati fuerint Visitatores huiusmodi, de quibus ibidem agitur *in vers. Visitatores*, & quod nec textus ibi hoc decidit, sed solùm addit de iusto subsidio illis adhibendo pro labore visitandi Parochias, ac proindè in deputatione de illis facta in casu dicti textus, ait supponendos fore terminos habiles iuris communis secundum quos ipsummet Capitulum poterat eos deputare.

11 Vndè ad fundamentum aliud contrariæ sententiæ de Procurationibus visitationis reseruando futuro Episcopo, tanquam fructus Episcopatus, respondet Barbosa *dicta alleg.* 133. *n.* 17. cum Molina *de iustitia tomo* 1. *disp.* 147. *col.* 2. *in fine, & col.* 3. & Nicolao Garcia *de beneficiis p.* 1. *tom.* 1. *cap.* 2. *n.* 89. *cum sequent.* quod non ob id negatur dicto Visitatori per Capitulum deputato, vt exhibeatur ex illis obuentionibus iusta sustentatio, ac ex illis deducatur ea, tanquam necessaria impensa vt potè redundans in vtilitatem Ecclesiæ, & Episcopatus, pro vt quoad omnes similes impensas, & onera necessaria generale est in omnib. fructibus Episcopatus Sede Vac. perceptis, iuxta textum *in dicto cap. præsenti, vers. porro, & in cap.*
12 *cum eos, in fine de Officio ordin.* † Qui & *n.* 18. respondet ad aliud, vt non sit inconueniens, quod deferatur deputatio Visitatoris, respondet, vt si hoc, permitteretur, posset contingere, quod alter Episcopatus maneret sine debita morum correctione, ac deinde oues eo pabulo, & antidoto spirituali destituerentur, vt post Archidiaconum considerauit Pauin. *de Capit. Sed. Vac. d. q.* 7. 1. *p. princip. sub n.* 1. *& ad dict. c.* 3. *Trid. dict. sess.* 24. respondet non loqui de Visitatoribus à Capitulo deputandis, Episcopali Sede Vac. (de quo puncto loquimur) sed agere solum de eis ab eodem constituendis in vita ipsius Episcopi, & vbi ex aliqua speciali ratione, aut priuilegio, munus hoc visitandi competit Capitulo, tunc ait solum, & non in nostris terminis Concilium requirere approbationem Episcopi, viui in constitutione huiusmodi Visitatorum, à Capitulo facienda, vt patet ex tenore eiusdem Concilij.

Ad aliud dubium, an dicta Visitatoris 13
deputatio, queat fieri à Capitulo, Sede Vacante absque Vicario, vel quando deputat illum; & attendendo ad declarationem Sacr. Congreg. quam refert Garcia, *de benefic.* 7. *p.* 5. *sub n.* 23. *in vers. septima*, videtur, vt non aliter queat fieri, dum in verbis sequentibus Sacra Congreg. respondit, ibi [Capitulum, non potest eligere Visitatorem ad visitandam Diœcesim absque Vicario.] Et licet Trid. *in dicto cap.* 16. *sess.* 24. solum loquatur de Vicario Episcopi, eligendo, & deputando, à Capitulo intra octo dies, cumque loquatur de œconomo, & aliis Officialibus terminum illum non assignat, imo nec videtur necessarium, cum visitare Diœcesim, non ita præcisum sit, quin debeat de vltima Visitatione interponi tempus annale, vt referunt decisum Alden. *in Compend. Canonic. resolut. lib.* 2. *tit.* 16. *n.* 5. *in vna Pampilonen.* 13. *februarij* 1620. *& in alia* 10. *Decemb. eiusdem anni*, & cum eo Barbosa, *in dicto cap.* 3. *Trid. nu.* 5. Tamen videmus praxim ordinariam Capitulorum in Sede Vacante infra illos octo dies, non solum congregari ad deputandum Vicarium Generalem, verùm & Visitatores, ac cæteros Officiales curiæ, respectu quorum præter deputationem Vicarij credo rigorem Concilij dum loquitur de Vicario eligendo intra dies octo, aliàs deputatio ad Metropolitanum, non fore practicandum in deputatione Visitatorum, ac aliorum Officialium, & Ministrorum.

Ad tertiam quæstionis partem, an Vica- 14
rius electus à Capitulo queat fungi etiam Visitatoris Officio? Et sumendo argumentum de Vicario Episcopi; & sicut Episcopus, si casus reseruat cognoscendos, de quo dixi latissimè *sub dicto cap.* 5. *de Officio Vicarij à quæst.* 6. *ad* 8. & dictum sit supra hic, *à quæst.* 8. Capitulum in creatione Vicarij pro Sede Vacante posse sibi reseruare ca-

sus;

ſus;& hæc poteſtas Viſitandi conceſſa non cenſeatur Vicario Generali Epiſcopi ex communi ſibi data ab Epiſcopo commiſſione, niſi hoc Viſitandi munus ei concedatur, vt docent Rebuffus *in praxi beneſ.tit. de forma Vicariatus, n.* 100. *&* 101. Sbrozio *de Vicario Epiſcopi, lib.* 2.*q.* 102. *nu.* 2. Paulus Thuſcus *de Viſitat.lib.*1, *cap.ſecundo, num.* 18. Azor.*inſtit.moral.p.*2.*lib.*3.*cap.*45.*q.*4. Vgolino *de poteſtate Epiſcopi, cap.* 4.§.7.*verſ. tertio nec Viſitare*, Narbona *de appell. Vicar.ad Epiſcop.p.*1.*nu.* 224. Barboſa *in Trid.ſeſſ.* 24. *cap.*3.*de reform. num.* 3. idem *in paſtorali alleg.*73.*p.*3.*nu.* 28. ergo in Vicario Capituli, idem intelligendum forè exiſtimatur, & in vtroque manet ea difficilis peruagatio ſuæ Diœceſis, cum debeant ſtare ad exercendum Vicariatus Officium intra oppidum ſuæ curiæ, quod & praxis obſeruat, reſpectu Vicariorum generalium tam ſede plena, quam ea Vacante, & ſi fateamur nonnullos Vicarios pedaneos etiam peruagari exercendo Viſitationis munere, vt Vicarius vltimus *del Campo*, Vicarius Sancti Æmiliani in Diœceſi obtenſi, & alij paſſim.

15 Ad quartam quæſtionis partem, an Vicarius à Capitulo electus, queat in vim Trid. *dict.ſeſſ.*24.*cap.* 16. procedere contra Canonicos, ſine adiunctis? Et repetita hic integra adiunctorum materia, de qua dixi latiſſimè *in Rub. de Offic. Archipreſb.qu.*4. *ex verſ.ad quartam, à num.*90. Et cum dubitaretur de hoc puncto iuxta Trid. *in cap.* 6. *ſeſſ.*25. Sancta Congreg. Trid. vt refert Nicolaus Garcia *de beneſ.p.* 5. *cap.*7. *ſub num.* 23. *in verſ. octaua*, diſtinxit in verbis ſequentib. ibi: [dubitatum fuit, an Vicarius in vim iſtius decreti à Capitulo conſtitutus, teneatur procedere cum adiunctis, vel ſine, & fuit reſolutum, quod ſi Epiſcopus, dum viuebat, habebat authoritatem procedendi ſine adiunctis, quod ita poterit Vicarius, ſi minus poterat Epiſcopus ſine adiunctis, ita nec poſſit Vicarius,] quæ deciſio deſumitur à natura iuriſdictionis adiunctorum reſpectu Eccleſiarum Cathedralium quæ illa gaudebant ante Trid. Decreti diſpoſitionem de quo latiſſimè actum eſt ſub *dicta quæſtione* 4. *à numero* 90.

16 Ad vltimam quæſtionis partem, an in ſpeciali Viſitatore, dato à Papa pro aliqua Diœceſi deputato, poſſit Generalis Epiſcopi, vel Capituli Sede Vacante viſitare? Et repetitis quæ dicta ſunt *ſub hac quæſt. à verſ. ad ſecundam* in hoc dubio, Ancharr. *in cap. ſit ibi numero ſecundo, verſ. quod ergò ſi Papa, de reſcript. libro ſexto*, Iaſon. *in leg. quod in rerum paragrapho ſi quis poſt, numero ſexto, verſ.breuiter his non obſtantibus, ff.de legat.* 1. & alij affirmant, dicendo, quod Viſitator ſpecialis à Papa deputatus, non facit quominus Epiſcopus viſitet; & hoc maximè videtur procedere, ſi conſideretur Capitulum Sede Vac. potiri hoc iure viſitandi, non obſtante doctrina aliquorum, qui *ſub dicto verſ. ad ſecundam*, dixerunt poteſtatem deputandi Viſitatorem reſidere in ſummo Pontifice per iura ibi adducta.

Nihilominus in puncto, de quo loquimur, Felinus *in cap. cum venerabilis, numero ſecundo in fine de except.* Bald. *in auth.habita numero trigeſimo octauo, Cod. ne filius pro patre*, Barboſa cum Corneo *conſilio* 76. *in paſtorali alleg.* 133. *numero* 30. *&* 32. cum Iacobo de Arena, Ruino, Aluetico, Troil. Maluet. Riminaldo, Menochio, Surdo, & ex Rota, Abulen. iuris viſit. 28. Iunij 1600. coram Greg. 15. impreſſa per Farin. *deciſ.* 30. *à numero* 9. & ex aliis docent, quod quando datur ſpecialis Viſitator, generalis non poſſit; quia tunc derogatum cenſetur Viſitatori Generali, quod verius iudico, quando datur ad petitionem, viſitandorum, non ſi tantum motu proprio Pontificis; quia in primo caſu reſpicitur fauor, vt ſolus viſitet, ſicut tradit Angel. *in l.teſtamenta, verſ.fauore perſonarum, Cod. de teſtam.* & facit quod dicit Iacob. de Arena *in leg. quod in rerum, §. ſi quis poſt*, quem ſequitur Alberic. *numero ſecundo*, & Bald. *numero primo, ff. de legat.* 1. quod Epiſcopus non poteſt viſitare fratres humiliatos de Mediolano, quibus per priuilegium fuit indultum, vt per Miniſtrum viſitentur, vt etiam videtur deciſum in alia coram eodem Greg. 15. 10. Decemb. eiuſdem anni impreſſa per eundem Farin. *deciſ.* 33.*n.*2.*eadem part.*2. recentior. qui ex Abbate *in cap. paſtoralis, ſub numero ſexto, verſ. ſed in regularibus aliud puto*, & ex Felino *numero* 4. *de Officio ordinarij*, cenſuit hoc procedere in Prælato regulari, cui ſpeciali iure, cenſetur conceſſa Iuriſdictio priuatiuè, de quo *à quæſt. ſequentib.* & aliis. 17

***

QVÆSTIO XIII.

Visitator Sede Episcopali Vacante deputatus, an eo ipso, censeatur habere generalem administrationem, quamuis ea non exprimatur in mandato? 2. Et an possit Visitator Episcopali Sede Vacante deputatus ab inferiori à Papa, conferre beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi? 3. Et an Capitulum Sede Vacante possit per se, vel per suos Visitatores visitare exemptos, sicut potest Episcopus?

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi, vt valeat exercere iurisdictionem, in quinquaginta casibus debet habere specialem Episcopi commissionem, nec sufficit generalis.*

2 *Visitator electus à Capitulo Sede Vacante virtute commissionis generalis exercet in omnibus, qui aliquando dicitur Procurator ab vsibus, vt* n. 5.

3 Cap. cum nobis de elect. cap. 2. de donation. & n. 4. 5. & 6.

4 *Procurator propriè, aut abusiuè, quis dicatur?*

5 *Episcopus, seu alius Prælatus, dicitur aliquando Procurator suæ Ecclesiæ.*

7 *Visitator generalis deputatus in Sede Vacante à summo Pontifice, valet conferre beneficia spectantia ad Episcopum.*

8 *Visitator Capituli Sede Vacante, nequit visitare Monasteria Monialium exemptarum.*

1 AD primam quæstionis partem videtur negatiuè respondendum; tum quia sunt pleraque, quæ in generali mandato non veniunt, vt de Procuratorio agnoscunt DD. per textum *in capite primo & tertio,* cum aliis *de procurator.* deindè quia sic contingit in ea generali commissione, qua Vicarius nominatione Episcopi exercet iurisdictionalia, cum reuera quinquaginta casus, & plus, videantur desiderare specialem commissionem, vt in illis talis Vicarius exercere valeat, vt recensui *sub cap. 5. de Officio Vicarij sub quæst. 5. in fine;* & sic DD. per textum *in c. cum nobis in fine 19. de elect.* ibi *in procuratorem concedimus,* & per textum *in capite secundo de donat.* ibi, *sit procurator,* qui non censetur habere liberam, & generalem administrationem, nisi id in mandato exprimatur iuxta textum *in l. mandatum 60. ff. de procurat. cap. qui generaliter in princ. eodem tit. lib. 6.*

2 Tamen in puncto, de quo loquimur, est affirmandum, vt Visitator huiusmodi, Sede Episcopali Vacante deputatus, eo ipso censeatur habere generalem administrationem, quamuis ea non exprimatur in mandato, vt post Lap. & Ioannem Andream, obseruant Franc. *numero secundo,* Dominic. *numero 10.* Ancharran. *sub numero secundo* per textum, ibi *in cap. fin. de suppl. neglig. Prælat. lib. 6.* vbi Barbosa cum aliis, & *in pastorali alleg. 133. à numero vigesimo tertio,* etiam confirmans ex doctrina Bartol. *numero vigesimo quinto in l. præses, num. 4. cod. de transact.* qui dixit quod administratores vniuersitatis, censentur habere administrationem cum libera, vt etiam tenent Decius *cons. 204. incip. viso eleganti. sub numero quinto,* Cardin. Tuschus, *tom. 5. litt. M, conclus. 45. nu. 25.*

3 Nec huic doctrinæ obstant textus *in di-*
cto cap. cum nobis de elect. & dict. c. 2. de dona-
tionibus, † Quia præter quam quod illa iura 4
quatenus loquuntur de procuratore, non sint intelligenda de procuratore proprio, & formali, qualis est ille qui, vel priuati negotia, vel causas singulariter, vel vtiliter administrat iuxta textum *in leg. 1. ff. de Procurat.* vel vnam, & alteram, & ita singulares causas, & negotia corporis, etiam mystici, & vniuersalis singulariter tantum gerit iuxta textum *in cap. quia in causis de procurator.* sed fore intelligenda tantum de procuratore improprio, qualis aliquando vocatur abusiue quilibet administrator, etiam si generalem alicuius corporis mystici v.g. Ecclesiæ, & Episcopatus administrationem gerat, iuxta *reg. textus in cap. saluator, vers. nomine 1. quæst. 3. & in cap. si cui 42. princip. de elect. libro sexto,* & vt obseruat glossa 1. & ibi DD. *in dicto cap. quia in causis,* vbi Barbosa, & *sub dicta alleg. 133.*
sub numero 27. † Vbi adeo procedere, 5
vt etiam si ipsemet Episcopus, seu quilibet alius Prælatus aliquando dicatur procurator, suæ Ecclesiæ, vt *in dicto capite 2.* cum tamen constet eum non esse propriè, & formaliter, eius procuratorem; quippè quod

quod non administrat aliena omnino negotia, sed veluti sua, nec rursus mandato Domini, sed iure suo; secus ac ille, qui propriè, & formaliter est procurator alterius iuxta textum *in dicta l. 1. in princ. ff. de pro-*
6 *curatorib.* † Si fortè aliquis vellet ea de Procuratore proprio intelligere, solum per illa posset concludere in procuratore priuati, aut ad negotia priuata, seu causas singulares; nostram autem resolutionem procedere in Visitatore, idest administratore corporis cuiusdam mystici, & vniuersalis, prout est Ecclesia, & Episcopatus in eum finem constitutio, vt per eum expediatur vniuersitas omnium causarum, & negotiorum, quæ cadunt sub administratione constituenti, videlicet Capituli, aut similis: ita concludit Barbosa, *dict. alleg.* 133. *n.* 24. differentiæ rationem ibi, *n.* 25. sumendo, tum ex maiori Dignitate dicti Officij Visitatoris, quod dignius est, quam Officium Procuratoris, vt pro solutione considerauit Dominic. *in d. c. fin. de suppl. neglig. Prælat. d. n.* 10. tum etiam propter naturam commissionis factæ Visitatori, quæ cum ordinetur in dictum finem, consequenter postulat in eodem Visitatore prædictam Generalem, & liberam administrationem, per quam solum, & non aliter ille finis sufficienter, assequi potest; indeque ait Barbosa succedere regul. textus *in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. in l. 3. §. qui habet ff. de seruitut. rusticor. & in leg. 1. §. 1. ff. si vsusfructus petatur, cum similibus*, aliqua alia videbis, *infra q.* 22. *in fine.*

7 Ad secundam quæstionis partem, an possit Visitator ab inferiori à Papa deputatatus conferre beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi? Repetis hic, quæ infra dico, an Capitulum Sede Vac. vel eius Vicarius Generalis, possint vt cumque beneficia conferre; igitur si talis Visitator; id est administrator Generalis sedis Episcopalis, pro Sede Vacante deputatus fuerit à summo Pontifice, tunc, vt possit conferre beneficia, etiam spectantia ad solam collationem Episcopi, probant DD. per textum *in dicto cap. fin. de suppl. neglig. Prælator.* vbi Barbosa, & *in dicta alleg.* 133. *nu.* 29. cum Rebuffo *in praxi, tit. de deuolution. n.* 99. ex ea inquam ratione quia huiusmodi Visitator Sede Vacante, potest omnia, quæ competerent Episcopo viuo, & iam confirmato, vt constat *ex dicto cap. is cui* 42. *de elect.* sed Episcopus electus, & confirmatus, potest beneficia conferre, *cap. nostri, cap. transmissam*, & iuxta quæ longè dixi de Episcopo confirmato *in cap.* 15. *de elect.*

igitur & sic per hanc rationem tenet glossa communiter recepta *in dicto cap. fin.* secus tamen dicendum est de Visitatore Sedis Vacantis à Capitulo deputato, vel ab inferiori à Papa, quia vtcumque deputatur, non habet talem facultatem, quam potest dare illum deputans, de quo *infra q.*...

Ad tertiam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vac. possit per se, vel per suos Visitatores Visitare exemptos, sicut potest Episcopus? in quo dubio, quod est, ac inquirere, an Capitulum Sede Vacante, possit Visitare Monialium exemptarum Monasteria. Et quia hæc quæstio pendet à iurisdictione delegata, de qua infra dicemus, cum agemus de casibus iurisdictionis delegatæ, & voluntariæ, iuxta distinctionem positam *supra sub qu.* 12. & 3. inter contentiosam, voluntariam, & delegatã. Ideo cognitis casibus iurisdictionis contentiosæ, & qui sunt voluntariæ, aut delegatæ, facili negotio, distinctione in dictis *q.* 12. & 3. posita, inter has iurisdictiones circa posse illas exerceri per Capitulum, Sede Vacante, cum aliqua differentia; ideo nunc adiungere volui primo casus, qui spectant ad contentiosam, in quibus, vt ibi dictum est, cognoscit Capitulum in Sede Vacante, sicut Episcopus, nisi in iure aliqui casus prohibiti reperiantur. De hac quæst. vberius *infra* dico. *sub quæst.* 22. *in fine.* 8

CASVS CONTENTIOSÆ iurisdictionis ad Capitulum, Sede Vacante, spectantes recensentur infrà.

QVÆSTIO XIV.

An Capitulum, Sede Vacante, ratione iurisdictionis contentiosæ, queat definire lites, non solum decimales, criminales, & alias, quæ agitantur inter partes litigantes, sed etiam matrimoniales? 2. An ex eadem iurisdictione possit ferre censuras, interdictum, & cessationem, deputando pœnitentiariũ, aut absoluere ab illis? 3. Et quid

P 2 quando

quando fertur à Canone censura, veluti ex violenta in Clericum percussione, 4. Vel cognoscere, aut absoluere, ab ea, quæ procedit ab hæresi, in deponendo & interpretando? 5. Et an cognoscendo de causis prima instantia?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, Sede Vacante, habet cognoscere de arduis causis, scilicet decimalibus, matrimonialibus, & criminalibus, in matrimoniali causa, si ordinaria sit, non vero Episcopo delegata* nu. 2. & 3. num. 5. & fin.

3 *Decani, Archidiaconi, & alij iudices inferiores, tam non possunt cognoscere de matrimonialibus, ac criminalibus causis.*

4 Cap. 20. Trid sess. 24. *quos iudices ordinarios comprehendit ad cognoscendum in prima instantia, inter quos Capitulum, Sede Vacante*, & n. 5. & n fin.

5 *Abbates habentes territorium, cognoscunt tanquam Episcopi.*

6 *Capitulum Sede Vacante, valet excommunicare, deponere, & imponere cessationem à diuinis, & suspendere, & interdicere.* n. 7. & 8.

9 *Capitulum, Sede Vacante, potest absoluere à censuris, & deputare pænitentiarios, vt ab illis absoluunt*, n. 10. *nisi Papa interdicat*, vt n 11.

12 *Cap. peruenit de sent. excommunicationis.*

13 *Capitulum, Sede Vacante, valet absoluere ab excommunicatione orta ex percussione in Clericum.*

14 *Capitulum, Sede Vacante, de iure communi valet absoluere ab hæresi, hodie non sic, nec Episcopus, etiam virtute magni Iubilæi nisi exprimatur, meo* vt num. 15. 16. & 17.

18 *Capitulum Sede Vacante, supposita differentia inter causas contentiosa, aut voluntaria iurisdictionis, habet cognoscere de causis in prima instantia, sicut Episcopus.*

1 QVia Capitulum, Sede Vacante, habet cognoscere de arduis causis, veluti causis matrimonialibus, & criminalibus, quæ inter maiora computantur, vt docent Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulũ, Sede Vac. vers. quinto quæro*, Barbosa *de Canonicis, cap. 42. n. 92* idem *de iure Eccles. p. 1. cap. 32. dicto n. 72.* & vtrobique *n. 102.* † Vbi intelligit in causa matrimoniali ex ordinaria iurisdictione; non ita, si delegata commissa sit Episcopo, aut eius Vicario per sequentia verba: *dilecto filio Vicario fratris nostri Episcopi*, vt distinxit Aloysius Riccius *in praxi fori Eccles. decis. 245. in 1. edit. alias resol. 215. vers. sed quidquid in 2. edit.* Et sic de cognitione horum matrimonialium docent DD. per textum *in cap. veniens, iuncta glossa ibi, de eo, qui dixit in matr.* Pauin. *de Officio, & Potest. Capit. Sed. Vac. q. 5.* Couar. *de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 12. n. 1.* Quaranta *verbo, Capitulum, Sede Vac. q. 5.* vbi ait Concilium Trid. *sess. 24. cap. 20. de reform. vers. adhæc causæ matrimoniales*, disponere, quod causæ matrimoniales relinquantur examini, & iurisdictioni Episcopi tantum, vt excluderentur alij Prælati inferiores; sed Capitulum in hoc casu, non dici inferius Episcopo, sed par, & inde necessario, ex deuoluta sibi iurisdictione ordinaria in Sede Vacante cognoscere, sicut Sede plena, cognoscit Episcopus, docent etiam Diana *p. 8. tract. 4. res. 22.* cum Nauarro, Rodrig. *in summa tom. 1. cap. 51. n. 8.* Molina *de iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. n. 11.* dicentes, id sine dubio procedere, quantumuis Abbas in cap. quod in iis de maiorit. & obed. Alex. de Neuo *cons. 71.* Calderin. *in cons. 2.* à Prælatis, absque consensu Capituli videantur negare per *dict. cap. 20. Trid. sess. 24.* quatenus simpliciter facit verba tantum de Episcopo, & nihil de Capitulo.

3 Et ita etiam docent Raguz *de voce Canonic. in capit. q. 39. nu. 1.* idem Barbosa cum aliis super *dict. cap. 20. Trid. & in pastorali alleg. 84. n. 4.* & Aldano referente decisum sub die 30. Maij 1602. Vicario Capituli, pertinere matrimoniales causas, non criminales in generali mandato; secus in speciali. Et sic omnes concludunt prædictas causas matrimoniales, & criminales ademptas Decanis, Archidiaconis, & aliis inferioribus iudicibus, & relinquendas Episcopo, sede Episcopali Vacante, à Capitulo cognosci posse, & definiri, & omnes per eam rationem, quia Capitulum succedit in tota Episcopi iurisdictione ordinaria, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ex iam adductis *à quæst. 1. 2. & 3.* vbi cum distinctione inter contentiosam, & voluntariam iurisdictionem scriptum relinquitur.

4 Vndè & si ex dicto Trid. decreto *cap. 20.* sancitum sit in *dicto vers. ad hæc*, causas matrimoniales Episcopo pertinere, vt dixerũt Sbroz. Guttierrez, Suarez, Couarr. Greg.

Lopez,

Lopez, Franc. Leo, Fuscus, Sanchez, Ricc. Seraphin. Franc. Molin. & alij communiter, & Rota apud Tamburin. *tom. 3. de iure Abbat. in fine decis. 39. & 41.* dicat resolutum, quod, quando Abbas habet iura Episcopalia, & proprium territorium, nec est Dignitas in Cathedrali, non comprehenditur sub dicto decreto, & vers. vt repetit cum illis ibi Barbosa *num. 47. & in pastorali alleg. 84. in princip.* non sic de Decanis, & Archidiaconis, qui sunt in Diœcesi Episcoporum, nisi haberent territorium separatum, & immemoriale, vt eadem Rota per Tamburinum, dixit *decis. 44. n. 10.* sic vt ad Episcopum matrimoniales, & criminales causæ pertineant ex dicto Trid. *in*
5 *vers. criminales.* † De quibus etiam Abbates habentes territorium, & nullius Diœcesis posse cognoscere cum Salzedo, Anguiano, Galganeto, & Rota, resoluit decisum idem Barbosa ibi *à n. 49.* & 52. Vbi dicit in fauorem Abbatum, si doceant de priuilegio immemoriali, præscriptione, aut consuetudine, in qua possunt manuteneri, non aliter, cum ea manutentio vtique debeat militare pro Episcopo dicendo *nu. 48. 53. & 54.* in matrimonialibus, & criminalibus Episcopum manutenendum; quamuis inferior alleget immemorialem, donec per tres sententias cognoscatur ad inferiores, eam cognitionem spectare, ita, & etiam hac distinctione, sic vt Episcopo solo competit; ita & Capitulo, Sede Vac. à ratione *nu. 1. & 2.* adducta; Et sic posse Capitulum, Sede Vacante, dare licentiam, assistendi matrimonio, quod est celebrandum coram Parocho, & testibus, iuxta *cap. 1. Trid. sess. 24* probant Guttierrez *de matrim. cap. 66. n. 5. & 13.* Basilius Pontius, *lib. 5. cap. 10. n. 4.* Bossius *cap. 4. §. 21. n. 5.* alij penes ipsum, Diana *p. 8. tract. 4. res. 49.* Barbosa *de Canonicis cap. 42. nu. 86. de iure Eccles. eodem n. cap. 3. p. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 28. n. 5.* Conink. *de sacramentis, & censuris tom. 2. disp. 27. n. 17.* idem Barbosa *in pastorali, p. 2. alleg. 32. n. 123. & sub dicto cap. Trid.* & sic, vt eius Vicarius possint dare licentiam Sacerdoti assistendi matrimonio celebrando, communiter docent omnes.

6 Ad secundã quæstionis partem, an ex eadem iurisdictione possit ferre censuras sine cõtrouersia? Respondendũ est affirmatiuè: nam cum censuris vtatur Ecclesia ad compescẽdos rebelles, & inobedientes, vt communis est Doctorum *in cap. cum non ab homine 10. de iudic.* vbi dixi latissimè, & per hoc ad defendendam iurisdictionem Ecclesiasticam, vt ibi, & alibi crebro Doctores scribunt; inde à fortiori, sicut Episcopus habet hoc ius ferendi censuras, & item inesse in Capitulo, Sede Vac. vt in excommunicationibus, & aliis censuris, ac pœnis inferendis, & excessibus corrigendis, quatenus defunctus Episcopus poterat: docent DD. per textum *in cap. ad abolendam de hæret. &* ibi glossa, Reguc. *de voce Canonic. in cap. q. 36. n. 4.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. n. 5.* Molina *de iust. dicta p. 6. tract. 5. disp. 11. n. 6.* Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. n. 65.* idem *de iure Eccles. cap. 32. eodem n.* Diana *dicta p. 8. tract. 4. res. 11.* dicentes hoc idem reperiri in Capitulo, Sede Vac. quia succedit Episcopo in iurisdictione Episcopali, vt deducitur *ex cap. vnico, de maiorit. lib. 6.* addens hanc etiam residere in Vicario Capituli Sede Vacante: ita illud deducens ex Trid. *sess. 24. cap. 16. de reform.* & ex doctrina Generali, quam adducit ex Hurtado de censuris in communi, *difficult. 4. num. 10.* qui loquens de authoritate ferendi censuras, dixit in Vicario quoque, seu Prouisore Episcopi inuenitur, quia idem est Tribunal Vicarij, & Episcopi, vt constat *in cap. 2. de consuet. & ex cap. Romana 3. de appell. lib. 6.* & sic Molina, *dicta disp. 11. n. 6.* probat in sequentibus verbis, [ex eodem fundamento, quod tota iurisdictio Episcopi, quæ iure denegata, ei non competitur, deriuetur in Capitulum, Sede Vac. constat Capitulum Sede Vacante, excommunicare posse.] † 7
Et quod possit, etiam vti censura interdicti, ex dictis *n. præced.* deducitur; item & depositionis, probant DD. per textum *in cap. his, qui in fine de maiorit. & obed. cap. vnico, eod. tit. lib. 6.* Rebuffus *in praxi benef. tit. de deuolut. n. 63.* Sbrozius *de Officio Vicarij, lib. 2. q. 182. n. 7.* Pauin. *p. 2. q. 6.* cum antiquis Doctoribus legendus, *ibi à n. 6.* Molina *dicto tract. 5. disp. 11. n. 6. vers. potest similiter*, Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. n. 80.* idem *dicto cap. 32. dicto nu. 80. de iure Eccles.* Diana *dicta res. 11. vers. an vero*, vbi ait cum Abila *de censuris, p. 5. disp. 2. dubio 1. conclus. 1.* posse Capitulum, Sede Vac. ponere interdictum, tam personale, quam locale.

Et similiter dicunt idem; item & Soto 8
dist. 22. q. 3. art. 2. conclus. 3. Sylucster, *verbo cessatio*, Pater Henriquez *n. 1.* Couarruu. *in cap. alma mater p. 2. §. 2. n. 6.* Capitulum, Sede Vacante, posse imponere cessationem à Diuinis, vti & dixit Abila in verbis sequentibus *p. 6. disp. 2. dubio 1. conclus. 1.* ibi non solum Papa, sed etiam Episcopi, & alij Prælati habentes potestatem Episcopalem, ex quibus idem docet Couarruu. *dicto nu. 6. vers. ex quibus*, docens esse communem;

quod possit Capitulum, Sede Vacante, per glossam *in cap. si Canonici de Officio ordin. lib. 6.* Vbi ait, quod Canonici, Sede Vacante, possunt iure ordinario ponere cessationem, quia succedunt in iurisdictionem ordinariam Episcopi; & sic Molina loquens de omnibus censuris *d. tom. 6. tract. 5. disp. 11. n. 6.* dixit posse excommunicare, punire, deponere, suspendere, & priuare beneficiis, & alia facere, quæ ad correctionem spectant, cum ea omnia ad iurisdictionem Episcopi spectent.

9 Ad tertiam quæstionis partem, an possit absoluere à dictis censuris? quia certum est, vt illius sit absoluere, cuius est ligare, ideo breuiter affirmandum est, per illa, quæ docent DD. *in cap. vnico de maiorit. & obed. lib. 6.* Molina *d. disp. 11. nu. 6. vers. potest item absoluere*, Barbosa *dicto c. 42. de Canonicis sub dicto n. 65.* idem *de iure Eccles. sub dicto cap.*
10 *32. & n. 65.* † Et indè posse Capitulum deputare pœnitentiarios cum potestate absoluendi ab huiusmodi excommunicationibus, & aliis casibus Episcopo reseruatis, vt dicunt Azor. *tom. 2. instit. mor. lib. 3. cap. 37. q. 6.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 36.* Barbosa *eodem tract. allegat. 52. nu. 3.* Diana *dicta p. 8. tract. 4. res. 12. in fine*, addens, vt quod dictum est de excommunicatione, dicendum sit etiam de aliis censuris, quia militat eadem ratio, qui idem ibi in principio firmat posse Capitulum absoluere ab excommunicatione lata, tam à iure, quam ab homine, quando ab illa Episcopus absoluere potest propter eandem rationem, vt ha-
11 betur *in dicto cap. vnico.* † Vbi limitatur, nisi Papa illud interdicat, vt cum antiquis Lapo, Abbate, Archidiacono, Geminiano, Andrea, Butrio, Dominico, Monacho Viuiano, & Alagona, declarat ibi Barbosa *n. 1* probans doctrinam ibi *n. 3.* etiam cum Syluestro, Rebuffo & Suarez.

12 Ad quartam, quæstionis partem, supposito, quod dictum est *in vers. ad tertiam*, an possit absoluere ab excommunicatione incursa propter percussionem Clerici? videtur esse difficilius, cum nonnulli negent per verba textus *in cap. peruenit de sent. excom.* Vbi concedendo Episcopis hanc facultatem absoluendi à dicta excommunicatione, quando percussio est leuis, loquitur Pontifex in verbis sequentibus, ibi: *tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum*, sed nullus Episcopo inferior frater summi Pontificis sed filius appellatur, vt patet ex cō-
13 muni stylo Romanæ Curiæ, ergo. † Tamen idem Diana id non probat. *dicta res. 12. p. 8. tract. 4.* quam licet procedat in aliis inferioribus Prælatis Episcopo, secus autem in Capitulo, quod non est inferius Episcopo, quoad iurisdictionem, sed per eum eius iurisdictione vtatur, tanquam subrogatum; non enim ait, Capitulum dicitur propriè Vicarius Episcopi, sed successor, vt docent Federic. *de sen. cons. 30. n. 6.* post glossam *in dicto cap. 1. de maioritate, & obed. lib. 6.* Abbas *in cap. cum olim notab. 1. eod. extra Roman.* qui dicit communem opinionem *cons. 506. n. 13. in fine*, vbi Mandos, *lit. 1.* quod & admitto, quatenus dictum est iam *sub qu. 1. & 4.* nempè vt Capitulum in Sede Vacante sit administrator necessarius, non voluntarius; & sic quoad absoluendum à censuris item & eas imponere, quia res necessaria est; ideo vt possit à dicta ex cōmunicatione absoluere dico cum eodem Molina *dicto tract. 5. disp. 11. n. 6.* & cum Nauarro *in manuali cap. 17. n. 5.* per verba ibi: [resque est nouissima, potest etiam absoluere ab excommunicatione, tam à iure, vt ob percussionem Ecclesiastici, quam ab homine, quando ab illis Episcopus absoluere potest] *per dict. cap. vnic. de maiorit. & obed. lib. 6.*

Ad quintam quæstionis partem, an possit 14
cognoscere, & absoluere ab hæresi? De iure communi certum est vtramque potestatem cognoscendi, & absoluendi, spectare ad Capitulum, Sede Vac. sed si alias iure speciali tantum data sit à Pontifice Episcopo soli, vt delegato, non sic ita Decian. *in criminal. lib. 5. c. 21.* Farinac. cum multis *de hæres. q. 186. §. 11. n. 187.* vbi *n. 189.* ampliat in quasi Sede Vacante limitando *nu. 181.* quoad exemptos: sequitur Barbosa *in Clem. 1. de hæret. nu. 9.* cumque cognoscendo de hæresi Episcopus procedat iure ordinario, vt dicit idem Barbosa cum aliis, *alleg. 36. n. 10.* non esse dubium docent relati, & post eos Diana *res. 33. p. 4. tract. 8. & 37.* Ferdinandus de Castro Palao ab eo relato, Carena *tract. de Officio inquisit. p. 1. tit. 6. §. 3. n. 10.* quin Capitulum, Sede Vacante, debeat assistere Inquisitoribus in dictis causis fidei; secus dicunt relati fore, si Episcopus procederet, vt delegatus contra exemptos, firmando sic de stricto iure procedere, etiam in Vicario Capituli, quamuis contra senserit Quaranta *in summa Bullarij, verbo Capitulum Sede Vac. n. 1. in princ. vers. & primo*, iuxta quem dicit Diana, *dicta res. 37. in fine*, eius opinionem videre seruatam in inquisitione Cremonæ, Sanctarello *de hæresi cap. 40. n. 4.* cum Molina, Syluestro, Hostiensi, & Pauin. *in cap. ad abolendam de hæret.* & glossa ibi *verbo prærogatiua*, Barbosa *ibi*,

ibi,& de Canon.cap.42.n.66.& de iure Eccleſ. eodem n.66.q.1.cap.30.

15 Et pro ſecundo puncto latè ſcribendo DD.num valeant Capitulum, eiuſvè Vicarius abſoluere ab hæreſi? & negent plures, inter quos Suarez *in 3. p. tom.4.ſect.2. nu.4.* Ledeſma, quem ſequitur Trullench.*in decalogo tom.1 lib.1.c.3. dubio 3.n. 2.* & hoc ex Trid, per quod conceditur prædicta facultas Epiſcopis priuatiuè, quoad omnes alios Prælatos inferiores, vt Cardinales declararunt. Tamen quia de hac declaratione non conſtat, & conſtet priſco maiorum æuo, Canonumque lege, Pontifici reſeruatam non fuiſſe abſolutionem *ab hæreſi. cap. non erit.49.de ſent.excom.cap.ad abolendam 9. de hæret.*& detur ea facultas in hoc textu item *& in cap.per hoc 17. de hæret. libro* 6. Epiſcopis hæreticos iudicandi, & puniendi, reſtituendi templis, ac ſacramentis Eccleſiæ, ſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publicè conſenſerint abiurare *cap. 9. de hæret.* poſſitque Epiſcopus de communi iure de omni caſu abſoluere, quem ſibi Pontifex ſpeciatim non reſeruat *ex cap.nuper*, vbi DD. *de ſent. excommunic.* in verbis ſequentibus, *quia conditor Canonis, qui eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non reſeruat, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem relaxandi :* ſequitur vt Capitulum Sede Vacante poſſit etiam abſoluere, cum quæ poteſtatis ſunt ordinariæ, hæc facere poſſit Capitulum Sede Vac.vt eſt *in cap. cum olim de maiorit. & obed.* in terminis docuerunt P.Valdellus *tom.2.lib.1.diſp.48.nu. 21.* cum infinitis Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 40. num.40.* Diana *p.8. tract.4.reſ.8.* Fagundez *in decalogo tom.1.lib.1.cap.15.numer.19.* Baunius *in Theologia morali tom. 1. tract. 11. quæſt.26.*

16 At quia iam hodie ex Bulla Cœnæ talis facultas reperitur Epiſcopis adempta, dicendum eſt Capitulum Sede Vac.non poſſe talem abſolutionem ab hæreſi impendere,vt docent idem Diana *dicta p. 8. tract.4. reſ. 8. in fine*, Rodriguez *in ſumma tom. 1. cap.71.n.25.* imo nec virtute alicuius ampli Iubilei,niſi expreſſe Epiſcopo concedatur, ex multis Bullis probaui latiſſimè *in cap. fin. de conſtit.ſub q. 1.* vbi legetur ad ſaturitatem.

17 Ad ſextam quæſtionis partem,an in deponendo, & in aliis? quia iam hic reſolutum eſt, poſſe *in verſ. & quod,& in verſ. & ſimiliter*;ideo nunc longius.

18 Ad vltimam quæſtionis partem, etiam affirmandum eſt, vt quemadmodum cognitio omnium cauſarum competit Epiſcopo ex diſpoſitione iuris, de quo *ſub cap. 1.* & cum aliis *de foro compet.*& *in dicto cap.20. Trid.ſeſſ. 24. de reform.* pariformiter ratione iuriſdictionis contentioſæ, & Capitulo Sede Vac.cognitionem pertinere,niſi ſpecialiter in iure ei prohibeatur,colligitur ex dictis hic, & *à dict. q. 1.* & in terminis docent Aloyſius Riccius *in praxi aurea reſol.130.& in deciſ.Curiæ Archiep.Neapoli,p.4.deciſ.273. n.7.* Nouar. *in ſingular.* Coninc.*concluſ.54. n.4.* Barboſa *alleg.81.n.6. & de Canonicis dicto cap.42.n.85.de iure Eccleſ dicto cap.32.eodem num.* idem ſuper *dict.cap.* cauſæ omnes 20. Trid. cum Moderno, & aliis, dicentes Capitulum Sede Vacante,cum ſuccedat in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis etiam voluntariæ, habere priuilegium cognoſcendi cauſas in prima inſtantia, ſuppoſita differentia voluntariæ, & contentioſæ iuriſdictionis, quam poſui *ſub dicta q.1. 2. & 4. & infra* dicitur:& iuxta hæc ſunt intelligendi Thomas Sanchez *de matrim.lib. 3. diſp. 29. n. 3. & 4.* communem affirmans Guttierrez *de matrim.cap.66.n.13.* & in terminis,vt eiuſdem Capituli Sede Vacante præſeruata intelligatur prima inſtantia *ex dict. cap. 20.Trid.*poſt Salgadum,Riccium,& Barboſam,Diana *p.8.tract.4.reſ.21.verſ.hinc infertur*,& Merolla *tom.3. diſp. 7. cap.7. dubio 1. n.42.* in verbis ſequentibus : [Deducitur poſſe Capitulum Sede Vacante cognoſcere cauſas in prima inſtantia; ita vt non poſſit alius iudex Romanæ Curiæ cognoſcere de eis in prima inſtantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à ſuis domiciliis.] Ratio eſt,quia hoc priuilegium iure ordinario habent Epiſcopi, vt patet ex Concilio Trid.*ſeſſ.24. cap. 20.*

QVÆSTIO XV.

An Capitulum Sede Vacante virtute eiuſdem iuriſdictionis contentioſæ poſſit concedere monitoria, vt reuelentur occulta? 2. Et an procedere per correctionem fraternam, iuxta terminos *cap.nouit.13.de iudiciis in 2. p.* & aliorum iurium? 3. Et an de contractibus iuratis, Vſuratiis,

vsurariis, aut aliis inter Ecclesiasticos, & laicos, 4. Et an absoluere à iuramento, etiam ad effectum agendi, 5. vel virtute eiusdem contentiosæ iurisdictionis dispensare in omnibus votis, & iuramentis, quibus possit Episcopus?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, Sede Vacante, potest decernere monitoria, vt reuelentur occulta, & occulti malefactores,* n.2.

2 *Monitoria cum censuris maximè necessaria sunt pro administratione iurisdictionis contentiosa.*

3 *Capitulum Sede Vacante, potest vti iudicio correctionis fraterna iuxta textum Euangelicum, cum possit inquirere de delictis, & corrigere sicut Episcopus, vt* n.4. & 5.

5 *Capitulum Sede Vacante, dicitur Pralatus Episcopi pramortui, aut translati successor.*

6 *Capitulum Sede Vacante, valet cognoscere de contractibus à laico iuratis, sicut quando Episcopus, & eius Vicarius, queunt vt* num. 7. *fallit in contractibus laicis, vt* n.8.

8 *Laicus iudex cognoscit de contractibus laicis, dempto iuramento prius per Ecclesiasticum.*

9 Cap nouit de iudiciis.

10 *Capitulum Sede Vacante, valet cognoscere de contractibus celebratis inter laicum actorem, & clericum reum.*

11 *Capitulum Sede Vacante, queit ratione iurisdictionis contentiosa absoluere, ad effectum agendi.*

12 *Iuramenti absolutio ad effectum agendi, non desiderat partis citationem; secus ad obligationis absolutionem.*

13 *Iudex, qui absoluit à iuramento; non ideo fit iudex causa iurata.*

14 *Iuramenti relaxatio inter Clericos prastiti, spectat ad Ecclesiasticum, & à quo iudice petatur.*

15 *Capitulum Sede Vacante, ex natura iurisdictionis contentiosa non dispensat in votis, nec iuramentis, aliter voluntaria, vt* n.16.

17 *Capitulum Sede Vacante in his, qua sunt voluntaria iurisdictionis poterit dispensare, quando nimia exposcat necessitas; secus si ca non adsit* n.18.

19 *Absolutio iuramenti ad effectum agendi spectat potius ad iurisdictionem contentiosam.*

AD primam quæstionis partem, vt latissimè agatur poteris hic adiungere, plura, quæ dixi de istis nominatoriis, in cap. ad nostram 20. de iure iur. vbi *à quæst.* 1. egi de dubiis: [an monitoria, seu edicta legitimè sub censuris à iudicibus Ecclesiasticis expediantur, ad finem reuelandi secreta, & qualiter obligent: & de edictis sanctæ inquisitionis ad eundem finem,] vt per plures quæstiones *sub dicto cap. nouit. de iudic. in dicta p.* 2. *à q.* 29. 31. 32. 33. 38. 41. & ibi *q.* 35. [an ex vi denunciationum matrimonialium teneatur, qui impedimentum nouit; quamuis occultum, illud denunciare;] & applicando hic etiam quæ dixi *in cap. intimauit.* 18. *de testibus qu.* 2. *à num.* 1. *vbi an secretorum fides sit, sub praecepto, Diuino, & positiuo?* iam breuiter respondeo, quod cum hæc monitoria sint maximè necessaria ad reuelandos malefactores, ne delicta maneant impunita, quod est finis legis Diuinæ, & humanæ, & hæc monitoria ferantur cum censuris, admisso, quod virtute eiusdem facultatis, qua illas iure ordinario Episcopus fert; item † & monitoria eadem posse inquam à Capitulo Sede Vacante, quia hæc monitoria sunt maximè necessaria pro administratione dictæ iurisdictionis contentiosæ, vt ex præcitatis locis facile est colligere; & sic in terminis docent Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 17. & Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 7. *dubio* 1. *n.* 35. dicentes posse Capitulum Sede Vacante concedere monitoria ad effectum reuelandi bona deperdita, vel scripturas sub pœna excommunicationis; quia hæc potestas iure ordinario competebat Episcopo: ita etiam Rodriguez in summa *tom.* 1. *cap.* 71. *n.* 6. cum Nauarro, qui addit cum Panormitano, vt queat Capitulum Sede Vacante deputare vnum Pœnitentiarium, vt absoluat ab omni illo, à quo valet Episcopus. 1 2

Ad secundam quæstionis partem, an procedere per correctionem fraternam valeat Capitulum Sede Vacante; Et suppositis quæ ad iudicium correctionis fraternæ latè dixi *sub dicto cap. nouit. de iudiciis, à quæst.* 17. præcipuè ibi *à quæst.* 44. vbi de modo procedendi in iudicio correctionis fraternæ iuxta textum Euangelicũ, de quo S. Math. ibi qualiter incipiantur? quibus testibus probatio in tali iudicio desiderata fiat? quibus gradibus formetur? & quando per denuncia 3

nunciationem perficiatur? à quæst. 48. & q.49. quando in eo Iudicio valeat Prælatus procedere ad excommunicandum peccatorem, vel ad Iudicium aliud externum, & q.50. de appellatione à tali Iudicio;] item & q.51. [si ea non admittatur, an Prælatus sine Capitulo, an solum Capitulum sine Prælato, an vterque simul desideretur?] & ibi q.52. [an testes in causa denunciationis Euangelicæ possint examinari ante litem contestatam?]iam breuiter respondetur affirmatiue, nam cum hoc Ius corrigendi competat secundum aliquos, vel Prælatis Religionum, vna cum suo Capitulo, vt dixi *sub dicta q.51. à n.1.* expendendo *ibi n.3. textum in cap. reprehensibilis §.fin. de appell. & de Episcopo ibi à n.5.* quatenus refero Valboam, dixisse *in cap. 3. de appell. n.6.* de cuius intellectu latissimè ego dixi *in eo cap.3.* Episcopum subditos suos corrigere non posse sine Capitulo, quod aliter ego intelligo *sub dicta q.51. & dicto n.5.6.7.* &

4 aliis. † Et hoc competat Iure ordinario Episcopis; eo quod vt ibi probaui *n.6. & 7.* Episcopus etiam habet absolutam potestatem Iurisdictionalem in subditos suos de Iure, cùm possint Episcopi in suis Diœcesibus inquirere crimina, videamusque inde ordinarios Iudices, & alios superiores aliquando monitiones generales facere, vt scientes talia, vel talia delicta sub pœna excommunicationis denuncient per dicta hic *sub vers. ad primam*, ac probat Barbosa *in cap.1. de officio ordinarij n.1. & 5.* posse Iudicem ex mera sui officij necessitate procedere ad crimina corrigenda, perueniendo per vias Iuridicas ad eorũ cognitionem quæ à principio sibi fuerũt occulta, de quo aliqua etiam addidi *sub d.q.5. cap. nouit. n.8.*

5 *& 9.* Videnda. † Et Capitulum in Sede Vacante dicatur Prælatus Episcopi præmortui, aut translati successor, existimo, vt possit Iudicium correctionis fraternæ tractare, cum sit Iudicium in plerisque casibus magnæ necessitatis, quod nequit deferri in tempus futuri Episcopi. Et licèt in terminis nullum viderim, qui de hoc Iudicio exercendo à Capitulo Sede Vacante, loquutus fuerit ab illatione, & firma ratione, ex dictis supra *à quæst. 1.* pro affirmatiua sententia est scribendum, & resoluendum.

6 Ad tertiam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante, queat cognoscere de contractibus Iuratis, vsurariis, aut aliis &c? Et suppositis etiam quæ dixi *sub dicto cap. nouit. q.9.* scilicet quod Principes laïci, aut Iudices sæculares, possunt de Iuramentis cognoscere in quantum, vt laïci non celebrent contractus Iuramento firmatos, & quare *à n.3. vbi late*; ideo videtur vt quia Episcopi exclusi existimantur, & perinde Capitula in Sede Vacante; & quia, *vt ibi* dixi *sub n.9.* Principes possint facere, vt contractus, quorum validitas non est Iuris Diuini, ne Iuramento firmentur; & ibi *à n.4.* quod Princeps annullando contractus subditi, indirectè prohibet Iuramenti vim, & alia etiam alibi videnda, & ibi *n.8.* vbi quod nec laïcus omnino prohibetur aliquid de Iuramentis dicere.

Tamen reuera dicendum est per alia plura, quæ dixi etiam legenda *in dicto cap. nouit. q.13.* dum egi de ea, [num Iudex Ecclesiasticus, qui de Iuramento cognoscit, possit inquam de contractibus à laïco Iuratis cognoscere?] Et quia, secundum plures talis cognitio spectat ad Ecclesiasticum, vt dixi *ibi à n.3.* licet alij *n.6.* contrateneant, & sine dubio procedat, quando contractus, super quo Iuramentum appositum sit de sui natura spectat ad Iudicium Ecclesiasticum, vt quando contractus sit vsurarius per dicta à nobis latissime *in ca p. debitores de Iure-Iur. & in cap. cum sit generale de foro comp.* eo quod tale crimen, saltem extrà Iuramentum sit mixti fori, vt ibi latè dictum est; ideo optimo Iure, qualitercunque cognoscant Episcopus, ac eius Vicarius Generalis eodem modo ea cognitio in Sede Vacante sit etiam proprij Capituli, aut eius Vicarij Generalis, vt praxis quotidiana demonstrat, & percipitur ex generalitate Trid. *in cap. causæ omnes 20. sess.24.* de quo *quæst. praeced. aliqua.* 7

De aliis autẽ contractibus mere laïcis, & prophanis, potius est, vt quia cognitio spectat ad laïcum, tunc dempto Iuramento per Ecclesiasticũ, cognitio semper habẽda sit à Iudice laïco per illa, quæ dixi *sub dicto cap. nouit. dicta q.13. n.6. & à n.9.* omnino legenda, vbi *à n.11. & 12.* cum aliis expẽdi quamplura Iura & difficultates, & ibi *à n.24.* expendendo alia difficilia; ideo resoluendum est, vt quemadmodum Episcopus tantum valeat cognoscere circa absolutionem à Iuramento, vt infrà hic dicitur. Quo dempto, & absoluto, reliqua cognitio, quia Prælatus iam dicitur functus officio suo, remanebit penes Iudicem laïcum, qui Iudicabit circa talis contractus rescissionem per dicta *ibi n.28.* & sic vt ibi dixi *n.27.* † Ratio, *in dicto c.nouit.* cum Anastasio Germonio ob quam ibi Iudex Ecclesiasticus cognoscebat, fuit, quia in eo textu tantũ agebatur de Iuramẽti obseruatione, & non æquè de contractus 8 9

deatur eſſe denegata Capitulo: tamen quia Barboſa non ſic diſtinxit, vt & nos *ſub dicta q.1.2.& 3.* nempè Capitulum ſuccedere in iuriſdictione contentioſa, niſi aliquid denegetur; in voluutaria, non niſi, quatenus ad caſus in iure expreſſos, & idem Barboſa, vbi ſupra dicat, ideo poſſit, quia ſæpè expediens, ac neceſſarium eſt cum ſubditis diſpenſare in multis, vt ex ſe eſt notiſſimum, & colligit *ex cap. Domino ſancto*, iuncta gloſſa, *ibi verbo neceſſe*, & *ex Cap. vt conſtitueretur 50. diſt.* nec ſufficienter eſſe prouiſum Diæceſibus aliter, ſi iuriſdictio Epiſcopi, ſine diſpenſandi iuriſdictione, ad Capitulũ Sede Vacãte deuolueretur, vt refert cum Molina *d. tract. 5. diſp. 11. n. 5. & in diſpenſationibus illegitimorum ab beneficium ſimplex.* cum Nauarro. *conſ. 28. ſub n. 25. tit. de tempor. ordin.* Quaranta, & Zerola, quos
18 etiam citat *in paſtorali alleg.* 45. † Tamen vt iam vides idem ipſe fatetur, quia neceſſitas ſolet opprimere, vt diſpenſet Capitulum, ſicut Epiſcopus; & ſic extra neceſſitatem, attenta natura iuriſdictionis voluntariæ, vtcumque prohibito, non poterit diſpenſare, quod abſque ea, ſic nimia valet Epiſcopus exerceri, vt à nullo negari queit.

19 Nec obſtat dicere abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, vt hic dictum eſt, ſpectare ad iuriſdictionem contentioſam, quia illud ex eo prouenit, quod inducat ad iudicium contentioſum peragendum inter partes præciſè; non ſic in prædictis diſpenſationibus, quæ non tendunt directè ad illud; & ſic incidenter poſſent aliquando prærequiri. Et iacta doctrina Clericus apparebit ex infra dicendis de diſpenſatione in irregularitate in interſtitiis ad ordines, & in aliis ſimilibus *à qu. 19.* & aliis.

QVÆSTIO XVI.

An Capitulum Sede Vacante, queat de feudalibus cognoſcere? 2. De piis legatis? 3. De teſtamentaria alia qualibet cauſa, veluti executione teſtamenti, de inſinuatione teſtamenti? De inuentario conficiendo? De commutatione? 4. Vel dare licentiam ad ædificandam Eccleſiam? 4. Seu vt erigantur noua Monaſteria? 5. Vel an teneatur ſoluere debita Epiſcopi defuncti ex fructibus Epiſcopatus? 6. Vel an poſſit iudicare de rebus pertinẽtibus ad Epiſcopatum? 7. Et hæc omnia ex iuriſdictione contentioſa?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante, valet cognoſcere de feudalibus, ſi eius cognitio, alias iure ordinario ad Epiſcopum pertinetret.* n. 2.

2 *Capitulum Sed e Vacante, nequit facere inveſtituras feudorum, nec petere iuramenta fidelitatis, aut homagium.*

3 *Capitulum Sede Vacante, queit cognoſcere de legatis piis, & de teſtamentaria alia qualibet cauſa, vt* n. 4.

4 *Capitulum Sede Vacante; valet compellere executores teſtamentorum ad implementum, alij negant, vt* n. 5. & 6. *conueniunt; ſi pia ſint legata.*

5 *Capitulum Sede Vacante, valet eligere pauperes, inter quos pia legata diſtribuantur, vt* n. 6. *& hæreditatem Eccleſia legatam adire, vt* n. 7.

8 *Capitulum Sede Vacante, poterit compellere Religioſos parum pia voluntatis executores; & exigere rationes ab adminiſtrationibus piorum locorum,* n. 9.

10 *Teſtamenti inſinuatio praxis obſeruat; vt fiat coram laico, ſi eſt Clerici aliter videtur, vt* n. 11.

12 *Inuentarium ſi Clerici hæreditatis ſit, potius eſt, vt coram Clerico iudice fiat.*

13 *Commutatio vltima voluntatis, quando valet fieri iure ordinario ab Epiſcopo; fiet etiam à Capitulo; ſecus in caſibus, vbi iure ſpeciali competeret Epiſcopo, vt* n. 14.

15 *Capitulum Sede Vacante valet dare licentiam volenti Eccleſiam ædificare, ſecus vt donetur ius patronatus.*

16 *Monaſteria noua cum qua ſolemnitate erigantur ad Monachos, & Moniales.*

17 *Capitulum Sede Vacante; nequit dare licentiam, vt ædificentur Monaſteria Monachorum, & Monialium.*

tom.1.cap.71.n.10. Diana *p.8.tract.4.ref.24.* dixerunt etiam Capitulum succedere in potestate compellendi executores testamentorum, & ipsis negligentibus, proce-
5 dendi ad executionem illorum. † Sed in hoc de executione testamentaria aliter responderunt Bald. *decis.* 99. Riccius *collect.* 880. *vers. limita in casu*; vbi fuit dictum, quod facultas, quæ competit Episcopo exequenti vltimas voluntates defunctorum, non transit in Capitulum, eam decisionem notans ad textum *in dicto cap. Ioannes de testam.*

6 Et sic conueniunt in eo, quod potest Capitulum, Sede Vacante, compellere Executores testamentorum, vt pias defunctorum voluntates exequantur intra annum iuxta id, quod habetur *in cap. nos quidem de testam. in auth. hoc amplius, cod. de fideicommiss.* imo, & quod possit pauperes eligere, in quos hæreditas ad hunc vsum relicta distribuatur, vbi nulli curatores, vel executores vltimæ voluntatis sint dati, vel exequi eam non curent, vt in terminis Pauin. *d.p.2.quæst.7.* Calderin. *cons.10.de testam.* & protogare diem executionis, Domin. in
7 addit ad consilia Calderini *cons.* 3. *de offic.* † Item & hæreditatem Ecclesiæ legatam adire, quam tamen si Episcopus damnosam Ecclesiæ inuenerit, beneficio in integrum restitutionis repudiabit, iuxta quod dixi latè *sub cap.* 1. *in fine de præscript.* imo & quod pari ratione valeat Capitulum transigere, & compromissum facere, dixerunt etiam Azorius *dicta p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 39. *q.* 6. qui hæc omnia docet, & Diana supra, & ante illos Pauin. *dict.q.7.n.18.*

8 Imo & poterit Capitulum Sede Vacante compellere Religiosos piarum voluntatum exequutores ad reddendas administrationis rationes, Pauin. *dicta p.2. qu.7. nu.6.* Azor. vbi *sup.q.39.sub q.6.* Barbosa *in pastorali, dicta alleg.82.n.35.de Canonic. dict. cap. 42.n. 77. & sub eodem n. de iure Eccles. dicto cap.32.sub dicto num.77.* Diana vbi *sup.vers.*
9 *Religiosos.* † Et poterit exigere rationes ab administratoribus piorum locorum, Quaranta *in verbo Capitulum Sede Vac. vers. septimo,* Zerola *in praxi Episcopali, p.2.verb. Capitulum* §.9. Barbosa *alleg.75.p.3.in pastorali, n.161.* idem *de Canonic. dicto cap.42.n.78 & de iure Eccles. dict. cap.32.p.1.n.78.*

10 De insinuatione inquam testamenti, etiam videtur affirmatiuè respondendum in illis casibus, in quibus Episcopus, seu eius Vicarius queat, non obstante iudice laico; sed quia praxis quotidiana, & ordinaria in nostris Regnis sic procedit; vt licet testator sit clericus, talis insinuatio debeat fieri coram iudice laico, vt docent Couarruuias *in cap. si hæredes, n.3. de testam.* Gutierr. *in pract. 2.p.q.48.n.1.* & Regnicolæ per textum *in l.15. tit.1. lib.5. ordinam.* Barbosa, *in l. hæres absens ff. de iudiciis nu.* 147. & 190. & ego *in cap. fin. de foro comp. q.9.n.10.* † Tamen 11
quoties praxis obseruata sit, quod insinuatio de testamento Clerici queit fieri coram Ecclesiastico, vt senserunt etiam Couarrun. & Guttierrez *supra*, item & Molina Theolog. *de iustit. disp.150. col. penult.* quos retuli *dicto nu.*10. tunc reuera dando locum præuertioni inter laicum, & Episcopum, seu eius Vicarium, admittendam fore iudico inter Capitulum Sede Vacante, cum hoc tendat ad contentionẽ testamentariã.

De inuentario inquam sub distinctione 12
respondeo: nam si Clericus instituit hæredem Laicum confectio inuentarij, in quo adscribuntur bona defuncti, spectabit ad iudicem sæcularem, & non ad Ecclesiasticum, vt dixerunt Guido Papa, Aufr. Cassaneus, Rolandus, & Azeuedus, quos retuli *dict.q.9.n.9.& sub n.11.12.& 13.* Vbi probaui, quod si Clericus reliquisset hæredem Clericum, seu hæreditas adhuc iaceat, tunc reuera confectionem inuentarij pertinere ad Ecclesiasticum iudicem; nam quandiu hæreditas est iacens, repræsentat defunctum *per leg. hæreditas 34. ff. de acquirendo rer. Domin.* & per alia iura, quæ ibi adduxi, vbi *dicto n.12. & 13.* dixi etiam quoad bona, & priuilegia idem obseruari, & per hoc, mortuo, vel translato Episcopo, posse Capitulum facere inuentarium sine dubio dicendum est.

De commutatione inquam vltimæ vo- 13
luntatis, præsuppositis quæ scripsi *in cap. conquæstus 16. sub q.3. de foro comp.* dum egi, de quæstione illa: [an relicta Ecclesiis, vel aliis iustis modis acquisita, possint aliis vsibus applicari, vel in aliud opus pium commutari? & quid de minuendis missis, & anniuersariis.] Respondetur cum distinctione: nam si commutatio fieret iure ordinario per Episcopum, valeret inquam Capitulum in Sede Vacante illam facere.

Tamen quia negari non potest, quin iste 14
commutandi actus sit iurisdictionis Episcopalis per dicta sub relata *qu.3.* legenda, potius debemus admittere negatiuam sententiam, cum iste actus committendi vltimas testatorum voluntates, sit difficillimus, nec à Pontificibus facili negocio committatur Episcopis, de quibus multam confidit per ibi dicta; qua propter & si Diana *dicta p.8. tract. 4. ref.* 34. affirmando sub ea distin-

ctione admittat, Capitulum posse illas vl-
timas voluntates commutare, in casibus
inquam, quibus iure ordinario posset Epi-
scopus; non autem in illis, quæ speciali de-
legatione demandatæ sunt Episcopis. Ta-
men stabilius existimo sententiam nega-
tiuam esse in hoc casu profitendam, quam-
uis cum Moneta *de commutat. vltimarum
volunt. cap. 5. nu.* 427. Molina *de iust. tom. 6.
tract. 5. disp. 11. n. 5.* distinxerint idem Dia-
na, & Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. nu.*
101. *& de iure Eccles. dicto cap. 32. dicto num.*
101. cum Cucho *instit. moral. lib. 2. tit. 9. n.*
82. quod admitterem in casu aliquo neces-
sario.

15 Ad quartam quæstionis partem, an Ca-
pitulum Sede Vacante, possit dare licen-
tiam ad ædificandam Ecclesiam? & vide-
tur, quod non, suppositis, quæ docent DD.
in tit. de Eccles. ædificand. & ad effectum, vt
ædificans adipiscatur ius patronatus, nega-
runt Barbosa *de potest. Episcopi tom. 3. alleg.
71. n. 24. & 32.* Stephanus Gratian *discept. fo-
rens. cap. 303. à num.* 10. dicentes non posse
Capitulum præstare assensum donationi
iurispatronatus existimantes quod si de fa-
cto id faciat, præstare titulum coloratum
ad præscribendum *ex decis. Seraphini* 884.
n. 2. Tamen & si hoc verum sit potius est,
vt docent Lambertinus *lib. 1. de iure patron.
p. 2. art. 9.* Pauin. *de Potest. Cap. Sede Vacante
p. 2. q. 5. n.* 5. Nicolaus Garcia *de benefic. p. 5.
cap. 9. nu.* 79. Viuian. *in praxi iurispatronat.
p. 1. lib. 2. c. 1. n.* 12. Barbosa *supra alleg. 70. n.*
23. Diana *p. 8. tract. 4. res.* 54. posse Capitu-
lum Sede Vac. dare licentiam volenti Ec-
clesiam ædificare, vt acquirat in ea ius pa-
tronatus, eo quod talis facultas competat
Episcopis ordinario iure, Calderin. *de iure
patronat. cons.* 3. & iuxta hanc distinctionem
sunt intelligendi Pauin. Lambertin. & Gar-
cia, quos refert, & sequitur Barbosa *de Ca-
nonicis dicto cap. 42. n. 88. & de iure Eccles. sub
eod. n. cap. 32. p. 1.*

16 Ad quintam, an queat Capitulum Sede
Vacante dare licentiam, vt exigantur noua
Monasteria? & quia iuxta constitutionem
Clem. 8. quæ est 99. & incipit, *quoniam ad in-
stitutum anni* 1603. nequeunt erigi Mona-
steria quorumcumque Mendicantium;
quamuis adsit licentia Episcopi, nisi voca-
tis, & auditis aliorum conuentuum Procu-
ratoribus, & aliis interesse habentibus, &
causa cognita, & nisi aliorum detrimento
commodè sustentari possint; & si dicti Pro-
curatores nihil opponant, detur eis licentia
per Episcopum; & quod si exigatur, saltim
in eo viuant duodecim Religiosi, qui com-
modè, & congruè manu teneri, & ali pos-
sint iuxta aliam const. Gregorij, 15. quæ
vberius declarat, quæ est 31. incipit. *cum
alias* 12. Augusti 1622. quas referunt Che-
rub. Peirin. Laurent. de Franch. Riccius,
Nouar. Lezana, & Barbosa *alleg. 16. in pa-
storali n.* 7. & hoc idem procedere existi-
ment circa eligenda Monialium Monaste-
ria ex Sacra Congreg. Concilij: sub die 19.
Decemb. 1620. Lezana *in summa quæst. re-
gul. tom. 3. verb. Episcopus n. 4. in fine*, Tambu-
rin. *de iure Abbatum. disp. 33. q. 1. n. 4.* ideo in
nostro puncto respondeo, cum Sellio *in se-
lectis Canonic. cap. 18. n. 12. ex Congreg. Concil.
die 19. Ianuary* 1633. & Diana *dicta p. 8.
tract. 4. res. 68.* † non posse Capitulum Sede 17
Vacante, nec eius Vicarium Capitularem
concedere licentiam ædificandi Monaste-
ria; & si DD. citati tantum loquantur de
Vicario Capitulari; eo quod hic ædifican-
di actus exposcet maturitatem Episcopi.

Ad sextam quæstionis partem, an tenea- 18
tur soluere debita Episcopi defuncti ex
fructibus Episcopatus? & præmissis, quæ in
pluribus quæstionibus dixi *sub cap. quia V.
de iudic. & ibi sub quæst.* 16. quatenus egi de
illis dubiis, an Prælati successor teneatur
ad pensiones decursas tempore sui præde-
cessoris? & quid in aliis beneficiis? & quid
de Capitulo percipiente fructus? est de ca-
su nostri Capituli Austuricens. *à n.* 8. iam ad
difficultatem in puncto iuris respondetur
affirmatiuè; eo quod Capitulum Sede Va-
cante est administrator rerum Episcopa-
tus; & quia succedit in omnibus, ac si vi-
ueret, exceptis reseruatis. Vnde videtur, vt
teneatur soluere debita Episcopi defuncti
ex redditibus Episcopatus, residuúmque
Episcopo futuro custodire *in cap. quia sæpè
de elect. lib. 6. cap. præsenti 9. de Offic. ord. dist.
lib.* 6 & ibi glossa *verbo solutis debitis*, Qua-
ranta *in summa Bullar. verb. Capitulum Sede
Vac. §. prædicta*, Azeued. *in l. 6. tit. 2. lib. 1. re-
cop. à n. 4. & 19.* Barbosa *in pastorali allegat.*
114. *p. 3. n.* 8. Zerola *verbo beneficia, vers. ad*
6. Boërius *decis.* 340. Gama *decis. 313. n. 1. &
4. & dist. 340. n.* 2. Cardoso *verb. bona n. 29.*
Fuscus *de visit. tit. 2. cap. 7. n. 9.* Garcia *de be-
nefic. 2. p. cap. 1. à n.* 89. Thesaur. *decis.* 143. † 19
Et ob id cum succedat Episcopus, teneatur
soluere salarium, quod debetur Episcopo
pro regimine vsque ad tempus (fiat) Spe-
culator *lib. 1. tit. de actore §. 1. nu. 64. & l. 2. tit.
de fructib. & interesse §. 1. n. 15. & lib. 4. tit.
de statu Monachor. n.* 64. Bart. *in l. diuortio ini-
tio ff. soluto matrim.* eo quod fructus sunt
accessorij beneficio, qui semper debentur
Prælato pro tempore, quo seruiuit, *cap. non
licet*

licet 2. cap. Episcopus. 45. cap. cum secundum 16. cap. dilecto filio 25. de prebend. & ita docent fuisse sententiatum, non obstante contradictione Diana *p.8 tract.4. res. fin.* & ante eum Themudo. *tom.1. decis.48. à num.6.* videndi.

20 Ad vltimam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante valeat iudicare de rebus pertinentibus ad Episcopatum? & respondetur negatiuè; quia & si Capitulum succedat Episcopo in nudo exercitio iurisdictionis Episcopalis, sed non quando verteretur quæstio super proprietate alicuius certi iuris, seu iurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non? quod Capitulo denegatur, propter præiudicium, quod posset futuro Episcopo generari, cum tunc Ecclesia careat legitimo defensore *per cap. fin. ne Sede Vac.* sine quo nequit processus sustineri *per cap. constitutus eodem cap.1. eodem*, sicut processus minorum sine curatore *ex l. acta §. vltimo ff. de re iudic. glossa fin. in dicto cap. 1. ne Sede Vac.* declarant enim iura Canonica acta esse nulla ex defectu legitimi defensoris, Themudo *vbi supra*, & Diana *dicta res. fin.* qui in terminis docet *dict. tract. 4. p.8. res. 10.* ego *in cap. & si Clerici 4. de iudiciis*

21 *§. de adulteriis q. 20. n. 3.* † Vbi quod expectandus est nouus Prælatus, si causæ ratione obiti, non possunt tractari, eo tempore, quo sedes Episcopalis vacat, vt contingit in rebus spectantibus ad iura Episcopalia, vel ad speciale commodum Prælati, vt quæ monentur super feudali, vel aliæ similes.

22 Et exemplificans idem Diana *dicta res. 10. cum Panormitano in cap. verum n. 12. de foro comp.* veluti si contenderetur, an aliquis, sit subiectus, an exemptus? item an talis locus sit de Diœcesi, vel non, iuxta praxim, de qua dixi latissimè *sub cap. pen. de prob.* & similiter si dubitaretur, an aliquod beneficium sit de iurepatronatus, vel pertineat ad meram collationem Episcopi? Et in tantum procedere, quod nequeat Capitulum in Sede Vacante prosequi tales causas, etiam cæptas antè mortem Episcopi; propter quod dixit Pauin. *de Potestate Capit. Sed. Vac. p.2. qu. 9.* & DD. *in dicto cap. fin.* non posse eas prosequi à Capitulo, sed esse spectandum nouum Prælatum, & vt dixi *in dicto §. de adulteriis d. q. 20 sub dict. num. 4.* & hoc non solum si causa concernat plenum præiudicium, sed etiam aliquale, & etiam si agatur extraiudicialiter, vt si intercedant partes de ea compromittenda, siue transigenda, vt dixit Felicianus de Vega *sub c.7. de foro comp n.8. & 9.* cum multis.

Quare optimè dixerunt etiam, quod 23 mortuo Episcopo, nihil debet à Capitulo innouari in iis, quæ ad ius Ecclesiæ, vel Episcopi pertinent, cum non sit, qui Episcopale ius tueatur *ex dicto c. 1. ne Sede Vac.* Barbosa *de Canonic. cap. 42. nu. 135. & de iure Eccles. c. 30. p. 1. eodem nu.* inferens ex Panormitano *in cap. cum olim de maiorit. & obed.* non posse 24 Capitulum præscribere potestatem, quam pro Episcopo Sede Vacante exercuerit in his, in quibus de iure communi non succedit; non enim (ait) valet consuetudo quod Capitulum Sede Vacante exerceat ea, quæ ei à iure communi non permittuntur: *argum. cap. 1. cap. de quarta de præscript.* ad quæ applicabis hic quæ dico *infra q. 17. vers. ad vltimam.*

QVÆSTIO XVII.

An Capitulum Sede Vacante, possit concedere statuta pro tota Diæcesi, aut quoad ipsum tantum? 2. Aut reuocare imposita ab Episcopis? 3. Et quid valeat statuere circa distributiones? An possit Capitulum Sede Vacante Charitatiuũ subsidium exigere? 4. Seu teneatur Elẽmosinas impartiri, ad quas tenebatur Episcopus? 5. An Capitulum Sede Vacante, seu eius Vicarius possint ponere multas pecuniarias, seu remittere pænas per Episcopum impositas? 6. Et an Canonici possint occupare vacuas Sedes Dignitatum? 7. Et an Cardinales, mortuo Pontifice, possint leges, & statuta concedere, & alia iurisdictionalia facere?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante, potest condere statuta pro bono regimine Diæcesis, si necessitas vrgeat, & sint Capitulariter facta,*

cta, vt n. 2. 3. & 4. quod nunquam in praxi vidi, vt n. 5. statuta pro pertinentibus ad Capitulum, queit idem statuere, vt n. 3.

4 *Statuta à Capitulo edita, possunt reuocari ab Episcopo successore, sicut & alia sui antecessoris.*

6 *Capitulum circa distributiones quotidianas nequit statuere.*

7 *Capitulum nequit habere pro præsentibus Dignitates, & Canonicos, qui nunquam residentiam fecerant.*

8 *Charitatiuum subsidium queit Capitulum Sede Vacante, & procurationes recipere, sed nequit statuere, vt in futurum ex parte minuatur, vt n. 9.*

10 *Capitulum Sede Vacante non potest aliquid extrahere de his, quæ iure Episcopo conueniunt.*

11 *Eleemosinas, ad quas Episcopus tenebatur, potest Capitulũ Sede Vacante impartiri.*

12 *Multas valet imponere Capitulum Sede Vacante, applicando eas piæ causæ, sicut Episcopus, vt n. 13.*

14 *Valentina Ecclesia habet, vt Canonici valeant occupare Sedes vacuas Dignitatum, & nu. 15. & qualiter intelligatur, n. 16.*

15 *Canonici Regnorum Castellæ, & Legionen. habent posse occupare Sedes vacuas Dignitatum absentium à choro, & Portionarij idem possunt, Canonicis, etiam absentibus, vt n. 16.*

17 *Cardinales, mortuo Papa, non valent statuta pro regimine facere, n. 24. etiam prouisiones, & ordinationes, confirmare, mutare, & de nouo eligere Officiales, administratores deputare, & iudicare Papam intrusum, & alia, n 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

23 *Cardinalium Collegium videtur posse dare reuerendas pro ordinandis.*

24 *Cardinales solum valent quæ ad electionem Pontificis spectant.*

25 *Constitutiones Pontificum, nequeunt in Sede Pontificali Vacante, emendari, aut auferri per Cardinales.*

26 *Cardinales mortuo Pontifice valent intra Curiam nonnullos Officiales nominare, sed valent nuncios à Papa missos reuocare, sed non alias iurisdictiones facere nisi in periculo imminentis necessitudinis.*

1 AD primam quæstionis partem, quia iam sub *Rub. de constitut.* egi de illa quæstione an Capitulum, Sede Vacante, habeat potestatem condendi leges pro tota Diæcesi, aut factas abrogare, vbi postquam retuli ex Felino, Maldero, Pasqualigo, Salas, & Arriaga, negatiuam sententiam cum infinitis, probaui contrarium, & item *ibi ex vers. hinc sequitur*, affirmaui de potestate eas abrogandi *q. 11. à n. 1. & à n. 11.* Vbi leges ad plura; & enim talis facultas dicitur ad Capitulum pertinere propter necessitatem, quam sæpè sæpius habent Diæceses, vt illa statuta condantur pro bono regimine. Et ob id breuiter dico, vt possit Capitulum in Sede Vacante condere statuta, quæ obligent totam Diæcesim, quæque durare debeant, etiam tempore Episcoporum succedentium, vt tenuerunt Pauin. *de Potest. Capit. Sede Vac. p. 1. q. 6.* Sbrozius *de Officio Vicarij lib. 2. q. 187. n. 5. &* 6. Calderin. *cons. 2. de constit.* Zerola *in praxi Episcopi. 1. p. verb. Capitulum* §. 15. Cardinal. Tusch. *in pract. tomo 1. littera C, conclus. 53. n. 1.*

Quod intelligerem, vt *sub d. q. 11. in Rub.* 2
de constit. si necessitas vrgeat condendi leges, & statuta pro Diæcesi. Item & si talia statuta sint Capitulariter facta super re concernente augmentum cultus Diuini, & seruata debita forma, vt docent idem Tuschus *d. n. 1.* Barbosa *de Canonic. c. 42. n. 73. &*
de iure Eccles. eod. n. † *sub c. 32. p. 1.* Marcell. 3
Vulpeius *in praxi iudic. Eccles. c. 44. n. 16.* Vbi intelligit in pertinẽtibus ad ipsum Capitulum, puta, qualiter debeat congregari, vel distributiones diuidi; & Quaranta *in verbo Capitulum Sede Vac. vers. quarto quæro*, vbi intelligit, dummodo sint iusta, & salubria, secus vero si tendant in præiudicium Ecclesiæ, vel mensæ Episcopalis, Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 37. q. 1.* Moneta *de distribut. quotid. p. 2. qu. 13. nu. 24.* Molina *de iust.*
tract. 5. disp. 11. n. 7. † Vbi addit, quod qui- 4
cumque Episcopus in eo Episcopatu succedens, poterit illa reuocare, sicut & reuocare poterit quæcumque alia cuiusuis alterius Episcopi sui antecessoris, Ferentil. *ad decis. Burati 758. à n. 11.* videndus, iuxta quas declarationes, addo, intelligi debere illa, quæ tam de condendis legibus, quam de abrogandis, dixi *in dicta Rub. q. 11. à n. 1.* & sic Riccius *collect. 880. vers. amplia secundo* cum Paponio, *l. 1. arrecto* 3. dixit, vt possit Capitulum condere statuta, super spectantibus ad ipsum; & de hoc sæpius vidi intra Capitula Austuric. & Vallisolet. etiam Sede
plena, † sed nunquam ea vidi condita fore 5
pro tota Diæcesi, aut quæ valerent obligare Episcopum futurum; & ita practicari, & si Barbosa, quando Sedes vacat admittat vbi *supra sub n. 75.* posse Capitula condere statuta, quæ obligent totam Diæcesim; secus in Sede plena, cum Abbate,

Butrio,

Butrio, Felino, Beroio, Benedicto, Capra, Rota, & Farinacio.

6 Ad illud inquam de statuendo circa distributiones quotidianas, breuiter dico, non posse Capitulum Sede Vacante statuere super illis, nec Sede Plena sine Episcopo, vt dixerunt Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 15. n. 26. vltim. edit.* idem Barb. *dicto cap. 42. de Canonic. n. 74. & de Iure Eccles. eodem n. 3. dicto cap. 30. p. 1. & in pastorali p. 3. allegat. 53. n. 139.* qui & refert *alleg.*

7 *61. n. 14. dict. p. 3.* † Vt Capitulum non possit habere pro præsentibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & fidei professionem, nondum emiserunt, vt tenet Nicolaus Garcia testatus sic fuisse declaratum à Sacra Congreg. *p. 3. de benefic. n. 32.* idem Barbosa *de Iure Eccles. dicto cap. 32. n. 75. & de Canonicis dicto cap. 42. d. n. 75.*

8 Ad secundam quæstionis partem, an possit Capitulum Sede Vacante charitatiuum subsidium exigere? Et suppositis quam tractant DD. de hoc charitatiuo subsidio, idem & de procurationibus recipiendis ab Episcopo, aut eius Visitatore *sub titulo de censibus*, de quo etiam tractarunt Barbosa *in pastorali tota alleg. 82. p. 3.* Vbi ponit Bellencin. Quarantam, Remigium, Pauinum, Dueñam, Meroch. Nauarr. Sayrum, Azor. Zenedum, & alios de hoc charitatiuo scribentes: breuiter respondeo affirmatiue cum Azorio *inst. mor. p. 2. lib. 9. cap. 14. quæst. 5.* cum Diana, *p. 8. tract. 4. res. 54. vers. nota posse*, Capitulum Sede Vacante hoc charitatiuum subsidium exigere, & in Visitatione sic moris habent quæque Capitula, aut Visitatores per ea, per glossam *in Verbo aliunde in cap. cupientes §. ad hæc de elect.* Vbi Ioan. Monach. *quæst. 7.* Azor. *infra quæst. 5.* Barbosa cum Bell. *dicta alleg. 87. n. 13.*

9 Quod vero negant DD. est, quod possint Capitulum, & Canonicorum Collegium Sede Vacante, statutum condere, quo tale subsidium in futurum ex parte minuatur; nam quamvis possit, vt dictum est hic *à num. 1.* statuta ponere, cum hoc sit Iurisdictionis, & Sede Vacante succedat Episcopus in his, quæ sunt Iurisdictionis, modo dicto *supra q. 1. 2. 3. & 4. ex cap. his quæ,*

10 *cap. cum olim de maiorit. & obed.* † Tamen non inde posse statuto suo, aliquid detrahere ex his, quæ Episcopo de Iure conueniunt, cum hoc esset Episcopalia iura minuere, quod non admittitur per dicta hic, & *sub q. præced. in fine*: ita docent idem

D. Fermosin. de Potest. Cap. Sede Vac. R

Azor. vbi *supra q. 7.* Diana *in dicto vers. nota*, Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. n. 83. 84. in fine, & de Iure Eccl. cap. 30. eodem num. in fine & in pastorali p. 3. alleg. 87. num. 14.* cum Bellencino *quæst. 45.* & Azor. *supra cap. 14. quæst. 7. vers. item Canonicorum: ad alia de hoc subsidio; item procuratione Cathedratus; & quarta*, DD. *per textum in cap. an quarente 16. de Officio ordin.* Vbi aliqua notat Barbosa.

Ad tertiam, an teneatur Eleemosinas impartiri, ad quas tenebatur Episcopus, & affirmatiue respondent Themudo *tom. 1. decis. 75. num. 9.* cum Calderino, & Tuscho, vt refert, & videtur sequi Diana *d. p. 8. tract. 4. res. fin. in fine, vers. qui etiam.* 11

Ad quartam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante, seu eius Vicarius possint mulctas imponere, seu remittere pœnas per Episcopum impositas? Et ad primum postquam Diana *p. 10. toto tract. 8.* egit de illa quæstione, an Episcopi possint imponere pœnas pecuniarias affirmatiue respondendo per textus *in cap. dilectus de offic. ordin. cap. si vos 2. 23. q. 5. cap. cum sit nimis §. vltimo de Iudæis* vt docent communiter DD. sicut Corneus *consil. 19. lib. 2. per totum*, cum multis Farinac. *tom. 1. crim. q. 195.* Iul. Clar. *lib. 5. q. 80. n. 5.* & alij, quos adducit Barbosa *de potestate Episcopi p. 3. alleg. 107. n. 16.* Mauritius de Alcedo *de præeminentia Episcopor. p. 1. cap. 12. n. 90.* Diana, vbi supra *sub res. 9. in vers. verum*, qui scribit posse Episcopos pœnas pecuniarias imponere, etiam laicis ex delictis mixti fori, quia ex talibus delictis Ecclesiasticæ Iurisdictioni se subjiciunt, vt *in c. statutum 16. q. 1. & cap. quisquis 17. q. 4.* Abbas *in cap. licet de pœnis*, Farinac. *dicta q. 19. n. 51.* & alij contra vice-Regentem in pragm. Regni Sardiniæ *tom. 2. tit. 7. cap. 6. n. 7.* Alced. & Diana, *vbi supra* qui *res. 3.* explanat Iura, quibus contraria doctrina suadetur, & idem Alced. *dicto c. 12. p. 1. n. 7* quæ sunt *cap. pauper. 11. q. 3. c. in ipsis 50. dict. cap. 3. de pœnis, cap. irrefragabilis §. fin. de offic. ordin. & cap. vt Clericorum de vita, & honest. Cleric.* ex eo, quia homines delinquunt non pecunia, *vt in §. oportet coll. 3. de mand. princip.* vt dixerunt Segura de Abalos *p. 2. cap. 10. per totum*, Alfaro *de Officio fiscali glossa 9. n. 9.* quatenus dixit Episcopum non habere fiscum. 12

Sed quia praxis est in contrarium, vt latius alibi explanaui, præcipue si iuxta Trid. *sess. 24.* hodie pœnæ applicentur piis locis, *c. 3.* nūc ad difficultatē etiam ex natura Iurisdictionis contentiosæ, dictam de Episcopo, & 13

de

de Capitulo, Sede Vac. dici, vt etiam alibi dictum est, & de eius Vicario, vt docent Paul. Schillante, *de obligation. & priuilegiis Episcopor. p.1.c.28.n.9.* cum Prospero de Augusta, & Merolla, Diana *vbi supra res.* 10. dicentes applicationem prædictam statim fieri posse a Vicario Capituli, iuxta dispositionem Concilij Trid. *in dist. cap. 3. sess. 24. de reform.* fuisseque pluries obseruatum incuria Archiep Neapolit. cum Episcopi Iurisdictio ad Capitulum transeat *ex cap. vnico*, & ibi Glossa *de maiorit. & obed. lib. 6.* docent etiam Riccius *tom. 2. decis. 289. per totam*, Gemuensi. *in praxi Archiep. cap. 69. n. 4.* Prospero de Augustino *in addit. ad Quarantam, verb. Capitulum, vers. prædicta restringo*, & Merolla *to. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 21.* qui *in fine* docet emolumenta, quæ proueniunt ex pœnis pecuniariis tempore, quo vacat Sedes Episcopalis, esse applicanda locis piis iuxta dispositionem *dicti cap. 3. Trid.* & hanc applicationem posse fieri statim, à Capitulo.

14 Ad quintam quæstionis partem, an Canonici possint occupare vacuas Sedes Dignitatum per illationem *ex dictis in hoc tractatu inferendo*, quia iu Cathedrali Valentina casus discussus fuit, & definitus cum Præpositis illius Ecclesiæ; Etenim in illa Ecclesia, est statutum, quod Canonici, Sedes vacuas, Dignitatum valeant occopare, & quia quodam priuilegio idem concessum esset Præpositis, dubitatumque fuerit de vtrisque, Diana recolligens *p. 7. post finem decis. 4.* quæ incipit *dum lata ex Sacra Rota coram R. P. D. Verospio*, concludit pro affirmatiua sententia; quia cum Præpositi in ea Ecclesia fuissent Canonicis comparati ex Sixto Quinto in limine erectionis, qui illis attribuit easdem prærogatiuas, præeminentias, ac priuilegia, quibus tam ex iure communi, quam ex particularibus constitutionibus illius Ecclesiæ Canonici fruebantur, & Canonici dictæ Valentinæ Ecclesiæ occupare valeant dictas Dignitatum Sedes vacuas, si à cho-

15 ro absentes sint. † Et hoc idem, saltim vsu inueterato, in reliquis Hispaniæ Cathedralibus contingat, sequitur dicendum, vt in absentia Dignitatum Canonici iuxta propriam antiquitatis sessionem in choro valeant ascensionem facere de propria Sella ad Sellas vacuas Dignitatum absentium à choro, quod communiter sine discordia vsitatur; dum tamen adueniente Dignitate, Canonicus

16 sedem eius occupans retro reddat. † Et sic deficientibus, siue absentibus Dignitatibus, & Canonicis, idem vsitari respectu Portionariorum palam est in Ecclesiis, in quibus æquales Sellæ subsequuntur illis post Canonicos, sicut & in dicta Valentina practicatur cum dictis Præpositis, & si raro id in Portionariis contingat: alia plura congerit de iure dicta decisio Rotalis, quæ respondet ad obiectum in *vers. non obstat*; quod & si Dignitates habeant certas Sedes ibique assignatas non inquam occupandas à Canonicis; hoc inquam procedere, dum Dignitates præsentes adsint in choro, non si absint: alia refert videnda idem Diana ex doctrina Baldi, Alex. Castrensis, Capræ, Deciani, & ex aliis dictis Rotæ, & ex eo inquam, quia iuxta dispositiones iuridicas stallum in choro, non comprehenditur sub actibus Capitularibus, vt notauit glossa *in Clem. vt y de etate, & qualitate ordin. in verb. Capit.* Vbi etiam Abbas *n. 6.* Anchar. *num. 3.* Cardinalis *num. 14.* Rota coram R. Vrgoben. *decis. 198. num. 3. & in Valent. præeminent.* 19. Nouemb. 1640. coram bonæ memoriæ Coccino, & 21. Martij 1641. coram bonæ memoriæ Pirouano.

Ad vltimam quæstionis partem, an Cardinales, mortuo Pontifice, possint leges, & statuta condere, & alia Iurisdictionalia facere? pro affirmatiua sententia facere videntur iam adducta *à n. 1. de Capitulo in Sede Vac. à maioritate rationis*: nam si mortuo Prælato vniuersa Iurisdictio residet penes collegium *ex cap. is qui de maiorit. & obed. cap. cum olim eodem*; sequitur vt cum Iurisdictio Cardinalium, eo mortuo, maneat in Cardinalium Collegio, vt coudere statuta, & leges valeant in eo interim. † Et sic videmus Dominos Cardinales, mortuo Pontifice, posse, vbi immineret periculum alicuius loci, vel Iurisdictionis Ecclesiæ, aut rei similis facere quascumque prouisiones, & ordinationes necessarias, pro reparatione; imo & imponere pœnas pro coërcendis flagitiis, sceleribus, & seditionibus, ac seruanda quiete, & obedientia, tam corporales, & temporales, quam etiam spirituales, veluti anathematis, & similes. † Item quod ad eundem finem possint confirmare, mutare, & de nouo eligere, & creare quoscumque Officiales, etiam Gubernatorem Vrbis, tam vltra pontem, quam citra, & alios ministros pro regimine status Ecclesiæ. † Imo & deputare administratores, vt facilius expediantur ea, quæ imminent pro electione. † Item & iudicare Papam intrusum, dum ipsi vacant electione legitima; quia 17 18 19 20 21

quia hoc concernit negotium ipsius electionis, & ab alio Iudicari non poteſt per
22 illa, quæ dixi *ſub cap.1. de Iudic.* † idemque videtur dicẽdum de aliis caſibus ſimilibus, quia mens Pontificis in dictis conſtitutionibus fuit non derogare neceſſaria, ſignanter, ea quæ poſſunt retardare negotium electionis; & ita per hæc, & alia, quæ dixi *de poteſt. Card. ſub Rub. de Officio Archipresbit. q. 2.* poſſunt affirmatiuam ſequi, Manfrad. *de Cardinalib. decis. 6. Archidiac. in cap. cum conſtitueretur 50. diſt. in fine*, Alban. *de Cardinalib. q. 42. in fine*, Bartol. *in l. vbi abſunt n. 3. de tutelis, & curator.* Iulius Labor. *variar. lucu-*
23 *brat. tit. 3. cap. 3. à n. 27.* † Et ob id notauit Diana *p. 5. tract. 2. de Cardin. reſ. 9. in fine*, cum Maiolo, & Salzedo, item, & Sanchez *in opuſculo tom. 2. lib. 3. cap. 1. dubio 20. n. 39.* vt Vacante Sede Apoſtolica, non videatur prohibitum Sacro Cardinalium Collegio, dare Reuerendas, quia Trid. *ſeſſ. 7. cap. 10.* non videtur illius Sedis Vacantis Iuriſdictionem limitare.

24 At fortiter communis Doctorum negat poſſe collegium Cardinaliũ condere leges, ſiue ſtatuta, & alia Iuriſdictionalia facere: ita Panormit. *in cap. cum te n. 12. & ſeq. de re Iudic.* vbi Felin. *n. 11.* Anton. de Butrio, & Imola *in cap. tranſlato de conſtitut.* Sebaſtian. de Medicis *deleg. p. 1. q. 10.* Salas *eodem tract. diſp. 8. ſect. 8.* Moneta *de commut. vltimar. volunt. cap. 5. q. 6. n. 188.* Baldello *tom. 1. lib. 5. diſp. 7. n. 10.* Sebaſtian. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſtica Hierarchia p. 1. diſp. 2. § 6. n. 1.* Merolla *tom. 2. diſp. 4. cap. 4. dub. 4. n. 18* Azor *inſtit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 3. q. 1.* Laudens *de Cardinal. q. 74.* Campanillus *in diuerſ. Iuris Canonic. Rub. 7. cap. 6. à n. 76.* & alij *per Clem. ne Romani de elect. in verbis ibi: irritum, aut inane decernentes quidquid poteſtatis, aut Iuriſdictionis ad Romanum Pontificem, dum viuit pertinentis cœtus ipſe duxerit exercendum*, & quod ſolum ibi illis conceduntur quæ continentur *in cap. vbi periculum de electione lib. 6.* vbi nihil aliud eis conceditur, quam ad electionem Pontificis, & ad defenſionem Eccleſiæ, & quibus obuiandum imminentibus periculis ſpectant, & quod de reliquis potius dicitur ibi quod in nequaquam de aliquo negotio intromittant, & facit pro hac communi diſpoſitum hoc conſtit. Pij V. quæ incipit *in eligendis*, de qua Scortia Idibus Octobris 1562. Romæ, Barboſa in *dicta Clem. ne Romani n. 1. & 2.* etiam in Lapo, Zabarella, Paulo de Eleazar, Bonifacio de Vitalinis, Viuiano, Alagona, Caſalio, & Gimenez.

25 Quare *ex dicta Clem. ne Romani in verſ. modificari* poſſit corrigi? Notant Barbaria *conſ. 1. n. 1.* Henrich. Boich. *de ſimonia p. 3. n. 124.* Manfred. *decis. 261.* Iulius Labor. *variar. lucubrat. tit. 3. cap. 3. n. 10.* quod per Collegium Cardinalium Sede Vacante, non poſſunt corrigi, immutari, vel moderari conſtitutiones ſummorum Pontificum, nec eis quidquam addi, vel detrahi, præſertim circa illa, quæ de electione futuri Pontificis diſponunt. † Et quamuis poſſint *per § eo tamẽ* pro tempore vacationis, mortuis Camerario, Pœnitentiario, & aliis nonnullis officialibus intra Curiam nominare pro illis Officiales, ſed non extra; & ſic nec Nuncios ſemel à Papa nominatos, & miſſos reuocare vt ex Iulio Laborio, & aliis dicit Barboſa *ſub n. 5. & 6. & à n. 11.* qui *n. 23.* dicit Officia omnia ſuſpendi, præter expreſſa in Vrbe Romana, Sede Apoſtolica Vacante vſque ad electionem noui Pontificis, vt obſeruarunt idem Labor. *dicto cap. 3. à n. 51.* Petr. Barboſa *in l. quia tale n. 84. ff. ſoluto matrim.* de quibus amplius dixi, & de dicta poteſtate Cardinalium *ſub dicta Rub. de Officio Archipresb. & de Officio Primary*, & aliis. 26

Quæ omnia confirmantur ex his quæ adduxi *de Officio Archipresbyt. q. 2. n. 21.* dum probaui cum Companilo Iulio Laborio & *ex d. Clem. ne Romani ex conſtit. Py IV.* Cardinales nihil Iuriſdictionis exercere poſſe Sede Pontificia Vacante niſi incidenti tali vrgenti neceſſitate quod eos opporteret de terra ipſius Eccleſiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere, vel niſi aliquod tam graue vel tam imminens periculum immineret, quod omnibus & ſingulis Cardinalibus præſentibus videretur illi celeriter occurrendum. 27

QVÆSTIO XVIII.

An Capitulum Sede Vacante, poſſit de delictis extra Viſitationem, contra certas perſonas inquirere, 2. Aut facere alium carcerem, pro illis puniendis in cognoſcendis, 3. Et aſſignandis congruis? 4. In licentia præſtanda Clericis curam animarum habentibus ad ſtudia peragenda, ſicut poteſt Epiſcopus; 5. Ac in aliis caſi-

bus huiuſcemodi, attenta Iuriſdictione contentioſa, aut tantum voluntaria?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante poteſt extra Viſitationem de delictis ſubditorum inquirere.*

2 *Capitulum Sede Vacante nequit facere carcerem diſtinctum ab Epiſcopali.*

3 *Congruam poteſt Capitulum Sede Vacante aſſignare, & de ea cognoſcere.*

4 *Capitulum Sede Vacante, & ſi de Iure valeat dare licentiam eundi ad vniuerſitates, ſtudere volentes, Parochos hodie iam non, vt* n.5. *ſecus in aliis beneficiatis, vt* n.6.

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ de Viſitatore dicta ſunt ſupra *ſub q.* 13. *à n.*1. breuiter reſpondetur cum Rota *deciſ.* 166. *n.*2. *p.*1. poſt Farinac. *aliàs p.*3. *recentior. &* cum Barboſa *de Canonicis cap.*42. *n.*102. *verſ. trigeſimo primo eadem de Iure Eccleſ. p.*1.*cap.*32 *ſub eodem verſ. & numero*, Federico de Senis. *conſ.*16. *n.*1. *in fine*, ex doctrina Bonifacij *in Clem.* 1. *n.* 177. *de hæret.* poſſe extra viſitationem de delictis inquirere contra certas perſonas in puniendis delictis, criminibus, exceſſibus, & reformandis moribus, quia Capitulum idem poteſt, ac Epiſcopus in Sede Vacante.

2 Ad aliud de carcere, reſpondetur, negando poſſe Capitulum Sede Vacante facere alium carcerem ſuum proprium pro dictis malefactoribus puniendis: ita idem Barboſa, *vbi proxime dicto verſ.* Molina *de Iuſt.tract.*5.*diſp.*11.*n.*10.*in fine*, & ratio eſſe poteſt, quia cum Capitulum ſuccedat in Iure Epiſcopali, ſicut ille vtebatur, ita & Capitulum, & ſic nec in carcere ab eo nouandum, ſingularitatem parturiendo; debet inquam contentum eſſe eo carcere pro puniendis dictis malefactoribus quo vtebatur Epiſcopus.

3 Ad ſecundam partem, quid in cognoſcendis, aut aſſignandis congruis, & repetito hîc, quod dixi de congrua aſſignanda Vicario Parochi *ſub tit.de Officio Vicarij in cap.* 3.*q.*1. *ex n.*36.*ad num.*40. & alibi, iam breuiter affirmatiue reſpondeo, vt quemadmodum poteſt cognoſcere de dubio congruæ aſſignandæ; item & de conſtituendas ita & Capitulum Sede Vacante, vt cum Rebuffo *in tractatu de congrua portione n.*57. docet Barboſa *de Canonic.n.*93. idem *de Iure Eccleſ. cap.*30. *p.*1. *ſub eodem n.* de quo dixi nonnulla *ſub cap.* 3. *de Officio Vicarij quæſt.* 3. *circa finem*; & *alibi* longius.

Ad tertiam quæſtionis partem, viſis 4
quæ ſcribunt DD. *in cap. ſuper ſpeculo, de Magiſtris*, & quæ *in eo tit.* notauimus, nunc etiam breuiter, vt quemadmodum Epiſcopus poſſet dare licentiam Clericis animarum curam habentibus, ad ſtudium ire volentibus, Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Capitulum* §. 2. ſic & Capitulum, eo quod hoc in Iure cauetur. Sed quia iam hodie per Trid. hoc uon ſic efficitur, vt agnoſcunt DD. *per cap.*1. *Trid. ſeſſ.* 5. Vbi Barboſa *num.* 61. *&* 62. cum Nicolao Garcia *p.* 3. *cap.*2. *num.* 84. & idem *de Officio Parochi cap.*8. *num.*27. docet, vt quamuis ante Trid. ea licentia ab Epiſcopis præſtaretur, idem Garcia, *n.*82. *&* 83. idem Barboſa *in paſtorali alleg.* 56. *num.* 29. & in Trid. *n.*59. *&* 60. Vbi quod talis licentia, illis non ſuffragaretur vltra quinquennium impetrata, à die, quo ſtudere iuceperiut, vt refert deciſum idem Garcia *n.*101. Leſſius *de Iuſt. lib.*2. *cap.*34 *dubio* 29. *n.*163. *in princ.* & ipſe Barboſa cum Sanctarello, Armendar. & Moneta *dicto n.*60. *& dicta alleg.*56.*n.*31. † Tamen quia iam Parochiales 5
Eccleſias aſſequuturi per concurſum, præcedente examine, intitulantur, nec alij admittuntur, niſi qui per concurſum magis idonei fuerint iudicati ex eodem Garcia *dicto cap.*2.*n.*81. Barboſa *in dicto cap.*1. Trid. *n.*61. *in fine*, ideo optimo Iure fieri, vt non liceat Parochis cauſa ſtudiorum à ſuis Parochialibus Eccleſiis poſt Trid. abeſſe, nec Epiſcopis ad id illis licentias coucedi; ſic vt, ſi conceſſæ fuerint, non ſuffragentur, Nicolaus Garcia *dicto cap.*2. *num.*81. *in addit.* vbi etiam ait deciſum Parochialis poſſeſſionem, non poſſe denegari habenti Cathedram in vniuerſitate pro interpretando Iure Canonico; quia ſi non reſidet, poterit poſtea puniri; refert Garcia *in dict. Trid. n.* 62. *in fine*, qui & *n.*61. *in princ.* ait Parochiales Eccleſias obtinentibus poſt Trid. Concil. non dari licentiam ſtudendi, ac in abſentia ſtudiorum cauſa percipiendi fructus.
† Et ſic ſolum poſſe ſuſtineri in aliis præter 6
Parochos credendũ eſt, in quibus ſicut per Epiſcopos, ita per Capitulares licẽtias præſtari; vt inſinuant idẽ Barboſa cũ multi, *ſub dicto n.*59. *&* 60. Trid. & iuxta ſcribentes in *cap. tuæ fraternitatis de Clericis non reſident. & cap. cum ex eo de elect. lib.*6. & ex Pio IV. *in ſua conſtit.* incipit *Sanctiſſimus* ſub die 24. Nouemb. 1564. Garcia *dicto cap.*2. *num.*82.

Barboſa

Barboſa cum Moneta *ſub dicto n.* 59. dum ait vt ſi operam litteris daturi ſint minores 30. annis, & velint in publico, celebrique Gymnaſio Theologiæ, vel Sacris Canonibus ſtudere, teneri ordinarium licentiam concedere, vt dixit idem Garcia *ſupra n.* 82. *&* 86. idem Barboſa in *dicto n.* 59. *in fine* cum Armendar. *& d. alleg.* 56. *n.* 29. quod durat, ſi reſidendi neceſſitas fuerit tantum in aliis beneficiis extra Parochiales propter rationem adductam, & per hæc intelligendus Barboſa *de Canonic. ſub dicto cap.* 42. *n.* 87. *& de iure Eccleſ. in eodem num. ſub dicto cap.* 32. *p.* 1.

CASVS PERTINENTES ad materiam iuriſdictionis voluntariæ, & aggratiationis, infrà.

QVÆSTIO XIX.

An Capitulum Sede Vacante, poſſit aggratiare, & multas ab Epiſcopis impoſitas remittere, & indulgentias concedere? 2. An poſſit diſpenſare ſuper omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, quibus poteſt Epiſcopus iuxta Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6.? 3. Et cum illegitimis quoad ordines? 4. Et in caſibus Pontificiis, quando non eſt facilis recurſus ad Papam? 5. Et an dare licentiam extero Epiſcopo exercendi Pontificalia in Eccleſia Vacante? 6. Vel vt conferat ordines intra annum Regularibus? 7. Vel poſſit reuocare licentias ordines conferendi, & exercendi Pontificalia conceſſa alicui Antiſtiti ab Epiſcopo defuncto?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante habet iuriſdictionem, quatenus expreſſum inuenitur ex Panino.*

2 *Ordinatio à Papa petitur, Vacante Eccleſia Cathedrali.*

3 *Capitulum Sede Vacante videtur poſſe aggratiare, contrarium ſuadetur*, n. 4.

4 *Gratiam facere poſt ſententiam eſt de reſeruatis Principi, &* n. 5.

5 *Epiſcopus non poteſt reſtituere delinquentes ad famam, nec alius index inferior, nec Capitulum, quantumuis de Epiſcopo alÿ ſentiant poſſe*, n. 6.

6 *Epiſcopi vere Principis ſunt, & non Vicarÿ Pontificis.*

7 *Capitulum Sede Vacante valet multas impoſitas ab Epiſcopo remittere, in caſu vrgenti, vt* n. 8.

9 *Aggratiatio à delicto conceditur Principibus ſupremis, non aliis Epiſcopo inferioribus nec ſenatui Romano, aut aliis Gubernatoribus ciuitatum.*

10 *Capitulum Sede Vacante, indulgentias nequit concedere, & ſi Epiſcopus valeat, & quare, et ſi ſit actus iuriſdictionis, & non ordinis*, n. 11. & 12.

11 *Indulgentias Epiſcopus concedit, non alius Prælatus inferior, etiam Regularis.*

12 *Capitulum Sede Vacante, non ſuccedit Epiſcopo in poteſtate iuriſdictionis extraordinariæ, qualis eſt indulgentiarum: Et de vera exiſtentia*, n. 14. *vt de aliis exemplificatur*, n. 15.

13 *Indulgentias poterit Capitulum concedere ex ſpeciali Papa commiſſione.*

14 *Indulgentiarum concedendarum poteſtas, qualiter exiſtat in eſſe iuriſdictionis externæ, cum pertineat ad forum internum.*

15 *Capitulum nequit aliqua exercere, & ſi iuriſdictionalia, vt exemplificatur in aliquibus ſacris miniſteriis.*

16 *Capitulum Sede Vacante, ſecundum communem vnam ſententiam, nequit diſpenſare in irregularitatibus, verius eſt vt poſſit, ſi inſtet neceſſitas vrgens, non aliter, vt* n. 17. *&* 18.

19 *Epiſcopus valet diſpenſare in irregularitate ſubditi extra Diæceſim.*

20 *Diſpenſationes caſuum, qui ſunt iuriſdictionis voluntariæ valent exerceri extra Diæceſim.*

21 *Capitulum nequit diſpenſare cum illegitimo in his, quæ ſunt merè gratioſa, niſi diſpen*

dispensatio fuerit debita petenti, *vt* in cap.1.de filiis Præsbyt.

22 *Capitulum Sede Vacante, quando instante grauissimo periculo valeat dispensare in casibus Pontifici reseruatis*, sub n.23. & 24.*vt in impedimentis matrimonij, negat tamen Basilius Pontius*, n.25.

24 *Vicarius Episcopi, etiam in necessitate nequit dispensare in impedimentis matrimonij.*

26 *Capitulum Sede Vac. quit dare licentiam extero Episcopo, vt exerceat Pontificalia.*

27 *Capitulum Sede Vacante nequit, intra annum dare licentiam Episcopo intra se commemorantem ordinandi subditos Diacesis, etiam si sint regulares: aliter de non subditis, & n.*28. & 30. *exceptis casibus n.*9.*ex ratione diuersa ibi posita.*

28 *Episcopus nullus queit Religiosis ordines conferre in Diacesi, in qua est Sedes Vacans sine licentia Capituli.*

31 *Gratia semel concessa ab Episcopo, eo mortuo, aut translato non expirat, vt insinuatur exemplis, etiam in dimissorys quoad ordines, nisi reuocetur expresse à successore, vt n.* 32.

32 *Delegata potestas re integra perit morte delegantis: & quare gratia non expiret?*

33 *Capitulum Sede Vacante, queit gratias dimissoriarum ab Episcopo concessas, eo mortuo reuocare, sicut valet Episcopus successor per editum, vt n.*34.

1 QVia Pauinus videtur innuere *de Potest.Capit.Sed.Vac.q.*3.*n* 2. non concedi Capitulo Sede Vac. iurisdictionem aliquam, nisi quatenus inuenitur in iure expressum ex indulgentia speciali per textum *in cap.ex parte de rescript. vel de consuetudine præscripta, cap. irrefragabili de Officio ordin. cap. præterea de testibus cogend.* vt refert Archidiacon.*in cap.fraternitati* 71. *dist.*

2 † Et quia Vacante Ecclesia Cathedrali, petitur à Papa ordinatio Clerici; vt patet ex *cap. Presbyteri dist.* 24. & ex aliis congestis ab eodem Pauino cum Goffred. Vincent. & aliis, quibus conueniunt quæ de ordinationibus, & collationibus infra referentur.

3 Ideo iam ad primam difficultatis partem, an Capitulum Sede Vac. possit aggratiare? & suppositis quæ latè dixi *sub cap. cum te* 23.*de sent. & re iudic.& de potentatibus*, qui possunt restituere delinquentes ad famam ibi sub q.4.& licet Riccius *in praxi fori Eccles.tom.*1.*res.* 301. Ioan. Maria Nouar. *quæstionib.forens.* 102.*p.* 1.& Ioan. Anton.frater *in summa Bull. tit. de Capitulo Sede Vac.n.*12. Diana *p.*8. *tract.*4.*res.* 19. affirmant Capitulum posse facere gratiam, sicut Episcopus ex æquiparatione quam de Episcopo ad Capitulum ponit Felician. de Vega. *sub cap. & si Clerici* 4. §. *de adulterijs, n.* 63. *de iudicijs*, & cum eodicente posse dispensare cum deposito per Episcopum, quasi tunc Episcopus ipse dispenset, & ex aliis infra referendis referatque Riccius fuisse resolutum *in Curia Neapolit. Archiep.*

Tamen existimo contrarium esse dicendum in his, quæ consistunt in mera gratia; quia facere gratiam post sententiam, est de reseruatis Principi, vt docent Bartol. *in l.acta ff. de re iudic.* Salicetus *in l. cum indulgentia Cod.de sent. passis*, Bossius *in praxi tit. de remed.ex sola Clem. Principis*; & quia secundum multos hoc denegatur Episcopo, vt asseruit Bernard. Diaz *in pract.can. cap.* 137. Foller. *in praxi Canonica. verb. & si committi n.*125. Bonon.*cons.*206.& ex dictis sub dicto *cap.* 4. *dict.cap.*23. *de re iudic.n.*17. & 18.† Dixi non posse Episcopum restituere delinquentes ad famam, nec alios iudices inferiores, etiam si de innocentia banniti constaret, nisi competeret restitutio legis remedio. Quapropter existimo, nec Capitulo Sede Vacante eam aggratiationem competere. † Imo nec in sententia illorum, qui tenent Episcopos posse aggratiare delinquentes eo quod sunt veri Principes Ecclesiastici, & non Vicarij Pontificis, vt benè probat Bellarm.*lib.*1.*de Pontifice Rom.cap.*3 *in fine*; indeque denegari Capitulo, cum & si succedat Episcopo in iurisdictione contentiosa, non æquè in voluntaria, vt dictum est *sub q.*1.2.& 3. *ac alijs*, nec dictum à Feliciano, Diana, & Riccio, ac Marcello Vulpeio *in praxi cap.* 44. *num.*26. de dispensando, & remittendo pænas per Capitulum ad aliud spectat, vt hic sub *vers. sequenti, & alijs.* 4 5 6

Ad secundum dubium, an valeat Capitulum remittere multas ab Episcopo impositas? & licet quoad primum dubium negetur, vt possit facere gratiam; tamen quia hoc, quod est remittere multas, originem habet à foro contentioso; ideo vt dixi *sub dicto cap.& si Clerici* §.*de adulterijs q.*20.*n.*4. cum dicto Feliciano de Vega *nu.* 64. cum Nauarro 1.*p.quæst.forens.*104.*n.*4. & Riccio *in praxi fori Eccles.decis.*357 *& in praxi var.* 1.*p. res.* 305. Capitulum Sede Vacante poterit remittere pænas per Episcopum impositas. † Et tenet Diana *vbi supra* ex eodem Vega, & Riccio, qui & si *n.* 3. quoad alium propositum, dicat hanc resolutionem esse 7 8

esse duram, quasi nec Capitulum, nec Episcopus possit habere authoritatem ad talem remissionem; propterea, quod illa videtur reseruata summo Pontifici, vel Principi; & ob id potuit dicere Marcellus Vulpeius *dicto cap. 44. num. 26.* posse Capitulum Sede Vacante dispensare, quod non fit sine causa, & necessitate (vt infra dico) & remittere pœnas per Episcopum mortuum impositas, aut facere gratiam de delicto in casu scilicet vrgenti; non inquam sine necessitate liberaliter, aggratiando, ac distinctione componendo diuersos loquendi modos, ne obstent dicta *sub dicto cap. cum te 23. de re iudic. à quæst. 1. cum alijs*, & sub

9 dicta *q. 4.* † Vbi quod supremis Principibus conceditur tantum liberalis aggratiatio, & restitutio ad famam, non inquam aliis Episcopo inferioribus; imo nec senatui Romano, aut aliis Rectoribus, siue Gubernatoribus aliarum ciuitatum, siue Præsidibus Prouinciarum, vt dictum est ibi *dicta q. 4. nu. 20.*

10 Ad tertium, an Capitulum Sede Vacante possit indulgentias concedere? & quamuis Molina *de iust. & iure tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 6.* dicat posse, & Azorius *p. 2. instit. mor. lib. 3. cap. 37. q. 9.* & Sylnester. *verbo Capitulum in calce*, *&* inclinet Nauar. *in §. in Leuitico, monito 31. n. 6. & 7.* quia ait consuetudine ita receptum, nec videatur resistere Pauin. *de Capitulo Sede Vac. q. 4. p. 1. princip.* omnino legendus, qui melius præter alios referens duas opiniones pro concordia *n. 5. vers. verum cum Cardinali in Clem. 1. de pænit. & remis.* ait, ad euitandas Doctorum opiniones, tutius esse, vt Capitulum committat alicui Episcopo eas indulgere, ac faciat nomine ipsius alia addendo; sed quia idem *n. 1. 2. & 3.* plura fundamenta iacet, quibus probatur non posse concedere illas, quæ continentur *in cap. cum ex eo de pænit. & remiss. cum aliis & in cap. fin. eodem tit. lib. 6.* cuius opinionis fuerunt inter antiquos Archidiacon. *in cap. 1. de pænit. & remiss. lib. 6.* Anton. de Butr. *& in cons. 19. in fine collect. in cap. olim olim. & in cap. relatum. de Cleric. non resident. & in cap. cum te de rescript.* & quod id faciunt *textus cap. in capite dist. 55.* & cum aliis pluribus ex antiquis, quia hoc est dignitatis Episcopalis, quæ non spectat ad Capitulum; & ex eo, quia Thesaurus Ecclesiæ (qualis est indulgentiarum) non dispensatur, nisi ab illo, cui reperitur concessum, improbata qualibet consuetudine, in contrarium, etiam speciali, vt ex aliis probatum est, ideo ego etiam negatiuam sequor.

Et probatur, quia licet indulgentias concedere sit iurisdictionis, & non ordinis ex *cap. quod autem de pænit. & remis.* quatenus ibi dicitur indulgentiæ concessionem esse actum absoluendi, & iudicialem. D. Thomas *in 4. dist. 20. q. 3. art. 3.* Gambara *de officio legati de latere Rub. 8. tit. quid possit legatus circa indulgentias, n. 1.* Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 54. q. 2.* Vgolin. *de potestate Episcopi. cap. 41. in princ.* Barbosa cum Riccio, & Boëtio *in pastorali alleg. 88. n. 6.* probans cum multis ob id posse Episcopum etiam non ordinatum, aut consecratum, eas conferre; dummodo sit electus, & quia non est potestas ordinis, eam penes Episcopum iure ordinario, & communi esse, alia adducens videnda cum infinitis, *à numero 8. ad decimum septimum*, quatenus dicendo ibi neminem inferiorem Episcopo, indulgentias posse concedere de iure proprio, vt communiter tradunt DD. *in dict. cap. accidentibus de excessibus Prælator.* quamuis sit Cardinalis, nec Prælatum Religionis, vt Prouincialis, aut Generalis, licet habeat quasi Episcopalem authoritatem in regulares sibi subditos, † nec Parochum probans 12 cum Chochier. Franc. Leone, Sanctarello, Bonacina, Suarez, Iulio Laborio, Henriquez, Conink. Torreblanca, & aliis *n. 21.* acerrimè probat, nec Capitulum Sede Vacante, eas concedere posse; quia non succedit Episcopo in potestate iurisdictionis extraordinariæ, saltim in his, quæ sunt reseruata Dignitati Episcopali, cum Nauarro, Selua, Soto, Corduba, & Ledesma, quos refert, & sequitur Torreblanca, Henriquez, Suarez, Reginald. Bonacina, Laborius, Sanctarellus, Alced., & alij contra Syluestr. Lazarium, Zerolam, Riccium, & Azor. quibus addo Genuensem *in praxi Archiep. cap. 87. n. 32.* Marcell. Vulpeium, *in praxi fori Eccles. cap. 44. n. 22.* Merollam *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dubio 16. nu. 151.* Rodriguez in summa *tom. 1. cap. 77. nu. 22.* cum Zabarella contra Ludouic. Bologninum, & alios, vt refert Diana *d. p. 8. tract. 4. resf. 25.* 11

Quod si ex speciali concessione, aut alia causa legitima fieret, talis commissio per Papam, aut ab alio habente potestatem, tunc Capitulum posse illas concedere crediderim, vt videatur sentire Pauinus vbi supra *sub n. 2.* vbi refert, nec valere consuetudinem rumpentem neruum Ecclesiasticæ disciplinæ per textum *in cap. cum inter de consuetudine*, nec negat Barbosa *dicta alleg. 88. sub n. 10.* cum S. Valentia, Bellarmino, & aliis, posse Episcopum facultatem 13

concedendi

concedendi temporales indulgentias, non solum suo Vicario, verum,& Clerico; non inquam laico, vt ibi *n.* 11. cum Iacobo de Graffis, Lauorio, & Reginaldo.

14 Quod si quæratur qualiter possunt existere potestatem dandarum indulgentiarum esse iurisdictionis externæ, & nihilominus pertinere ad forum internum, siue conscientiæ, siue animarum, respondetur cum Boccio, *Epo de iure Iubil. & indulgent. n.* 145. *&* 186. & Barbosa *dicta alleg.* 88. *sub num.* 6. hæc pulchrè simul consistere; quia quoad potestatem dandi indulgentias requiritur externa iurisdictio, cum nemo possit hunc Ecclesiæ Thesaurum dispensare, seu erogare, nisi qui eidem Ecclesiæ per externam iurisdictionem præ est, sed quoad fructum percipiendarum indulgentiarum, is in percipientibus non sit alius, quam vt in locorum satisfactionis pænitentialis (absque tertij cuiusquam tamen iniuria) succedat, dicendo etiam hanc potestatem indulgentiarum non esse annexam clauibus Ordinis, vel Sacramento Pænitentiæ, sed clauibus iurisdictionis externæ extra Sacramenta.

15 Et hanc negatam facultatem videtur exemplificare Paulinus *dict. q.* 4. *p.* 1 *princ. n.* 3. in benedictione fontium, & vnctione infirmorum, Sacramento Eucharistiæ, & similibus, si non est Sacerdos, & in consecratione Altarium, & Ecclesiarum, & Cemeterij, & Virginum, & similibus, si non est consecratus Episcopus, quibus omnibus probatur dictam iurisdictionem esse denegatam Capitulo, cùm competat Episcupo iure extraordinario Dignitatis; & sic distinctionem positam supra *in d. q.* 1. 2. *&* 3. inter iurisdictiunem contentiosam, & voluntariam optimè fundatam ad intellectum totius tractatus, quem prosequimur.

16 Ad quartam partem quæstionis, an Capitulum Sede Vacante, possit dispensare super omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, quibus potest Episcopus iuxta Trid. *sess.* 24. *cap.* 6. & video plures discordantes DD. quos refert Diana *p.* 7. *tract.* 2. *resolut.* 8. & negantes propriam sententiam, desfundunt; quia Capitulum Sede Vacante, non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali ex Innocentio *in cap. cum in cunctis n.* 7. *de elect.* Abbate *in cap. veram, n.* 9. *in princip. de foro comp.* Azeuedo *ad curiam P-sanam, lib.* 1 *cap.* 8. *ex nu.* 10. & cum hoc sit verum in his, quæ competunt Episcopo iure speciali, gratioso videlicet priuilegio, vel commissione Pontificis, nec aliquid de Capitulo exprimatur *in dicto cap.* 6. *Trid.* optimè potuerunt firmare, non posse Capitulum Sede Vac. dispensare in irregularitatibus, suspensionibus, aut alijs, quibus valet Episcopus, cum nec Vicarius Episcopi possit dispensare sine speciali commissione, ac delegatione ipsius Episcopi, vt de tali Vicario Generali dixerunt Robuf. *in praxi benef. tit. de forma Vicariatus, conclus.* 179. Sbrozius *de Officio Vicarij, lib.* 2. *q.* 19. *n.* 2. *& q.* 179. *n.* 1. *& q.* 180. *n.* 2. *& q.* 184. *n.* 1. Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 8. Vgolin. *de Officio Episcopi cap.* 4. §. 7. *n.* 2. *vers. postremo*, Narbona *de appell. à Vicario Episcopi p.* 1. *num.* 229. Barbosa *in pastorali alleg.* 39. *num.* 10. idem *in dicto cap.* 6. *Trid. n.* 46. & sic vt nec Capitulum queat dispensare, & absoluere, potuerunt firmare DD. vt post alios Bonacina *de censuris disp.* 7. *q.* 5. *puncto* 1 *n.* 6. Marcus Alterius *de censuris, tom.* 2. *disp.* 8. *de suspensione, cap.* 3. *vers. ex eodem.* Ægidius Trullenck, *in decalogo, lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 4. *n.* 3. *in fine*, existimantes, Capitulum Sede Vac. non succedere Episcopis in facultate, quæ illis cōpetit, vigore dicti decreti Trid. & sequitur Marcell. Vulp. *in praxi fori Eccles. c.* 44. *n.* 9. Filiucius *tom.* 1. *tract.* 20. *c.* 10. *n.* 276. Leo *in thesauro Eccles. cap.* 10. *n.* 8. Stephan. de Albin. *de potest. Episcopi cap.* 22. *n.* 1. & hoc quia Sacra Congreg. vt refert Suarez *de cens. disp.* 4. *num.* 13. & Garcia *de benefic. p.* 7. *cap.* 11. *n.* 13. declarauit prædictam facultatem concedi solis Episcopis, priuatiuè quoad omnes alios.

Sed quia magis alia communis sententia Doctorum, docet succedere, Capitulum 17
Sede Vacante in prædicta facultate dispensandi, & absoluendi, ex eo inquam, quia licet tributa sit ea potestas Episcopo specialiter *in eo textu*, sed dicunt eam competere iure communi, & iurisdictione ordinaria illi tributa, vt docuerunt post alios Henriquez *in summa* relati à Diana, *vbi supra*, Ludouic. Vega, Zenedus, Suarez, Sayrus, Riccius, Piasecius, Sanchez, & Nicolaus Garcia, quos sequitur Barbosa *de Canon. cap.* 42 *n.* 82. idem *de iure Eccles. p.* 1. *cap.* 32. *dicto n.* 82. & in Trid. *dicto cap.* 6. præter relatos cum Piasecio, Nouario, Duardo, Florin. Gauanto, Diana *p.* 4. *tract.* 4. *res.* 211. *vers. notandum est*, Felician. de Vega *in cap. & si Clerico* §. *de adulterijs num.* 52. Stephan. Daliun. *in tract. de potestate Episcopi*, idem Barbosa *de potest. Episcopi alleg.* 36. *n.* 16. Sel. *in selectis Canonic. cap.* 49. *n.* 3. Vbi asserens de hoc olim fuisse multum dubitatum, & sub die 20. Iunij conclusum fuisse, Pontificem esse consulendum; nihilominus Garcia

de benefic. p. 5. *cap.* 7. *n.*40. & 41. & *p.*7. *cap.* 11. *n.*21. videndus *à n.*13. pro negatiua, quatenus ait omnes inferiores Episcopo excludi à dispositione *dicti cap.* 6. & Barbosa *dicto cap.*42. *de Canon.* & *cap.*32. *de iure Eccles.* dicens à Sacra Congreg. Concilij fuisse sic dictum sub die 22. Ianuarij 1602. docent etiam Baldellus *tom.*2. *lib.* 1. *disp.* 48. *n.*22. Merolla *tom.*3. *disp.*7. *cap.*7. *dubio* 1. *n.*26. Solorzanus *de iure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*15. *n.* 13. Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 7. Riccius *in praxi tom.*3. *resol.*265. dicentes ideo sic procedere, quia Capitulum Sede Vac. non solum succedit in iurisdictione ordinaria iure communi generali ad Episcopum expectante *ex cap. cum olim, de maiorit. & obed. cap. ad abolendam de haret.* vbi glossa, *verbo Sede Vacante*, sed, & in iurisdictione competente Episcopo iuxta *dict. cap.*6. *Trid.* quia etiam succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali communi, licet non in his, quæ competunt iure speciali gratioso ex Abbate *in cap. verum de foro comp.* Felino *in cap. cum te de rescript. n.*17. multisque rationibus comprobat Rodriguez videndus *in summa tom.*1. *cap.*71. *n.*5. & 25. & prolata explicatione *dicti cap.*6. *Trid.* legendus Diana *dict. p.*7. *tract.*2. *à q.*1. *vsque ad res.*37. *vbi à resolut.* 4. *de Abbatibus*, & *aliis Pralatis.*

18 Ego vtrique sententiæ inhærendo, existimo cum distinctione intelligendum, ea nempè, vt quia supra *sub q.* 1. & 2. dixi in his, quæ competunt iurisdictione voluntaria, & quodammodo delegata, vt *in dicto cap.* 6. *Trid.* Episcopo, absque eo, quod de Capitulo, aut alio Ordinario Ecclesiastico facta sit mentio, posse tantum Capitulum intrare, instante necessitate, & non aliter iuxta etiam dicta *sub quæst.*4. & sic videtur significare idem Emanuël Rodriguez *dicto capite vigesimo quinto*, siquidem vt Capitulo eam facultatem præstet, prosequitur in verbis sequentibus, quæ refert Diana *dicta res.*7. in fine: *Pruebase mas, porque el dicho decreto se hiço en fauor de las almas, por loqual segun derecho mas se deue estender, que limitar; y si el Capitulo Sede Vacante no pudiese vsar de sa authoridad, viense echa de ver el daño que se sigue à las almas porque muchas veçes acaece estar la Iglesia Vacante vno, y dos años, en el qual tiempo las obejas de ella, careçerian deeste remedio saludable contra lamenta del mismo Concilio, el qual encomendando la residencia a los obispos, dice las siguentes palabras.* (Hi meminerint discessuri, ita suis ouibus prouidendum, vt quantum fieri poterit ex ipsorum absentia, nullum damnum accipiant) cumque Capitula non succedant in his, quæ respiciunt dispensationem, seu aggratiationem, nisi quatenus expressa sint in iure, in proposito dicendum est non ea facultate posse dispensare, ac Episcopi, nisi quando necessitas instet iuxta relata *in dicta quæst.* 1. 2. & 4. cum aliis.

Et ex eo, quia licet Henriquez *in summa libro decimo quarto, capite* 20. *paragrapho* 20. *in fine*, Vgolinus *de Officio Episcopi cap.* 51. §. 2. *n.*6. Auila *de censuris p.*7. *disp.*10. *dubio sexto*, & Castro Palao, *tom.* 1. *tract.*4. *puncto* 3. *paragrapho primo numero decimo tertio*, existiment Episcopum non posse hanc absolutionem impartiri extra suam Diæcesim, practicabilius est, vt valeat dispensare in irregularitatibus, & suspensionibus erga subditos suos extra Diæcesim: ita cum Sanchez, Suarez, Bonacina, Nouario, Alcedo, Diana, Marchino, & Bossio, docet Barbosa *in dicto capite sexto Trid. numero quadragesimo quarto*, & *in pastorali alleg.* 39. *numero* 7. referens sic decisum ex Nicolao Garcia *part.* 11. *de benefic. cap.* 10. *num.* 139. 19

† Et suadetur, quia hæc, quæ spectant ad absolutionem, dispensationem, & aggratiationem, potius sunt iurisdictionis voluntariæ, quæ possunt exerceri, etiam extra Diæcesim, quam contentiosæ, quæ non exercentur, nisi intra Diæcesim, vt dixi *sub dicta quæstio.* 1. 2. & 3. Videndi sunt pro hac sententia Sanchez *in summa tom.* 1. *libro secundo capite* 11. *numero decimo sexto*, Diana cum Suarez, Petro Ledesma, & aliis *dicta parte* 7. *tract.* 2. *res.* 8. Masuchellus *tract. de casibus reseruat. disp.* 1. *quæstione* 3. *dif.* 10. *numero vigesimonono*, & loquendo de casu occulto, dixi *in dicto capite quarto paragrapho de adulteriis*, *sub quæstio.* 25. *numero secundo*, cum Sanchez, Diana, Fagundez, & aliis. 20

Ad quintam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vac. possit cum illegitimis dispensare? Et adiunctis hic, quæ latè scripsi *sub capite* 1. & *toto tit. de filiis Præsbyt.* & in hoc dubio, quia duplex est Doctorum sententia, vna Monetæ *de commut. vltimar. volunt. capite* 5 *numero* 428. & Prosper de Augustino *in addit. ad summ. Bullar.* Quarantæ *verb. Capitulum* §. *secundo quero*, asserentium Capitulum Sede Vacante, posse tantum dispensare quando dispensatio est debita; secus autem, quando est mera gratia; ideo ex dictis & ex dicendis hanc partem amplectendo, dico uon posse Capitulum sola mera gratia vtendo, dispensare quoad ordines recipiendos, & 21

quoad beneficium simplex, nisi dispensatio fuerit debita petenti, & sic loquendo de Vicario Sede Vacante, exigit causam ad talem dispensationem, Rodriguez *in summa tom.1.cap.71.n.* 5. cuius verba refert Diana *p. 8. tract. 4. res. 6. & sub hac* distinctione, & ex dictis hic *à nu.*1.& sub *vers. ad quartam*, intelligendi sunt Felicianus de Vega *in dicto cap.4.de iudiciis, §.de adulteriis n.*53. Solorzan. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.*3. *cap.* 13. *n.* 13. & alij dicentes posse Capitulum dispensare cum illegitimis quoad ordines minores,& beneficium simplex iuxta *textum in cap.*1. *de filiis Presbyteror. lib.* 6. & iuxta hunc modum explanandi nunc declaro quod dixi sub *dicto cap.* 1. *de filiis Presbyter.qu.*8.*à nu.*18.*vers.ad secundam*,vbi duas retuli opiniones, affirmantem amplectendo.

22 Ad sextam quæstionis partem, an in casibus Pontificiis, quando non est facilis ad Papam recursus? & in hoc puncto video Merollam *tom.*3.*disp.*7.*cap.*7. *dubio* 1.*nu.* 12. & cum eo Dianam, *dicta p.* 8. *tract.*4.*res.*9. affirmando respondere; eo quod ex præsumpta voluntate Pontificis succedit, etiã in iurisdictione, quam habet Episcopus, vt dispensandi in legibus Pontificiis in casu necessitatis, quando non facile potest adiri Pontifex, vel Nuncius Apostolicus si ad eam dispensationem concedendam potestatem habeat ex ea in quam ratione, quod Capitulum succedit in totam iurisdictionem ordinariam Episcopi, cumque hæc iurisdictio dispensandi in legibus sit ordinaria, dicunt inde sequi, vt in ea succedat Capitulum, quia iurisdictio annexa perpetuò Dignitati, qualis est hæc, est ordinaria.

23 Sed quia Sotus, Corduba, Veracruz, & Medina apud Sanchez *lib.*2.*de matrim. disp.* 40.*n.* 2. & Nicolaus Garcia *de benefic. p.* 11. *cap.*5.*n.*343.apud Basilium *lib.* 8.*de matrim. cap.* 13.*n.* 2. negant posse Episcopum in casu magnæ necessitatis in impedimentis dirimentibus post contractum matrimonium dispensare, in quo clare pullulat incontinentiæ periculum; ideo videtur, vt nec in casu nostro valeat Capitulum dis-

24 pensare. † Et hoc si consideremus Vicarium Episcopi non posse ex vi Officij in matrimonij impedimentis dirimentibus dispensare, vt docent Henriquez, Paz, Guttierrez, Anton. Gomez. & alij, quos citant Sanchez *dicto lib.*2.*disp.*40.*n.*12. Basilius *lib.* 8.*cap.*13.*n.* 5. Hurtado *disp.* 26.*diff.*2. tenet etiam Leander *tract.* 9. *de Sacram. matrim. qu.*10. Vbi firmat cum relatis idem fore de his, qui ex priuilegio dispensare in casibus Episcopalibus, etiam matrimonialibus, possunt; quod scilicet non possint dispensare in prædictis impedimentis eo modo, & quando potest Episcopus; quia iste casus non competit Episcopis iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis, concludendo cum Henriquez, *lib.* 12.*c.*3. *n.*2. *& lib.*6.*de pænit. n.*16. vt citant Sanchez, *nu.*9. † Et Ba- 25 silius *supra num.* 9. *vbi supra* istum non dici casum Episcopalem, quia verè ad Pontificem pertinet, & ex quadam iuris interpretatione Episcopo censetur permissus, ideo negatiua sententia est admodum probabilis contra Capitulum. Tamen quia nos non negamus posse Capitulum cognoscere de iurisdictione voluntaria, & gratiosa, quando necessitas vrget magna, & instat periculum; ideo admittimus posse etiam in prædictis legibus Pontificiis dispensare, si forte instet periculum graue, nec speretur de proximo Episcopus, cui tantum ex præsumpta voluntate Pontificis hoc in iure permittitur ex dictis *sub hoc numero*.

Ad septimam quæstionis partem, an Ca- 26 pitulum queat dare licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in Ecclesia Vacante? Et quia nonnulla adduxi *sub tit. de temporib. ordinat.* & alibi; ideo nunc breuiter affirmatiuè respondeo cum Henriquez in summa *lib.* 10.*cap.* 22. Quaranta *verbo Capitulum vers. decimo quæro*, Barbosa *de Canonicis c.*42.*nu.*89. *& de iure Eccles.p.*1. *c.*30. *etiam n.*89. Nicolao Garcia *de benefic. p.*5.*c.*7.*n.*93.*vers.quinto*, vbi refert declaratum à Sacra Congreg. super *c.*10. *Trid. sess.* 7. in sequentibus verb. [Capitulum Sede Vacante potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesiis, & ordines conferendi, tam Clericis illius Diœcesis, quàm exteris, habentibus literas suorum Episcoporum iuxta formam huius decreti:] sic cum Puteo *decis.*407.*lib.*2. Nauarro *cons.*44. *de temporibus ordin.& cum summa Bullary*, vide infra hic *sub vers. nec audiendus*, vbi ponitur declaratio alia.

Ad octauam, an possit dare licentiam ali- 27 cui Episcopo, vt conferat ordines?& video duas opiniones diuersas,& quæ negat, mihi verior est per dicenda *qu. sequenti* de non valente Capitulo intra annum dare dimissorias, vt subditi sui Episcopatus ordinentur ex Trid. *sess.*7.*c.* 10. vt ibi docet Barb. *n.* 3. cum Raguccio *de voce Canonicorum.q.* 39. *n.*4. idem *de Canonicis c.*42.*n.*121. *& de iure Eccles.num.*10.*cap.*30.*eodem nu.* dum scribit non posse tali Episcopo àpud Capitulum commorantem, eam licentiam præstare,& Diana

Diana *p.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 73. *in verſ. nec obſtat circa finem*, fortiter arguens pro Themudo contrarium tenente, ac præſtante differentiæ rationem inter negatam facultatem. Capitulo in Sede Vacante per dict. Trid. *cap.* 10. dandi dimiſſorias, vt ſubditi ſæculares ordinentur ab extero Epiſcopo intra annum, & permiſſum, vt ordinet regulares reliquit cogitandum, quaſi ſentiens pro Barboſa, & communi; eo quod dicti Regulares, etiam ſunt ſubiecti Epiſcopo quoad recipiendos ordines; non inquam conuenit vt Capitula intra annum tales licentias concedant, ſicut nec conuenit, vt dent dimiſſorias, ergo à pari denegata facultas in vtroque caſu habet idem fundamentum.

28 Et addit Themudo *deciſ. Archiep. Olyſiponen. p.* 1. *deciſ.* 88. *à n.* 4. nullum Epiſcopum poſſe ordines conferre Religioſis virtute priuilegiorum in diæceſi, in qua eſt Sedes Vacans ſine licentia expreſſa Capituli ſub pœnis in Concilio nominatis, refert Diana *p.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 72. *ſub verſ. infertur tertio in fine*, quam dicit expreſſam concluſionem *in Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 5. *de reformat.* Portel. *in reſp. mor. tom.* 2. *caſu* 71. *n.* 4. *&* 5. *& in dicto cap.* 5. plures caſus cum pluribus tradit videndus Barboſa circa exercentes Pontificalia in aliena Diæceſi ſine licentia, & quibus ſubdantur pœnis?

29 Nec audiendus eſt idem Themudo *in deciſ. Archiep. Olyſiponenſ. p.* 1. *deciſ.* 89. *à n.* 3. acerrimè defendens poſſe Capitulum Sede Vacante intra annum, non obſtante *dict. Concily Decreto*, dare licentiam Epiſcopo alicui, vt conferat extra propriam Diæceſim ordines regularibus, quia iſte caſus eſt diuerſus ab illo Trid. & ſic in multis Sedibus Vacantibus fuiſſe Vlyſiponæ obſeruatum, confirmans nonnullis differentiæ rationibus, quas etiam repetit Diana cum Henriquez *tom.* 2. *lib.* 10. *cap.* 22. *n.* 3. & ex declaratione Cardinalium citata per Marſil. *tom.* 1. *declarat.* impreſſo anno 1613. & *in alto tom.* 2. impreſſo anno 1618 quam etiam citat Farinac. ad Trid. *dict. cap.* 10. in verbis ſequentib. *Capitulum Sede Vacante poteſt concedere licentiam extero Epiſcopo exercendi Pontificalia in eorum Eccleſia, & ordines conferendi, tam Clericis illius Diæceſis, quam exteris habentibus dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum iuxta tamen formam huius decreti.* Quæ declaratio potius confirmat noſtram ſententiam, cum aliud deſit, vt diximus hic in *verſ. ad ſeptimam* poſſe dare licentiam extero Epiſcopo, vt intra annum Sedis Vacantis exerceri valeat in proprio territorio Capituli Sedis Vac. Pontificalia, vel quod conferat ordines legitimè venientibus cum dimiſſoriis ſuorum Epiſcoporum; & ſic nec eſt audiendus Anton. Portel. *in reſponſo, moral. tom.* 2. *caſu* 71. *per totum*, qui idem, quod Themudo ante reſpondit.

Et confirmatur; quia ex quo docent Nauar. *conſ.* 27. *de temporib. ordin.* Fornarius *de ordine cap.* 5. *n.* 7. *verſ. quarto nota*, Molfeſius *in ſumma tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 28. Henriquez *in ſumma lib.* 10. *cap.* 22. §. 1. Quaranta *verbo Capitulum Sede Vac.* Piaſec. *in praxi p.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. *verſ. Capitulum pag.* 30. Marchin. *p.* 6. *cap.* 3. *numero* 16. *de ſacram. ordin.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 87. *numero* 33. Barboſa *de Canonic. dict. cap.* 42. *n.* 124. *& dict. cap.* 30. *p.* 1. *de iure Eccleſ. eodem n.* 124. poſſe Capitulum durante anno, concedere Epiſcopo extero exercitium Pontificalium, & ordinationem aliorum ſubditorum, literas ſuorum ſuperiorum afferentium excipiunt ſubditos Vacantis Sedis, quos tamen non excludunt relati à Diana *part.* 8. *tract. quarto, reſ. verſ. porro.* 30

Ad vltimam quæſtionis partem, an Capitulum Sede Vacante poſſit reuocare licentias conferendi ordines, & exercendi Pontificalia conceſſa alicui Antiſtiti ab Epiſcopo defuncto? & videtur quod non; eo quod hæc ſit gratia, quæ non expirat, Epiſcopo mortuo, per latiſſimam doctrinam Thomæ Sanchez cum multis, & aliorum poſt eum *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 28. *num.* 64. *&* 83. multis exemplis probans hoc axioma, & quod licentia v.g. Petro conceſſa, ad ordines, non expirat mortuo Epiſcopo concedente, nec vt expiret, ſi Epiſcopus transferatur ad alium Epiſcopum; & quod è contra, nec expiret, licentia data à Capitulo ad ordines tempore, quo Vacante Sede, poterat dare, cum introitu noui Epiſcopi, pro quo facit textus *in cap. ſi cui nulla de Preb. libro ſexto.* Vbi deciditur facultatem alicui conceſſam conferendi beneficia minimè expirare obitu concedentis, etiam re integra, & propter eandem rationem idem Thomas Sanchez *ſub dicto numero octogeſimo tertio in fine.* omnino legendus *à numero quadrageſimo octauo, pro ea generali, & lata quæſtione, an gratiæ reſcripta expirent morte concedentis?* ampliat in dimiſſoriis conceſſis à Vicario Epiſcopi eas concedentis; eo quod Epiſcopus in remotis ſit *iuxta cap.* 3. *de temporib. ordin.* Vel de ſpeciali Epiſcopi commiſſione. & de dimiſſoriis conceſſis à Superiori Religionis, 31

& à quibusvis aliis potentibus concedere; eo quod hæc omnia continent gratiam à potente concedere.

32 Tum etiam quia & si potestas iurisdictionis delegatæ, pereat morte delegantis, re integra, vt agnoscunt communiter DD. *in cap. gratum, & relatum, & in cap. li . t de Officio iudicis deleg.* tamen hæc doctrina procedit in potestate iurisdictionis contentiosæ, qualis non est hæc; non enim illa computatur inter gratias, sed inter iustitiæ litteras; hæc autem inter gratias; quæ nunquam metiuntur iuxta litterarum iustitiæ naturam, sed iuxta gratiarum naturam; quę si gratiæ factæ sint, non expirant concedentis obitu, vt exemplis idem Sanchez declarat *sub num.* 72. referens iura, quibus suadetur contrarium *n.* 71. quibus respondet *sub dicto nu.* 72. *à vers. nec obstant argumenta.* Et confirmatur quia literæ dimissoriæ à Capitulo Sede Vacante ritè, & rectè concessæ per ingressum moderni Episcopi, non expirant; quia gratia semel obtenta, non expirat morte concedentis; *cap. si super gratia. de Offic. deleg. cap. si cui nulla de præb. lib.* 6. ita Barbosa cum Quaranta, Petro Ledesma, Gonzalez, Moneta, & Molina, *de Canon. dicto cap.* 42. *n.* 129. *& d. ct. cap.* 30. *de iure Ecclef.* cum Guttierrez, & Marchino, consulit ordinatoribus, ne illos ordinent, quando sciuerint aduentum noui Episcopi absque reualidatione eius.

33 Nihilominus est receptius in praxi, vt Capitulum Sede Vacante, possit eas licêtias reuocare, sicut valet Episcopus de nouo intrans reuocare datas à Capitulo dimissorias, durante tamen quando absolutè fuerint concessæ, dum non reuocentur propter doctrinam proximè adductam; ita Themudo *in decis. Archiep. Olysiponen. p.* 1. *decis.* 88. *n.* 9. & cum eo Diana, *vbi supra res.* 72. per extensum eius referens verba; eo quod sicut Capitulum Sede Vacante reuocat, & remouet Vicarium Generalem, & Prouisorem constitutos per Episcopum defunctum, vt melius queat reuocare licentiam concessam ad Pontificalia exercenda, & ordines conferendos, & patet *ex aliis quæst. sequentib.*

34 † Et confirmatur, quia prædictæ dimissoriæ possunt reuocari per edictum à nouo Antistite, non solum, si datæ essent ab antiquo Antistite, sed etiam à Capitulo Sede Vacante, vt tenent Riccius *in praxi benefic tit. de formul. dimissor. n.* 44. iusta interueniente causa, vt admittunt Campanel. *in Rub. iuris Can. cap.* 8. *n.* 36. Barbosa *dicto cap.* 42. *n.* 124. *in fine, & de iure Ecclef. dicto cap.* 30. *sub dicto n.* alios pro prima sententia referendo Leander. *tract. de ordine, disputat.* 11. *q. fin.* hanc docet cum Nauarro, Perez, Salzedo, Henriquez, Suarez, & cum Sanchez Bonacina, Barbosa, Philibertus, cum aliis *tract.* 1. *p.* 6. *cap.* 6. *fere per totum*; Ioannes de Cruce *in summa tract. de ordine, dubio* 4. *conclus.* 5. Ludouicus *q.* 2. *de ordine, art.* 2. *dubio* 4. *pag.* 768 Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 1. *tract.* 3. *docum.* 5. *n.* 4.

QVÆSTIO XX.

An Episcopus dictus titularis vulgo *de Anillo* creatus, & habens licentiam ab Episcopo defuncto, queat adhuc contradicente Capitulo Sede Vacante, Pontificalia exercere, aut ordines conferre subditis Episcopatus iam ab Episcopo aggratiatis, vel Religiosis? 2. Et an Capitulum Sede Vacante, possit dispensare vt quis ordinetur, non seruatis temporum interstitiis? 3. Concedere dimissorias ad recipiendum ordines intra annum à morte Episcopi? 4. Vel saltem concedere litteras testimoniales? 5. Vel dimissorias concedere pro prima tonsura? 6. Vel hæc concedere spectent ad eius Vicarium sine speciali mandato? 7. Et quid si Capitulum haberet territorium distinctum, & exemptum? 8. Et an id intra annum in beneficiis coarctatis? 9. Quæ dicantur coarctata ad hunc effectum? 10. Vel eas post annum possit absolutè quibuslibet subditis ad ordines præstare? 11. Et numquid Vicarius Papæ statim post Vacantem Sedem, valeat eas concedere? 12. Vel

12. Vel an hoc Capitulum, aut Vicarius practicare in obtinente licentiam à Sede Apostolica pro obtinendis Ordinibus? 13. Vbi de pœnis contra dantes literas dimissorias, illisve vtentes contra Trid.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de Anillo commorans in propria Diœcesi, de licentia Capituli, mortuo Prælato, valet ea exercere Pontificalia, & ordines conferre regularibus*, vt n. 2.

3 *Capitulum Sede Vacante nequit dispensare intra annum, vt quis queat ordinari, non seruatis temporum interstitiis*, vt à n. 5. 6. 7.

4 *Interstitia remittendi facultas num sicut Episcopo, competat Capitulo & quando?* n. 6.

8 *Capitulum eum valet dare dimissorias intra annum, & dispensare in interstitiis.*

9 *Dimissoria rite data non expirant morte concedentis, si non reuocetur gratia.*

10 *Dimissorias expedire valet Collegium Cardinalium à morte Papæ.*

11 *Dimissoria expedita à Capitulo expirant aduentu noui Episcopi, nisi reuocentur ab illo.*

12 *Capitulum Sede Vacante valet concedere literas testimoniales de idoneitate anno durante.*

13 *Testimoniales literæ de idoneitate de stylo curiæ à Capitulo, & viciniori Episcopo dari solent.*

14 *Examen de moribus spectat ad Capitulum vel Ordinarium, quamuis Nuncius Apostolicus dedisset literas testimoniales.*

15 *Prima tonsura non est ordo secundum communem ex Pontificali Romano.*

16 *Dimissorias nec pro prima tonsura queit Capitulum Sede Vacante dare intra annum*, & n. 17. *alias punitur*, vt n. 18. *fallit* n. 19. & 20.

17 *Tonsurati eo ipso efficiuntur de foro Ecclesiæ.*

21 *Capitulum dimissorias valet concedere, si Episcopus existat hæreticus. Et quid si Capitulares existant hæretici?* n. 22.

22 *Dimissoria valent concedi ab vno ex Canonicis, si Canonici dispersi sint causa hæresis.*

23 *Ordinandus Sede Vacante, non ad viciniorem, sed ad Papam debet recurrere.*

24 *Capitulum post annum non arctatis, nequit concedere dimissorias, vt ordinentur etiam post annum ad titulum patrimonij, vel pensionis.*

25 *Vicarius Capituli non concedit dimissorias, sine speciali mandato Capituli, quod præsumitur habere, si eas concedisset*, vt n. 26. *Et ex quibus præsumatur sub* n. 27. 28. 29. & 30.

31 *Dimissorias nequit Capitulum dare intra annum, etiam si haberet territorium distinctum & exemptum ob immemorialem.*

32 *Dimissorias concedit Capitulum in beneficiis coarctatis.*

33 *Beneficia coarctata ad effectum, vt concedantur dimissoria à Capitulo intra annum, quæ dicantur.* n. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.

40 *Dimissorias pro subditis ordinandis concedit Capitulum, vel Vicarius post annum indistinctè.*

41 *Nuncius Hispaniæ quando pro arctatis dimissorias concedat? remissiue.*

42 *Vicarius Papæ intra annum valet dimissorias concedere, & obtinens licentiam à Sede Apostolica.* n. 47.

43 *Capitula concedentes dimissorias intra annum, & ordinati qualibus pœnis puniantur? cum distinctione inter maiores, & minores ordines; item & primam tonsuram*, n. 44. 45. & 46.

AD primam quæstionis partem, repetitis quæ dicta sunt *quæst. præced. sub vers. ad octauam, & vers. ad vltimam*, & his, quæ de titularibus Episcopis dixi *sub Rub. de Officio Archipresbyteri sub q. 3.* acta de Episcopis, & quod possit ordines conferre; dum tamen non contradicit Capitulo Sede Vacante, secus si contradixerit, & hoc potius in tali Episcopo, quam in alio Episcopo hospite; eo quod ille sit appellatus *de anillo*, non habet propriam Diœcesim in actu, cum facultas sibi data penderet à præmortuo Episcopo; qui eum aggratiauit, & vt ob id valeat Ordines, & Pontificalia exercere in ea Diœcesi, aduenta iam Sede Vacante, dum non reuocetur à Capitulo, quasi tacitè toleratus ad exercendum eo modo, quo admissus erat ab Episcopo, qui eum creauit, donec Capitulum consentire desinat, ea inquam ratione, quia certo modo talis Diœcesis est sua, quod in ea moratur, & sustinetur à Capitulo, in qua creatus fuit, & institutus ad Pontificalia exercenda, tenent Themudus, & Diana referendi. 1

Quare si talis *de anillo* Episcopus confe- 2

rat Ordines Regularibus Sede Vacante, & fine Capituli licentia, tamen cum licentia Episcopi mortui, quæ etiam durat, non potest dici quod Pontificalia exercuerit in aliena Diœcesi fine licentia, vt docet Themudo *in decis. Archiep. Olysiponens. p.1. decis.* 88. *n.9.* Diana cum eo *p.8. tract.4. ref.72. sub vers. infertur, Verbo & ita* dicentes non obstare, quod fiut intra annum vacationis. Sed hoc casu potest dubitari ex hic dicendis *per decis. Trid. sess.7. cap.10.* dum contigerit intra annum.

3 Ad secundam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante possit dispensare vt quis ordinetur, non seruatis temporum interstitiis? Et præhabitis quæ dixi *sub tit. de temporib. ordin.* circa interstitia, & *sub tit. de ætate ordinand.* affirmatiuam indistincte docent sententiam fine præfinitione anni, sicut valet Episcopus in illis dispensare cum sibi subditis, Quaranta *in summa Bullar. Verb. Capitulum Sed. Vac. vers. quaro* 10. Riccius *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 715. *in 1. edit. alias ref.* 483. *n.6. in 2.* Piasec. *in praxi p.1. cap.1. n.50. vers. eodem*, Marta, *de Iurisdict. p.2. cap.9. n.13.* Carol. de Graff. *de effectib. Cleric. in prælud. n.*339. *in fine*, Armendar. *in addit. ad Recopil. leg.* Nauarr. *lib.1. tit.18. l.7. de Episcopis in declarat. n.57.* Marchin. *de sacram. ordin. tit.1. p.6. cap.2. n.8.* Machado *de perfecto confess. tom.2. lib.4. p.4. tract.1. docum.7. n.4.* qui postquam retulit negatiuam alloquitur *in vers. sequenti ibi: por la mas comun, y reçibida opinion de muchos authores, es, que en qualquera tiempo pue de el Cabildo en Sede Vacante, o su Vicario dispensar en los interstiçios, aunque dentro deb año no pueda conçeder Reuerendas; y à si affirman auer lo declarado la Sacra Congregaçion de los Cardenales: funda se, en que el Cabildo Sede Vacante, no solo suçede en la Iurisdiçion: que por derecho ordinario la compete, si no tam bien en la, que por derecho aspeçial.* ita ille. Eam etiam docet Diana *p.8. tract.4. ref.5.* Vbi refert modos dicendi Barbosa *de Canonic. cap.42. n.* 128. idem *de Iure Eccles. cap.* 30. *eodem n.* Valenzuela late *cons.107. n.17. vol.2.* Suarez *tom.4. disp. 28. sect.5. in principio*, Thomas Sanchez *de matrim. lib.3. disp.29. n.14.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.1. n.180.* Rodriguez *in summa tom.1. cap.71. n.18.* † Et

4 iterum sentit Barbosa super *cap.13. Trid. sess.23. n.7.* & ante eum Nouarius *in singulari conclus.* 78. *n.3.* Bonacina *de sacram. disp.3. q.1. puncto 4. §.2. n.5.* Iulius Cæsar Madi. *de Sacris ordinibus cap.9. n.12.* dicentes facultatem concessam Episcopo remittendi interstitia, transire in Capitulum, vel eius Vicarium Sede Vacante, sicut & de Vicario decisum referunt Armendar *in addit. ad recopil. leg.* Nauarra, *lib.1. tit.18. l.7. de Episcopis n.57.* Sanch. *opusculo moral. lib.7. c. 1. dubio 34. n.6.* Sbrozius *de Officio Vicar. lib. 2. q.43. n.28. & 29. & q.111. num.16.* idem Barbosa *in pastorali alleg.* 18. *n.6.* cum Homobono, & aliis Diana *p.4. tract.4. ref.* 209. Philibertus *tract.1. p.7. cap.2. n.8.* firmantes etiam sic à Sacra Congreg. Concilij declaratum: leges Barboiam *de Canonic. cap.42. n.102. vers. trigesimo quarto*, idem *cap.30. p.1. de Iure Eccles.* & in Trid. *sub dicta sess.23. cap.11.13.14.*

Sed salua pace tot Doctissimorum existimo, quod in hoc casu resoluendum sit pro negatiua iuxta terminos *dicti cap.10. Trid. sess.7.* quia si in eo textu denegatur iustis quidem causis, vt Capitulum valeat dare dimissorias, & quod dispenset in interstitiis, ne quod vna via prohibetur, alia implicatiue concedatur; tum quia si dispensare in interstitiis, est obicem ordinatis auferre alterius textus Trid. *sess.23. cap.* 14. sequeretur vt aspirarent ad Ordines ante tempus præscriptum consequendos, à quibus *ex dicto cap.10.* prohibiti sunt, cum nequeat Capitulum dimissorias illis concedere; ergo quod de dimissoriis negauit, præcise & de interstitiis per regulam, quod prohibitis dimissoriis intra annum, prohibita quoque censeantur intra id tempus, quæ ad ipsos Ordines præparantur, qualis est dispensatio interstitiorum intra dictum annum: *argum. leg. oratio ff. de sponsalib.* & eorum, quæ tradit Bartol. *in l. cum lex, ff. de fideiussorib.* Socinus *in l. legem n.12 Cod. de pactis*, Zephalus *conclus. 175. n.3. lib.2.* Vti in terminis docent Zypæus *de Iure Pontificio nouo lib.3. tit.9. n.2.* Solorzanus *de Iure Indiarum tom.2. lib.3. cap.13. n.14.* Merolla *tom.3. disp.7. cap.7. dubio 1. n.48.* putantes quod sicut Capitulum vel eius Vicarius nequeunt dimissorias concedere, nisi post elapsum annum *ex cap. cum nullus §. Episcopo de temporib. ordinat. lib.6.* Trid. *dict. cap.10. sess.7. & sess.23. cap.10.* cum traditis à Zerola *in praxi Episcopali p.1. Verb. Capitulum n.1.* ita nec in interstitiis dispensare. 5

Et ego hanc amplectendo contra Emanuel. Rodrig. *in Bulla dubio 8. conclus.5. pag.* 128. & penes Ioannem Machab. Salced. Maiol. & Nauarr. firmantes facultatem remittendi interstitia, solum esse concessam Episcopis, non Capitulo Sede Vacante; fateor ad vtrumque tam Capitulum, quam eius Vicarium pertinere, interueniente necessi- 6

tate,

tate, vel vtilitate Ecclesiæ, vt nouissimè ex Sacra Congreg. Concilij docent Ioannes de la Cruz *in summa*, vbi de ordine *dubio* 3. *conclus.*2. Leander *de sacram. ordinis tract.6: disp.*70. *q.*20. cum Humobono, Diana, Riccio, Barbosa, & aliis iam relatis.

7 † Quod nequeunt intelligi, nisi transacto anno, iuxta haoc vltimam sententiam ex vi dicti *cap.*7. *Trid. sess.*10. cum alias, si iotra annum remaneret facultas in Capitulo, aut eius Vicario dispensandi in interstitiis, frustraretur hac via illius Capituli dispositio, imo implicaretur.

8 Notandum vero est quod quando ex decretis Coocilij Capitulum seu eius Vicarius potest dare dimissorias, & concedere licentiam ordinandi, vt hic, & iofra annum; poterit etiam dispensare in interstitiis, sicut Episcopus posset: ita Nicul. Garcia *dicto cap.* 7. *p.*5. *n.*9. *vers. quando ex summa Bullar. dist.*104. dicente referri Sacrã Congreg. declarasse facultatem remittendi interstitia Episcopo competentem ex casibus coomprehensis *in cap.*11. 13. 14. *sess.* 23. *de reformat.* transire in Capitulum Sede Vac. & eius Vicarium; & sic censuisse in voa nostræ Diœcesis Austuricens. 21. Aprilis 1591. & respectu Vicarij, intelligeodum, data speciali commissione, vt infra dico, & probat Garcia.

9 Ad tertiam partem quæstionis iam est datum responsum *sub vers. ad secundum*, & expresse *in dicto cap.*7. *Trid. sess.*10. Vbi Barbosa *n.*1. cum Rebuffo, Sà, Toletu, Nauarro, Sayro, Henriquez, Zerola, Salcedo, Thomas Velasco, Sanchez, Ledesma, Piasecio, Azor. Suarez, Fornario, Rendina, Quaraota, Salcedo ad Bernardum, Francisco Leo, Campanillo, Riccio, Bonacina, Raguccio, Nicolao Garcia, Moneta, Cardoso, Molina, Marcello Vulpeio, Homobono de bonis, Valenzuela, Marchino, & aliis; idem Barbosa *in pastorali p.*2. *alleg.*7. *à n.*10. *vbi n.*23. resoluit dimissorias à Capitulo Sede Vacante rite, & recte datas non expirare per ingressum noui Episcopi, etiam cum multis resoluens dimissorias huiusmodi semper valere, tam defuncto, quam viuente dante. Quod intelliges si non reuocetur gratia iuxta adductum *sub quæst. præced. vers. ad vltimam*, & post eos nouissimè, vt alibi adduxi, Philibertus *tract.*1. *p.*6. *cap.* 3. *n.*12. *&* 22. Ludouicus *q.*2. *de ordine art.*2. *dubio* 3. Machado *tom.*2. *lib.*4. *p.*4. *tract.*1. *docum.*7. *n.*2. Leaoder cum multis aliis *de sacram. ordinis*

10 *disp.*10. *tract.*6. *q.*4. † Excipiendo ab hac prohibitione Collegium Cardiaalium; eo quod Vacante Sede Pontificia, potest illico dimissorias expedire, & Vicarium Papæ, Diana *p.*8. *tract.*4. *res.*41. excipiendo etiam dictum Vicarium Papæ *in vers. fin.* cum Maiolo, Henriquez & Campanillo, quia de hoc non loquitur Concilium, addens *in vers. notandum est.* † Quod 11 elapso anno à puncto Sedis Vacantis, potest Capitulum eas literas dimissorias concedere, & quod nec expirent per aduentum noui Episcopi; & addens etiam cum Vgolino *de potestate Episcopi cap.* 26. §. 15. *n.*1. Vt si Capitulum eas concedat ad Ordines Sacros, noo habenti vnde viueret, tencatur illi prouidere, sicut teoetur Episcopus, repetit iterum DD. Barbosa *de Canonic. cap.*42. *n.* 114. *&* *de Iure Eccles. p.*1. *cap.*30. *eodem n.*114. quæ doctrina limitatur, vt infra in beneficiis arctatis.

Ad quartam, ao valeat concedere literas testimoniales intra annum de idoneitate? affirmatiue respondetur; eo quod hic casus non sit implicatiuus proxime præcedentium de dimissoriis, & interstitiis, docent Nauar. *cons.*19. *in antiquis, alias cons.*27. *in nouis de temporib. ordin.* Sayrus *in floribus decis. sub eodem tit. decis.*21. Bonac. *de sacram. disp.*8. *q. vnica puncto* 4. *n.*24. Gallacius *in Margarita casuum conscientiæ Verb. Capitulum* 6. Molioa *de Iust. tract.*5. *disp.*11. *n.*4. *vers. quamuis*, & cum Quaranta, & Marcello Vulpeio Barbosa *de Canonic. dicto cap.*42. *n.* 122. idem *de Iure Eccles. dicto c.*30. *p.*1. *dicto n.*122. & cum Marchino, & aliis etiam *in dicto c.*10. *Trid. n.*4. Diana cum aliis *dicta p.*8. *cap.*4. *res.*42. Veluti si oporteret, vt daret tales literas testimoniales idoneitatis illi, qui haberet à Pontifice diploma dispensationis, vt à quocumque Episcopo ordinaretur, vt Nauar. bene explanauit *in dicto cons.* 19. Rodrig. *in summa tom.*1. *cap.*71. *n.*19. in verbis sequentib. *El Cabildo Sede Vacante, puede dar dentro del año aprouaçion de la vida, y costumbres, a los que por virtud de algun Obispo con la aprouacion de la vida y costumbres dada por el ordinario; porque esta aprouaçion no son letras dimissorias, si no vnas letras testimoniales de la idoneidad de los que quieren ordenar, las quales no prohibe conceder el Cabildo Sede Vacante como lo prueba Nauarro.*

Imo addit Moneta *de commut. vltimarum* 13 *volunt. cap.*10. *n.*183. allegato quodam diplomate stylum modernum Romanæ Curiæ esse, vt Sede Vacante, testimoniales literæ dentur ab Episcopo viciniori, quod ipse ita intelligit, vt non solus ille dare possit, sed simul cum Vicario Capituli, vel habitis

habitis ab eodem informationibus de vita ordinandi, non secus, eum non possit Episcopus bene de subdito non suo, rectum ferre testimonium, vt etiam dixerunt Marchin. *de sacram. ordinis tract.* 1. *p.6. cap.* 3. *n.*17.*&* 18. Molina *de Iust. tom.6. tract.*5. *disp.* 11.*n.*14. idem Barbosa *dicto cap.*42. *de Canonicis*, *& dicto cap.*30. *de Iure Eccles. sub dicto n.*122. addens cum Ciarlin. *controuers. fo-*
14 *rens.* & cum Molina *supra.* † Quod etiam accedente rescripto Nuncij Apostolici, vt aliquis ordinari valeat intra annum Sedis vacantis ab alieno Episcopo, accedente testimonio idoneitatis sui ordinarij, ad Capitulum, & loco Capituli ad suum Vicarium Generalem spectet tunc illum examinare quoad literas, & mores, testimoniumque illi tradere idoneitatis, vt cum eo ordinari ab alieno Episcopo possit.

15 Ad quintam, an concedere dimissorias pro prima tonsura? & quamuis nonnulli queant existimare pro affirmatiua sententia; eo quod prima tonsura non est ordo iuxta communissimam Theologorum doctrinam, de qua dixi *sub Rub. & tit. de temporib. ordin.* & iuxta Romanum Pontificale, quod *in tit. de tonsurando Clerico non apponit* vt moris est dum de aliis minoribus ordinibus agit verba illa de ordinando Clerico, *sed de faciendo Clerico*, & statim ponit de ordinando Hostiario, Exorcista, & aliis quibus fauet declaratio Cardinalium relata à Garcia *de benefic. p.*5. *cap.*7. *sub n.*93. ibi: [Sacra Congregatio censuit textum hunc, (scilicet *in dicto cap.*7. *sess.*10. *Trid.*) non comprehendere primam tonsuram, & minoribus ordinibus constitutos non suspendi;] & quia dum in Trid. *sess.* 23. *cap.*2. *& in cap.*3. *&* 4. Concilium Carthaginens. vbi plenius de ordinibus Sacris exprimitur post relatos maiores Sacros, & quatuor minores, nihil de prima tonsura expresserunt.

16 Nihilominus his non obstantibus dicendum est iuxta mentem Trid. *in dicto cap.*7. *sess.*10. non posse Capitulum Sed. Vacante intra annum dare dimissorias, vt aliquis tonsureturiquia & si iura adducta non agant de prima tonsura, tamen vt late dixi *in cap. cum contingat de atate, & qualitate ordinandi*, prima tonsura, vocatur ordo Clericalis, sicut eodem nomine vocat glossa *in cap. nullus de temporib. ordin. lib.*6. *in*
17 *Verbo tonsura.* † Et quia vt patet ex dicto Pontificali de faciendo Clerico in fine tonsurati, eo ipso de foro Ecclesiæ facti sunt, tonsurati, ac monet illos, vt honesto habitu incedant, ac reuerenter se gerant; eo quod etiam gaudeant priuilegio Clericali, cum sint etiam capaces beneficiorum Ecclesiasticorum iuxta *cap.* 2. *de institut. & cap. ex literis de transact.* & quia fruuntur etiam priuilegio canonis *cap. si quis suadente* 9.*q.*4. & ex aliis legendus Barbosa, vbi postquam *in cap. nullus de temporib. ordinat.* cum multis, referens de Iure antiquo potuisse Capitulum intra annum eas concedere ex Trid. negat ponens pœnas contra taliter facientes, vbi *sub n.*19. etiam cum Raguccio, Homobono, Moneta, & aliis supra. Et ita in terminis docent Zypæus *in Iure Pontificio nouo post antiquiores lib.*3. *tit.*9.*n.*2. Diana *p.*8. *tr.*4. *res.*43. Barbosa *super dict. cap.*3. *Trid. sess.*10. *n.*1. resoluens cum Quaranta Fr. Emanuel Riccio, Nicolao Garcia *supra n.*9. Moneta *cap.*10. *de commut. vltimar. volunt. c.*1.*n.*173. & cum Maiolo, Capitulum, seu eius Vicarium Sede Vacante non posse infra annum dare dimissorias, etiam ad primam tonsuram. Marcell. Vulpeius *in praxi Iudicialis cap.* 8. *n.* 34. *& cap.*41. *n.* 20. *in fine*, idem Barbosa *dicto cap.*42. *de Canonicis n.* 116. *& in eodem n. dicto cap.* 30. *de Iure Eccles. lib.*1. † Vbi addit quod si dederit, in- 18
cidit in pœnam *cap.*10. *sess.*23. *de reformat.* quamuis illis vsus non fuerit is, cui concessæ literæ fuerunt, quia actus fuit perfectus quoad Vicarium concedentem, per quem non stetit, vt ex sententia Sacræ Congreg. resoluit Garcia *in addit. ad tract. de beneficiis dicta p.*5. *cap.*7. *n.*92. † Nisi is, 19
qui prima tonsura initiari desiderat, sit proximè beneficiandus, & potest suspicari ob defectum ordinis, beneficium amissurum. Iterum idem Barbosa *in dicto cap. nullus de temporib. ordin. lib.*6. *n.*20. ex Quaranta, Maiolo, Garcia, & aliis.

Vel nisi concedat ei, qui est præsentatus 20
à Patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum iurispatronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat, sicut etiam limitaut idem Barbosa vbi *supra de Canonicis, & de Iure Eccles. n.*118. *super dict. cap.*7. *Trid. dicto n.*2. *in fine*, Nicolaüs Garcia *dicto cap.*7. *n.*93. Molfesius *in summa Theologia moralis tract.* 6. *cap.*7. *n.*50. ex Sacra Congreg. scribens Episcopo Schilacan. die 13. Iunij 1594. ibi [Vicarium Sede Vacante posse literas dimissorias ad primam tonsuram concedere, etiam laicis infra annum, qui spectant præsentari per Patronos ad aliqua beneficia.] Vt arguitur *infra* in coarctatis.

Notandum vero est, quod si Episco- 21
pus existit hæreticus, facultas concedendi dimissorias pertinet ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, vt refert declaratum

ex

ex Sacra Congreg. Trid. *sess.7. cap.* 10. Nicolaus Garcia *de benefic. p.5. cap.7. sub n.93. vers. decima*, vbi respondet: *Ad Capitulum pertinet, Episcopo existente heretico notorie.* † Et an si Canonici suspensi sint propter hæresim, quando Capitulum dimissorias valet concedere, & nequeant conuenire sine difficultate, sufficiat obtinere literas dimissorias ab vno aliquo ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, & refert declaratum ibi *in vers. vndecima sufficit habere dimissorias à residentibus Capitularibus, etiam si vnus dumtaxat resideret.*

22

23 Qui in vers. *duodecima* refert, non sufficere sine dispensatione, vel dimissoriis adire pro suscipiendis Ordinibus ad viciniorem Episcopum, seu Metropolitanum, *sed adeundam esse Sedem Apostolicam.* & post alias de-

24 clarationes *dict. n.93.* † Refert declaratum in vers. *quarta*, Capitulum Sede Vacante post annum non arctatis, non posse concedere dimissorias ordinandi ad titulum Patrimonij, seu pensionis, *quia ea facultas est reseruata Iudicio proprij Episcopi*: tamen aduertit Garcia hoc non videri receptum, saltim in Regnis Castellæ.

25 Ad sextam, an dictas dimissorias spectet concedere ad Vicarium Sede Vacante, & ex iam dictis *supra à q.* 8. videtur affirmandum, quia ex quo ibi iuxta aliud Trid. decretum intra dies octo, tenetur Capitulum Vicarium constituere, sequitur vt sit cum omnimoda illa Iurisdictione, in qua successit Episcopo mortuo, siue translato idem Capitulum; & ita etiam colligitur ex dictis hic *à vers. ad secundam*, vbi æquè de Capitulo, aut eius Vicario dictum est; imo & patet ex Sacra Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum sub die 12. Ianuarij 1604. de qua Barbosa *dicto cap.* 42. *& dicto cap.* 30. *num.* 120. declarans, post annum huiusmodi dimissorias concedere spectare ad Vicarium, & non ad Capitulum, prout Vicario Capitulari Neapolitano rescripsit.

26 Tamen quia sicut Vicarius Episcopi sine speciali mandato literas dimissoriales concedere non potest, ita nec Vicarius Capituli sine speciali mandato sui Capituli, vt docent Rebuffus *in pract. de forma Vicariatus Archiep. num.*47. Franc. Pauin. *de potestate Capit. Sede Vac. cap.*10. *p.*2. *princip. num.* 17. Mandossius *super Regul.* 24. *Cancell. q.*6. *à num.* 9. quos sequitur Rota *in Maurianen. pensionis* 25. *Iunij* 1626. *coram R. P. D. Pirouano*; & ita sunt intelligenda *num. praced.* adducta, alias se ip-

sum contradiceret Barbosa *dicto cap.* 42. *de Canonicis, & dicto cap.* 30. *de Iure Eccles. n.*129. *vers. sed est aduertendum*, dum exigit in istis Vicariis ad dimissorias concedendas speciale mandatum.

Quod si dubites, an eo quod illas præstiterit, præsumatur talem facultatem habuisse specialem; sed respondet Craueta *de antiquitate temporum p.*2. *num.* 17. *q.* 1. Hieronymus Gabriel *cons.*181. *n.*9. *lib.*2. Rota *decis.* 675. *in princ. p.*2. *diuer.* quod quamuis mandatum speciale à Vicario non exhibeatur cum clausula facultatiua concedendi literas dimissoriales; attamen cum illud possit probari, nedum expresse per illius exhibitionem, verum, & tacite per coniecturas, & præsumptiones, nec dubitari possit, tales concurrere posse, quæ iudicent Vicarium habuisse mandatum sufficiens; ideo credendum esse circa facultatem sibi datam; & sic Rota *in dict. Marian. pensionis, & in Burgen. Canonicalis* 17. *Octob. &* 24. *Nouemb.* 1586. coram Gyptio, vt refert Barbosa *de Canonicis dicto cap.* 45. *& de Iure Eccles. dicto cap.* 30. *sub dicto n.* 119. *in fine*, assignarunt quatuor Iuridicas coniecturas. 27

Prima, ex quo ista facultas dandi dimissorias est de solitis pro Iurisdictione Vicariorum, cum dicat Ioannes Andreas *in dicto cap. cum nullus in fine*, istis temporibus solitum esse, eam dari Vicario. Secunda ex quo ordinans, & ordinatus sunt notæ probitatis, qui faciunt iam facta præsumi licita *ex cap. nisi essent de Prabend.* Oldradus *cons.* 115. *numero* 1. Gabriel *cons.* 187. *numero* 57. *lib.* 2. † Tertia, dicunt, vt colligatur ex eo, quod Vicarius præsumitur voluisse id, quod poterat concedere, Rota *decis.* 675. *n.*4. *p.*3. *diuers.* 28 29

Quarta, vbi consuratus recipit characterem in publica ordinatione facta per Episcopum, cui erant directæ literæ dimissoriales in eadem ciuitate, vbi Capitulum sedem habeat, quæ sola sufficit ad probandum eiusdem Capituli consensum, quo ad hanc facultatem dandi dimissorias propter verisimilem scientiam, & notitiam illius, vt in puncto tenuere citatæ decisiones. 30

Ad septimam quæstionis partem, quod si Capitulum haberet territorium distinctum, & breuiter respondendum est nec in hoc casu posse Capitulum intra annum Sedis Vacantis dimissorias concedere, & etiam si illud haberet 31

T exem

exemptum ob immemorialem possessionem, vt sunt Iudices ordinarij, vt docent Quaranta *in summa Bull. verbo Capitulum Sede Vac. vers. decimo quarto*, Riccius *in decis. curia Archiep. Neapol. decis.*185.*p*.4.Barbosa *de Canon. dicto cap.*42. *n.*119. idem *de Iure Eccles. dicto cap.* 30. *p*.1. *eodem n.*119. cuius resolutionis patet ratio, quia Capitulum Trid. voluit iustis de causis intra primum annum Sedis vacantis hanc facultatem conferre Capitulis, quæ solent nimis large se gerere, vt iam dictum fuit *sub q.* 1. *&* 2. & quia, vt *supra* dixi non defecerunt existimantes solis Episcopis hanc facultatem, & nunquam Capitulis permissam fuisse.

32 Ad octauam quæstionis partem, an valeat Capitulum Sede Vacante intra annum in beneficiis coarctatis? & iam ex dictis *sub vers. ad tertiam*, & aliis patet affirmandum; & eodem modo eius Vicarium modo *sub vers. ad sextam*, ita in terminis *ex dicto Concil. cap.*7. *sess.* 10. resoluunt. DD. Salced. *in praxi cap.* 26. *lit.C. vers. poterit* Zerola *in praxi Episcopali p.* 1. *verbo Capitulum in princ. vers. secundum*, Molina *dicto tract.*5. *de Iust. p.*6. *disp.* 11. *n.* 4. *vers. quamuis*, Garcia *de benefic. dicto cap.*7.*p.*5. *à num.* 96. Vbi ponit declarationes Sacræ Congreg. *&* *decis.* declarantes quot modis beneficia dicantur arctata, Quaranta *dicto vers.*14. *quaro*, Moneta *de commut. vltim. volunt. dicto cap.*10. *n.*180. Vbi subdit posse huiusmodi Capitulum pro arctatis litteras dimissorias ei concedere, qui habeat Episcopum, à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij compatibilis, ab eo recepti, illas posset obtinere, Marchin. *de sacram. ordin. p.*6. *cap.* 3. *n.*19. Barbosa *dicto cap.*42. *de Canon. n.*125. idem *de Iure Eccles. dicto cap.*30. *eodem n.*125. & fere per eadem verba *in dicto cap.*7. Trid. *sess.* 10. *sub vers. arctatus non fuerit*, *n.*15. Leander breuiter non distinguens *de sacram. ordin. tract.*6. *disp.*10. *q.*5.

33 Quod si dubitatur quando illæ possint concedi à Capitulo, eiusve Vicario, ratione beneficij recepti, coarctati, aut recipiendi. De primo docent Nicolaus Garcia *dicto cap.*7. *n.*98. Vgolinus,*de potestate Episcopi cap.* 26. §.20. *n.*5. *vers. & primo*, Riccius *in praxi aurea resol.*98. Moneta *de commut. vltimar. volunt. dicto cap.*10. *à n.*166. exemplificantes in eo, qui obtinet Parochialem Ecclesiam, quod sit arctatus ad Sacerdotium recipiendum intra annum;& in eo, qui obtinet Canonicatum ad ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, seu capellaniis requirentibus ex institutione seruitium personale, seu aliquem ordinem.

Vel vbi ordo suscipiendus, ita beneficio est annexus, vt tempore prouisionis, in eo constitutus esse debeat, qui beneficium obtinet, idem Moneta, & Barbosa *in dicto cap.* 7.*Trid.sess.*10.*n.*16. *& in dicto cap.*42. *de Canonicis,& dict.c.*30.*de Iure Eccles.sub n.*1126. 34

Qui exemplificant circa beneficia obtinenda coarctata, in illis, qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu capellaniam requirentia actu certum ordinem, quo illi carent. † Vel illi, qui cum sint ordinati prima tonsura, sunt præsentati ad beneficia, Garcia *vbi supra n.*99. *&* 100. Vgolin. *dicto* §.20. *n.*5. Moneta *dicto cap.*10. *n.*173. Riccius *dicta res.*98. Barbosa *in Trid.n.*17. *& dicto cap.*42. *&* 30. *sub n.*127. † Addens etiam *sub n. praced.* alia videnda, quibus etiam exemplificatur arctatus ratione beneficij adepti, veluti quando impetrans dispensatus fuit, vt hoc non obstante beneficium obtineret, vel vbi in litteris contineretur clausula *non obstantibus aliquibus, &c. per qua effectus gratia nostra impediri valeat quomodolibet, vel deferri.* † Vel similis recipiendi, vt queat scilicet concedere dimissorias ad primam tonsuram intra annum ei, qui est præsentatus à Patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum iurispatronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat, vt dictum est *supra*, ac docent Garcia *de beneficiis p.*7. *cap.*1. *n.* 30. Molsesius *in summa Theologia moral. tract.*6. *cap.*7.*n.*50. † Et sic concludant præcitati occasione beneficij arctatos dici, qui obtinent aliquod beneficium requirens seruitium personale, ratione cuius de Iure, consuetudine, priuilegio, statuto Ecclesiæ, vel fundatione, tenentur se promoueri facere. 35 36 37 38 39

Post annum vero loquendo extra arctata beneficia, & etiam in non beneficiatis, dum tamen sint ordinandi legitime, sine dubio posse Capitula, eorumve Vicarios concedere dictas dimissorias, nemini dubium potest esse, cum de Iure communi alias permitteretur,& nouissimè post Trid. *in dicto cap.*7. prohibitio solum daret pro primo anno à principio Sedis vacantis, vt iam diximus: sic Barbosa *in dicto cap.*7.*n.*9. cum Albano. † Et ex Sacra Congreg. & cum Bonacina, Nicolao Garcia, qui *à n.* 103. ponit, quando valeat Nuncius Hispaniæ ratione beneficij arctari dare has dimissorias. Et quid de Legato Apostolico *ibi n.*104. *&* 105. Vbi leges. 40 41

Ad

42 Ad nonam de Vicario Papæ iam supra dictum est, posse intra annum illas concedere, sicut etiam de Collegio Cardinalium dixi *supra sub vers. ad tertiam in fine*, vt insuper etiam docet Barbosa *in dict. Trid. cap. 7. n. 8. in pastorali p. 7. alleg. 7. n. 13.* cum Henriquez, Salcedo, Marcello Vulpeio; & alij.

43 Ad decimam, & simili modo posse eas concedere, vt diximus obtinenti licentiam, vel facultatem à Sede Apostolica de suscipiendis Ordinibus cum licentia sui ordinarij: ita Barbosa *in dicto cap. 7. Trid.* cum Nauarro, Piasecio, & Diana *p. 5. tract. 10. res. 40. vers. 3.* idem Barbosa *dicta alleg. 7. n. 14. de Canonic. dicto cap. 42. n. 123. & in eodem n. in dicto cap. 30. p. 1. de Iure Eccles.* Piasecius *in praxi p. 1. cap. 1. n. 13. vers. Capitulum*, & alij, & hoc quia isti duo casus nequeunt comprehendi *sub dicto cap. 7. Trident.* cum exorbitant.

44 De pœnis inquam statutis per Tridentinum contra Capitula concedentia literas dimissorias, & contra eorum Vicarios, & contra ordinandos illis vtentes, sequentes sunt contra Capitula, aut Vicarios intra annum illas dando, sunt vt subiaceant Ecclesiastico interdicto, Franc. Leo *in Thesauro fori Eccles. p. 3. cap. 8. n. 48.* Molina *tr. 5. disp. 11. n. 4.* Vbi extendit ad administratorem Sede Vacante loco Capituli, quæ locum habent, etiam si is, cui concessit, illis vsus non fuerit, quia actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non stetit, Nicolaus Garcia *in addit. ad tract. de benefic. p. 5. cap. 7. n. 92.* Vbi adducit declarationem Sacræ Congreg. ibi: [Vicarius Capituli Sede Vacante literas dimissorias ad ordines concessit infra duos menses à die vacationis, cum is, cui concessæ literæ fuerunt, eis vsus fuisset, dubitatum fuit, an pœna *cap. 10. in fine, sess. 13.* in hoc casu locum haberet? Congregatio censuit concedentem incidisse in pœnam, licet is cui concessit, vsus non fuerit, nam actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non stetit,] Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. n. 130. de Iure Eccles. dicto cap. 30. eodem n. 130. & in dicto cap. 10. Trid. sess. 10. n. 19.* & in illis locis cum Marchino *de sacram. ordin. p. 1. cap. 3. n. 15.* qui & *in dicto cap. 10. n. 38.* dicit, vt non incurrat pœnam suspensionis per annum Vicarius tales dimissorias dans, iuxta *dict. cap. 10. sess. 23.* sed tantum interdictum iuxta *dict. cap. 10. sess. 7.* ita quod non prohibeatur concedere alias dimissorias, Rota *in Burgen. Canonic. 15. Octob. & 28. Nouemb. 1586. coram Gyptio*, vbi etiam fuit dictum quod casu, quod hoc decretum imponeret pœnam suspensionis, aliæ tamen dimissoriæ datæ post annum valerent, si non sit declaratus suspensus, sed sit occultus, & toleratus.

De ordinatis cum præfatis dimissoriis, 45 si sola prima tonsura initientur, potius est, vt, quantumuis prohibeatur ad talem ordinem dari dimissorias, tametsi aliquis tonsuretur, non incurrat pœnas *dicti cap. 10. sess. 7.* contra ordinatos in aliis minoribus ordinibus per dimissorias intra annum concessas in minoribus, qui reuera eo capite non debent gaudere vllo priuilegio Clericali præsertim in criminalibus, vti tradunt Nauar. *cons. 20. alias 28.* subdit *de temporib. ordin.* Marta, Campanil. Toletus, Henriquez, Molina, Quaranta, Thom. Valase. Franc. Lessius, Campanillus, Franc. Leo loquentes de hac pœna tantum contra ordinatos in minoribus, non de tonsurato, de quibus dixit Marchinus *dicta p. 6. cap. 3. n. 13.* hanc priuationem priuilegij Clericalis hodie non incurri, nisi post Iudicis declarationem, iuxta constitutionem Vrbani VIII. aduersus male promotos, refert Barbosa, *de Canonicis, dicto cap. 42. num. 131. de Iure Eccles. eodem num. dicto cap. 30. p. 1. in Trid. num. 20.* idem *in Trid. dicto cap. 10. num. 22. ex verbo, gaudeant*, quod est futuri temporis, Nauar. *de temporib. ordin. cons. 20. in 1. edit.* Diana, *dicta p. 8. tract. 4. res. 44. sub vers. his*, per illa, quæ tradit legenda *tom. 2. cap. 5.* addit Zeballos *comm. contra comm. tom. 4. quæst. 897. num. 1031.* Vbi dicit textum *in dicto cap. 10. Trid. sess. 7.* loqui de ordinato ab Episcopo alieno cum literis inferiorum Prælatorum, & *dict. cap.* cum comprehendat tantum prima tonsura initiatum; exponit Diana *dicta p. 8. tract. 4. dicta res. 43. in vers. ad declarationem fin.* cum dicto Garcia *de benefic. dicto cap. 7. numer. 96.* sic colligens *ex dicto cap. 10. Trid. sess. 23.* Legendus dict. Garcia, vbi adducit *Trid. sess. 21. cap. 4. 5. 6. 10. & 11.* probans ex vsu *Trid. p. 7. cap. 1. n. 2.* † Vt 46 licet ex vsu prima tonsura inter Ordines minores connumeretur, tamen quoad pœnas non sic, qui *sub n. 93. vers. nona*, fuit loquutus de ordinatis in quatuor minoribus per declarationem Sacræ Congreg. *ad dict. cap. 10. sess. 7. modo sequenti*, [Si in minoribus, &c. ad minores Ordines sit promotus, potest in susceptis ordinibus ministrare, & beneficia obtinere, non autem priuilegiis concessis Clericis gaudere,] &

& sic vt possit habere beneficium docuerunt Sanchez, Nauarrus, & Quaranta, quos citat, & sequitur Barbosa *dicto cap. 42. de Canonic. num. 132. & de iure Eccles. eodem n. dicto cap. 30. p. 1.* quos citat etiam *in Trid. dicto cap. 10. sess. 7. n.* 21. Merolla *tom. 3. disp. 7. sub nu.* 81. qui postquam contrarium, roponit ex *cap. ex litteris de transact. & ex cap. 2. de instit.* ita docet, quem sequitur Diana *dicta p. 8. tract. 4. res. 44.* cum Rodrig. *in summa tom. 1. cap. 71. numero* 20. eius verba referens.

47 Contra vero ordinatos in minoribus ex dicto Trid. maior est pœna constituta, nempè, vt sint suspensi ab executione ordinum ipso iure ad beneplacitum Prælati futuri: tamen colligi ex hoc tale impedimentum non esse perpetuum, sed temporale, donec scilicet aliud placeat futuro successori, vt cum Suarez, Salcedo, & Petro de Ledesma sequitur Barbosa *dicto cap: 42. de Canonic. n. 133. de iure Eccles. dicto n. cap. 30. p. 1. in d. c. 10. Trid. sess. 7. n.* 23. vbi *in fin. addit.* ex Rodrig. *in summa tom. 2. cap. 14. num.* 13. contra Rebuffum *in praxi tit. de forma litter. dimissor. n.* 9. posse Episcopum ratificare ordines, quos accepit eius subditus absque suis litteris dimissorialibus. Et quamuis ex Bulla Sixti V. contra male promotos ordinatos cum litteris dimissoriis Sede Vac. contra dictum Trid. decretum, essent absolutè ipso iure suspensi, & absolutio Romano Pontifici reseruata, sed per Clem. VIII. ad terminos sacrorum Canonũ, & dispositionem Sancti Concilij Trid. redactum esse probat Nicolaus Garcia *dicta p. 5. cap. 7. numero 91. in princ.* per alia, quæ refert *p. 2. cap. fin. n.* 70.

QVÆSTIO XXI.

An Capitulum Sede Vacante, possit dispensare in petitione debiti, 2. Et concedere facultatem absoluendi à casibus reseruatis? 3. An possit approbare Confessarios? 4. Vel reuocare licentias regularium obtentas ad audiendas confessiones, seu alias Clericorum sæcularium? 5. Et an quoad potestatem ordinis succedat Capitulum Sede Vacante, & qualiter?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante queit dispensare in petitione debiti, data necessitate, vt in aliis, & de ratione,* n. 2.

3 *Capitulum, aut eius Vicarius non nisi necessitate exigente valent absoluere à Casibus Episcopo reseruatis.*

4 *Confessarios valet approbare Capitulum Sede Vacante, sicut Episcopus, qui habet territorium.*

5 *Confessarios approbandi actus non est ordinis, sed iurisdictionis, &* n. 7.

6 *Capitulum Sede Vacante valet reuocare licentias Confessariorum Clericorum, non sic regularium, vt* n. 7. & 8.

7 *Regulares approbati ab Episcopo, eo defuncto, remanent approbati; sic vt nec possint à Capitulo reprobari iuxta praxim, & si contra suadeatur*, n. 6. & 8. *nisi à successore, vt* n. 9.

8 *Confitendi licentias datas reuocans Capitulum per generale edictum, etiam contra Religiosos, non admittitur.*

9 *Episcopus successor valet reuocare licentias confitendi à prædecessore datas Religiosis.*

10 *Capitulum non succedit quoad potestatis ordinis actus, vt exerceat per se, sed per Vicarios Episcopos, caute ad id vocatos, ne praiudicent iurisdictioni Capitulari,* vt n. 11.

AD primam quæstionis partem breuiter respondetur affirmando id contingere, vt queat dispensare in petitione debiti, & in facultate absoluendi à casibus reseruatis Sede Vac. & eius loco Vicarius, seu Prouisor illius, sicut potest ratione Episcopalis iurisdictionis in votis, in quibus Episcopus dispensare valet, & vt illegitimus minores ordines suscipere possit, & obtinere beneficium aliquod simplex, vt iam dixi *per cap. 1. de filiis Præsbyt. lib. 6. in cap. 1. eodem extra*, quod intelligi debet, data necessitate, sub qua permittitur Capitulo exercere, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt est dispensare iuxta dicta *supra qu. 1. 2. & 3.* & in aliis. Est enim sæpissimè expediens, & necessarium est in multis cum subditis dispensare, vt ex se notissimum tradunt Molina *de iustitia tom. 6. tract. 5. disp. 11. nu.* 5. ex Panormitano, Nauarro, & Pauino, & sequitur Diana, sic etiam intelligendus 1

gendus *p. 8. tract. 4. reſ.* 47. ambo ſic colligentes *ex cap. Domino ſancto, iuncta gloſſa in verbo neceſſe, & iuncto cap. vt conſtitueretur*
2 *diſt.* 50. † Non enim ſufficienter dicunt, fuiſſet prouiſum Diœceſibus, ſi iuriſdictio Epiſcopi ſine diſpenſandi facultate ad Capitulum deuolueretur, vt dictum eſt, neceſſitate exigente, componendo ſic opinionem negantium, eo quod diſpenſatio ſit vſus iuriſdictionis voluntariæ, & quod ad Capitulum non pertinuerit Sede Vacante, niſi tantum iuriſdictio contentioſa, quam referunt idem Molina, & Diana.

3 Et iuxta eandem neceſſitatem, vt poſſit Capitulum Sede Vacante concedere facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Epiſcopo, docent Panormitanus *in cap. vnico de his, quæ vi, nu. fin. & cap. cum olim. 14. de maiorit. & obed.* vti in omnibus conſenſit Pauinus *de Poteſtate Capit. Sede Vac. p. 1. q. 5.* ita ipſi, & alij intelligendi, ac Diana, & Molina *vbi ſupra*, qui voluerunt, vt cumque hanc facultatem tranſire ad Capitulum, ſed ipſi negare non poſſunt, *ex dicto cap. Domino ſancto ver. neceſſe*, ad id prærequiri neceſſitatem, quaſi fateri debeant extra illam, non tranſire in Capitulum, aut eius Vicarium iuriſdictionem voluntariam, ſicut inhæret Epiſcopo ex iam *ſuprà* latè explanatis eam diſcernendo à iuriſdictione contentioſa, & neceſſaria.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſſit approbare confeſſarios? reſpondetur, quod licet talis approbatio denegetur, etiam Epiſcopo electo, imo & conſecrato, ſi Epiſcopatum non habet, & ſic denegetur Prouincialibus; & Generalibus religionum. Tamen quia eas approbationes poſſunt facere, ne dum Epiſcopi conſecrati, ſi territorium, & Diœceſim cum ſubditis habeant, ſed tantum confirmati, quia iam habent iuriſdictionem Epiſcopalem, cui ſolum competit confeſſarios approbare; ideo quia vt *ſuprà à q. 1.* dictum eſt, Capitulum Sede Vacante intrare in iuriſdictionem Epiſcopalem, affirmandum eſt, vt poſſit pro Diœceſi confeſſarios approbare, atque exponere; tum quia vſus communiter receptus, hoc ſatis indicat efficiendo id
5 per Vicarium ſuum. † Tum quia hic actus approbandi, non eſt actus Ordinis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis non ſibi ſpecialiter à iuriſdictione delegatæ, ſed ordinariæ ratione muneris Epiſcopalis, in quo quoad iuriſdictionalia, quæ neceſſaria ſunt, vt hæc approbatio pro exercitio Sacramẽti Pœnitentiæ ita neceſſariiſſimi omnibus Christi fidelibus præ requiritur; & ſic hanc ſententiam docent Canoniſtæ *in dicto cap. olim de maioritate, & obed.* vt Felin. *verb. videndus* Nouarius *in ſumma Bullarij tom. 2. tit. de Capitulo Sede Vac.* Diana *p. 8. tract. 4. reſ.* 46. Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruciata diſp. 1. cap. 2. dubio 24. numero 2.* & alij poſt Pauin. *ſupra*.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Capitulum Sede Vacante, poſſit reuocare licentias regularium, ſicut & ſæcularium Clericorum propriæ Diœceſis, vt poterit Epiſcopus de nouo veniens? & quoad Clericos ſæculares, qui Parochi non ſunt, docens eſſe ſine difficultate DD. & ſic in regularibus idem nonnulli dixerunt, eum iſti Parochi non ſint; & quia Capitulum reſpectu omnium habet iuriſdictionem, ſicut Epiſcopus; & ſic quamuis adducatur à contrarium tenentibus reſpectu regularium priuilegium à Clem. IV. conceſſum Dominicanis, & Franciſcanis, de quo aliæ religiones participant anni 1265. vt refert Rodrig. *tom. 1. Bullar. fol.* 36. nec Capitulum Sede Vac. queat reuocare à prædictis religioſis licentias eis ſemel conceſſas à prædeceſſore Epiſcopo, tantumque id competat Epiſcopo de nouo venienti; tamen videtur, tum de iure, tum ex Trid. *per cap.* 15. *ſeſſ.* 23. apparet ex clauſula derogatoria, *non obſtantibus priuilegiis*, non eſſe denegandam dictam facultatem reuocandi, etiam quoad religioſos Capitulo Sede Vacante; ſiquidem reſpectu Capituli ſuccedentis in iuriſdictione Epiſcopali debet practicari, ſicut per Epiſcopum approbatio ad confeſſiones, quæ neceſſaria dicitur reſpectu regularium. 6

Tamen quia dictum *c.* 15. *Trid.* tantum derogat priuilegiis audiendi confeſſiones ſæcularium abſque Epiſcopi approbatione præuia, non aliis priuilegiis Regularium, circa confeſſiones Regularium, vt conſtat ex contextu illius Capituli, in quo agitur tantum de neceſſitate approbationis, vt quis Sacerdos, ſiue ſæcularis, ſiue Regularis, cenſeatur idoneus ad ſæcularium confeſſiones audiendas, & Regulares abſolutè approbati ab Epiſcopo viuente, eo defuncto, remaneant approbati, vt praxis obſeruat, ſequitur vt à Capitulo non poſſint reprobari. † Et ſic quamuis de iure Capitulum poſſet reuocare ex indulto, non inquam, vt docuerunt Fagundez *in præceptis decalogi p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 88. & num. 26.* Vbi latè Diana *p. 8. tract. 4. reſ.* 48. improbans cum illo vſum Capitulorum in Sede Vacante, quæ ſolent omnes licentias confitendi reuocare per generale mandatum quod 7 8

ad regulares extendi non debet, & præbet optimam rationem disparitatis Angelus Bossius *de Iubileo sect. 3. §. 1. casu 2. num. 47.*
9 omnino legendus. † Quia facultas reuocandi Religiosis dictas approbationes, & licentias confitendi, solum spectat ad successorem in Dignitate, & iurisdictione Episcopali simul; non vero in successore tantum iurisdictionis, in qua sola succedit Capitulum, quæ mihi non sufficit cum iste actus approbandi, & reuocandi tales licentias, sit actus tantum iurisdictionis Episcopalis; & sic amplectimur aliam ipsius, nempè, Capitulo Sede Vacante, denegari eam reuocationem in dicto priuilegio, concedi tamen Episcopo successori, cui plus voluerunt summi Pontifices pro quiete suæ conscientiæ remanere liberam potestatem subiiciendi nouo examini Sacerdotes Regulares absolutè approbatos: nam Capituli iurisdictio, & gubernatio ob vacationem Sedis regulariter parum durat, & pro paruo illo tempore noluerant Regulares absolutè approbatos exhiberi nouo examini. Sed quia Episcopi iurisdictio, & regimen regulariter diu durat, cum non extinguatur, nisi cum interitu eiusdem Episcopi, vel amotione ab Episcopatu; ideo reseruasse tantum futuro nouo Episcopo successori Regularium reprobationes, aut nouas approbationes: quare & si Marchinus *de Sacram. Ordin. part. 5. sui tract. cap. 15.* dixerit prædictum priuilegium fuisse abrogatum, verius tamen est in praxi iam dictum, quod antea sequuti sunt Syluester *verb. confessor. 2. n. 4.* Alex. Peregrin. *p. 1. priuilegior. sui ordinis, tit. absolutio quoad seculares, §. 7. &* Fagundez cum aliis *dicto cap. 2. n. 28.*

10 Ad vltimam partem quæstionis pro vero intellectu, etiam præcedentium quæstionum dicendum est, vt quoad potestatem Ordinis pertinet, succedendo Capitulum Sede Vac. in ius exercendi Pontificalia, vt scilicet ordines conferendi, chrisma conficiendi, consecrandi Basilicas, & huiusmodi, sed in his quidem non vt Canonici ipsi per se, sed per Vicarios Episcopos facere iuxta *glossam in cap. ii, qua, & in cap. si Episcopus de supplenda neglig. Prælator. lib. 6.* cum Pontificalia huiusmodi, nonnisi à consecratis Episcopis valeãt exerceri, vt ostendit Barbosa *in pastorali circa princ. p. 1. & 2.* idem *de Canonic. cap. 42. n. 113. & de iure Ec-*
11 *clesi. eodem num. cap. 30. p. 1.* † Cum ea tamen cautela, vt quando ad Pontificalia exercenda vicinus, vel alius aduocatur Episcopus, id fiat cum cautelæ studio, vt inquit *in cap. Pontifices 7. q. 1.* idest ab eo præstita cautione, quod ex hoc nullum sibi ius in Ecclesia vindicaret, vt exponunt glossa, & DD. ibi, Barbosa *supra n. 134.* legendus Pauinus *in tract. de Capit. Sede Vac. 2. part. qu. 3. princ. n. 4.* legendus.

QVÆSTIO XXII.

An Capitulum Sede Vacante, possit dare licentiam nouitiis disponendi de eorum bonis temporalibus? 2. Aut possit alienare bona Ecclesiæ? 3. Seu dare licentiam Monialibus exeundi à Monasterio? 4. Seu dare licentiã Clerico transeundi ad Dignitatem Ecclesiasticam in alienam Diæcesim? 5. Seu queat Visitare Monasteria ouilium Monialium exemptorum? 6. Quid in visitando Diæcesim intra annum, vel post, aut transacto triennio?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante valet sicut Episcopus dare licentiam nouitiis, vt ante professionem disponant de bonis suis.*
2 *Alienare nequit Capitulum Sede Vacante sine licentia Papæ res Ecclesiæ, quod Episcopus valet reuocare, vel confirmare, si cedat in vtilitatem Ecclesiæ, vt* n. 3. *& quare?* n. 4.
4 *Possessiones redditus, commenda, & agri reseruantur futuro Episcopo.*
5 *Monialibus Capitulum nequit dare licentiam exeundi à Monasteriis, vt* n. 6. *vbi quod competit soli Episcopis, nisi in casu nimia necessitatis, vt* n. 7.
8 *Capitulum Sede Vacante verius est quod potest dare licentiam Clerico transeundi ad dignitatem Ecclesiasticam in alienam Diæcesim, vt* n. 9. & 10. *& absentandi se à beneficio, vt* n. 11.
12 *Visitare Moniales exemptas nequit Capitulum, nisi in casu nimia necessitatis, vt* n. 13.
14 *Capitulum per suos Visitatores quit visitare integram Diæcesim, sicut valet Episcopus.*

15 *Capitu*

15 *Capitulum Sede Vac. in ordine ad moram correctionem habet visitare*, & n.16.

17 *Visitare Diœcesim negat Capitulum, donec annus transactus sit à Visitatione facta per Episcopum, improbato tempore triennali, de quo* n.18,

19 *Procurationes solita debent solui à Clero Capitulo visitanti, aut eius Visitatoribus, quid circa famulatum, & Equestram*, n.20.

21 *Abbas Collegiata valet visitare Vacante Sede Ecclesiam Collegiatam, si altas esset in vsu, & habeat territorium.*

1 AD primam igitur quæstionis partem cum de iure, & ex Trid. permittatur nouitiis disponere de eorum bonis temporalibus, vt quotidie practicatur, est tamen, an disponendi licentiam queant in Sede Vacante Capitula concedere, sicut potest Episcopus, & Barbosa *in Trid. sess.* 25. *de regularibus*, vbi latissimè agit de prædicta dispositione, & per quos superiores authorizetur ibi n.26. ait Capitulum Sede Vac. posse dictam licentiam dare, vt tenuerunt Sanchez *in præcepta decalogi tom.*2. *lib.*7. *c.*5. *n.*67. Bartholomæus à Sancto Fausto *in thesauro Religiosorum. lib.*5. *q.* 195. Peregrin. *in comment. ad constit. Cleric. regul. p.*2. *cap.*1. *litt. E*, §.261. Tamb. *de iure Abbat. litt. C, disp.*4. *q.* 103. Diana *p.*8. *tract.*4. *res.*53. cum Barbosa *de potestate Episcopi* 3. *p. allegat.* 99. *n.*4. probans ex eo, quia id potest Episcopus iure ordinario iuxta *dict. cap.* 16. *Trid.* vt fiat intra duos menses antè professionem.

2 Ad secundam quæstionis partem, an possit alienare bona Ecclesiæ? & perlectis quæ de hoc puncto latè dixit Franc. Paulinus cum DD. antiquis in iure latè probans *tract. de Potest. Cap. Sede Vac. p.*2. *princip. tota q.* 8. & de quo etiam Molina *de iust. tom.*6. *tract.* 11. *disp.* 11. *n.* 15. & latius Merolla *tom.*3. *disp.*7. *cap.*7. *dubio* 17. *per totam*, Bauniu*s in theologia morali tom.*1. *tract.*11. *q.* 27. qui omnes, & Diana *p.*8. *tract.*4. *res.*38. negant, nedum in bonis, quæ seruando seruari possunt, & quæ mobilia sunt, sed nec immobilia sine Sedis Apostolicæ authoritate probantes sic *ex cap. si qua* 12. *q.*2. & ex

3 Concilio Ildense *can.*22. † Sic vt alienationes factæ à Capitulo, sine consensu, & authoritate Papæ, quod attinet eas ad electum Episcopũ, cum erit confirmatus rescindere, aut si ad Ecclesiæ suæ vtilitatem pertinent, confirmare valeat, vt indicat *Canon.* 15. *Ancyranæ Synodi in dicto cap. si qua* per verba sequentia: [Si qua de rebus Ecclesiæ, si Episcopus non est, Præsbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu ad ius Ecclesiæ reuocari &c.] Et hoc sub pœnis contentis *in dicto can.* 12. *Concily Ilerdensis* in illis verbis: [Nullus Clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusvè, si quidquam de domo præsumat, vel quod de vtilitate instrumenti domus esse cognoscitur, id est mobilis, aut immobilis rei Ecclesiasticæ conetur inuadere pœna alienationis ea bona, est excommunicatio non latæ, sed ferendæ sententiæ, & vix quoque peregriua, ei communio concedi debet.]

Quod si rationem inquiramus, eam nempè tradunt scribentes, quod fructus scilicet Episcopatus, possessiones, agri, commoda, redditusque poni debeant, cum sint ij successori debiti, nec dissipandi, & quod proindè Pontifices, *in cap. quia sæpe de elect. lib.*6. *& in Clem. statutum, eodem tit.* de quibus dixi latè *supra sub qu.* 4. *huius tractatus* disposuerint tales fructus in vtilitatem Ecclesiæ expendendos, & reseruandos successori, vt in specie Papa Bonifacius cauit *in dicto cap. quia sæpè*, vbi Barbosa, *vbi n.*4. notat Capitulum Sede Vacante debere fructus quocumque modo prouenientes in vtilitatem Ecclesiæ, expendi facere, & conuertere, vel futuris successoribus, fideliter per æconomum reseruari: sic cum Boërio *decis.*340. *nu.* 1. *&* 2. & antè eos tenuit cum antiquis Ioannes Monachus, *in cap. vnico de maioritate, & obed. lib.*6. vide *infra. vers. ad quartam.* 4

Ad tertiam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante, queat dare licentiam Monialibus exeundi à Monasterio? Et quamuis ex sententia Nauarri *lib.* 3. *consiliorum* secundum primam edit. *de statu Monachor. cons.*6. *& in summa cap.* 9. *n.* 30. Baunius *in Theologia morali tom.* 1. *tr.* 11. *q.*24. ex causa permittat, docens ex Trid. *sess.*25. *de regularib. cap.* 9. competere Episcopo iurisdictionem delegatam in Moniales, quoad egressum à clausuro; & ob id quia Capitulum Episcopi mortui vices gerit; inde Capitulum Sede Vacante posse dictam licentiam exeundi dictis Monialibus exemptis concedere, cum esse non debeant sine Prælato, ad quem confugiant. 5

At ego ex verbis dicti Concilij existimo, & cum Diana signanter *tract.*4. *p.*8. *res.* 39. eam licentiam non posse impartiri à Capitulo; tum quia, vt supra dictum est *sub q.*3. *& infra*, hæc facultas ex Pontificali delegatione data est Episcopis solis, sed quæ eis specialiter permittuntur non communicantur Capitulo Sede Vacante, vt ibi, & sæpius dictum est. Ergo non est cur Capitula 6

tula in præstanda dicta licentia se introducant, cum & clausura Monialium, sic omni iure, & specialibus Pontificum declarationibus cōmendata sit, referente Diana pluribus declarationibus, ita determinatum, & cautum admitterem in casu necessario, & vrgenti ex dictis *infra, vers. ad vltimam*, vt benè inquit Sauchez *tom. 2. summa lib. 5. cap. 15. n. 30.* Baun. *infra* relatus, & Diana *sub res. 14. tract. 4. p. 8. vers. sed his*, in fine.

7 † Poterit necessitate vrgenti, & in casibus Bullæ Pij V. quæ incipit *decori, & honestati*, Capitulum Sede Vacante concedere licentiam talem Monialibus exeundi; quamuis id pertineat ad Episcopum, tanquam sedis Apostolicæ delegatum, quia Monasteria hæc non debent esse absque Prælato, ad quem in casu necessitatis confugiant.

8 Ad quartam quæstionis partem, an valeat Capitulum Sede Vacante dare licentiam Clerico transeundi ad Dignitatem Ecclesiasticam, in alienam Diæcesim? & pro negatiua sententia faciunt, quæ tradit ex antiquis Franc. Pauin. *de Capitulo Sede Vac. 1. p. princip. q. 8. num. 4.* Vbi quod sicut iam supra dictum est hic *sub vers. ad secundam*, Capitulum Sede Vacante non potest alienare, sic nec personas ex glossa *in cap. si Episcopus de supplenda negl. g. Prælat. lib. 6.* ex Ioanne Andrea, Moderu. & Calderin. *n. 6.* & sic *in c. cum olim de maiorit. & obed.* ea ratione tenuit, quia est quædam alienatio personæ, sed Capitulum Sede Vacante, non potest alienare bona Episcopatus *ex dicto cap. si qua de rebus, 12. q. 2.* ergo multo minus personas, vti etiam videtur tenere Anton. Cuchus, *lib. 2. institution. moralium tit. 9. n. 75.*

9 Tamen in hoc puncto potius est, vt affirmatiua sententia sit sequenda, quia id non est alienatio rerum Episcopatus, quæ sola prohibetur Capitulo, cum non ita præiudicatur Episcopo in dicta alienatione Clerici, sicut præiudicatur in alienatione bonorum Episcopatus, vt ex se patet; & sic consequenter docere scriptores non benè argui ab alienatione rerum ad alienationem personarum: ita Panormit. *in dicto cap. cum olim n. 2.* Ioannes Andr. Ioannes Monach. & alij Canonistæ *in cap. si Abbatem de elect.* Franc. Pauinus *dicta q. 8.* benè probans *subn. 1.* dicens ex Ioanne Andrea non videri in iure prohibitum, vt queat Capitulum dare licentiam subdito transeundi ad aliam Diæcesim, cum ista non sit alienatio, nec seruetur in ea aliqua solemnitas, probans cum Baldo, & alijs, & etiam ex Rota *in nouis decis. 306. incipit, item fuit dubitatum*, & quod pro hac facit æquitas, & ratio, *cap. si religiosus de elect. lib. 6. in 2. responso*, & ex aliis fundamentis Borsas *de irregularitate part. 3. tit. vtrum aliquo tempore, Capitulum dispensare posset.*

Quare dixit Molina *de iust. & iure tom. 6. tract. 5. disp. 11. n. 14.* quem sequitur Diana *p. 8. tract. 4. res. 20.* cum dicta glossa *in dicto cap. cum olim*, & Panormit. *ibi n. 6. vers. sed dubitatur*, Ioanne Andrea, & communi opinione, ad Capitulum Sede Vacante transire iurisdictionem concedendi facultatem transeundi ad Dignitatem in aliam Diæcesim, sicut Episcopo eadem iurisdictio competit, quia id non est alienatio rerum Episcopatus: benè Selua, vbi probat *in tract. de benefic. inter tract. DD. antiquorum fol. 108. q. fin.* † dicens posse Capitulum Sede Vacante dare licentiam Clericis absentandi à beneficiis per glossam *in cap. ex eo de elect. lib. 6. & ex cap. relatum de Clericis non residentibus*, possitque dare litteras dimissorias, & commendatitias, quia illud est iurisdictionis necessariæ, quam Capitulum Sede Vac. exercet, *cap. 1. de constit. n. 6.* glossa *in Clem. 1. de heret.* & ad tempus ex iusta causa, quando Clericus vult peregrinari, *cap. non oportet de consecrat. dist. 5.* & transeundi ad alienas Ecclesias ex Rota. *decis. 306. in nouis, ex cap. si religiosus de elect. lib. 6.* 10 11

Ad quartam quæstionis partem, an queat Visitare Monasteria Monialiū exemptarum? Et suppositis quæ dixi *supra sub q. 13.* & quæ late scribunt *de hac quæst.* Merolla. *tom. 3. disp. 7. dubio 1.* Molina celebrem, & difficilem appellans, vbi supra *dicta disp. 11. n. 8.* Moneta *de commut. vltimar. volunt.* Zenedo. *q. 26. Canonicar.* Pauin. Garcia, Graffis, Riccius, Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 73.* & multi alij ab eo relati, & à Diana *p. 8. tract. 4. res. 14.* inter quos digladiantes, verius est ex Trid. vt nequeat Capitulum Sede Vac. illas subiectas Apostolicæ Sedi visitare deficiente Episcopo, quia *in dicto cap. 9. Trid. sess. 25.* soli Episcopo delegatur specialiter in verbis sequentibus: [Monasteria Monialium S. Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, etiam sub nomine Capitulorum, S. Petri, vel S. Ioannis, vel alias quomodocumque nuncupentur ab Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis gubernantur, non obstantibus quibuscumque &c.] probantes negatiuam, quia Capitulum non succedit Episcopo in priuilegiis ei concessis, cum sint personalia, & odiosa, ac proinde strictè interpretanda, vt ex Innocent. & Flamin. *vbi supra*, 12

Diana

Diana *verſ. primo in fine, & verſ. ſecundo*, vbi quod Epiſcopo mortuo, non poſſit Capitulum viſitare dicta monaſteria exempta, quia ſoli Epiſcopo eſt ius dicendæ ſententiæ in Sacras Virgines à foro ſuo exemptas per Papæ beneficium.

13 Et quamuis ſi vrgeat neceſſitas eas viſitandi, hoc ius concedunt Pauinus *ſup. qu.* 7. Anton. Cuchus, *lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 80. tamen idem Baunius, & Diana, & Garcia *de beneſic. p.* 5. *cap.* 7. *nu.* 46. tunc docent iam hoc in caſu ex iuriſdictione ordinaria competere Capitulo, ſicut Epiſcopo, cum neceſſitas, vt iam diſtinximus *q.* 1. *&* 2. & alibi à *q.* 9. ad terminos iuris communis, reducat; ſatius tamen diſtinxit Barboſa legendus, *de Canonicis cap.* 42. *à num.* 105. *& à n.* 107. idem *de iure Eccleſ. ſub eiſdem num. p.* 1. *cap.* 30. *ex reg. textus in cap. quoniam*, Abbas *de Officio delegati*, vt diſtinxi ſupra *ſub q.* 3. idem cum Garcia, Armendar. Franc. Leo, Marcello Vulpeio, & Molina *dicto cap.* 42. *& cap.* 30. *ſub numero* 71. *verſ. extende*, vbi excipit Monaſteria Monialium non exemptarum, quæ valet viſitare.

14 Ad vltimam de viſitando Diæceſim, ſuppoſitis quæ etiam dixi ſupra, *dicta q.* 13. reſpondetur affirmando, quod Capitulum Sede Vacante valet Viſitare per ſuos Canonicos, aut miniſtros ad id Deputatos integram Diæceſim, ſicut Epiſcopus, & eius Viſitator poſſent exequi iuxta DD. *in cap. inter cætera de Officio ordin. cum ſimilibus*, & ſicut in ſpecie inſinuare videtur textus *in cap. Eccleſia, de ſupplend. neglig. Prælat.* dum dicit Metropolitanum poſſe mittere Viſitatorem Eccleſiæ Vacanti, ſi Capitulum negligens ſit in exequenda iuriſdictione Epiſcopali ad ſe deuoluta: quæ doctrina ſic generaliter recepta intelligitur, vt poſſit per ſe, vel per alium Capitulum in Sede Vacante viſitare illam: latè legendus Barboſa cum multis *de Officio Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 133. quam retuli latius ſupra, *in dicta quæſt.* vbi reſoluit *numero* 9. Capitulum Sede Vacante poſſe deputare Viſitatorem; id eſt adminiſtratorem Generalem Epiſcopatus in

15 ſpiritualibus, & tẽporalibus, *& n.* 14. † quod Capitulum Sede Vacante habet ius viſitandi in ordine ad morum correctionem; poſſitque, ad hoc munus, particularem, & Generalem Viſitatorem deputare, idem Barboſa repetit *de Canon. dicto cap.* 42. *& de iure Eccleſ. dict. parte* 1. *cap.* 30. *ſub numero* 67. *&* 69. & vtrobique *ſub num.* 68. addit cum Nicolao Garcia *dicta p.* 5. *cap.* 7. *de beneſic. numero* 29. quod etiam Vicarius Capituli, habeat eam facultatem, quamuis id ſpecia-

D. Fermoſin. de Poteſt. Cap. Sede Vac.

liter à Capitulo non fuerit commiſſum ex ſententia Sacræ Congreg. cuius verba refert Garcia ibi legenda, docent præter ordinarios in dictis iuribus Pauinus *de Capit. Sed. Vac. p.* 1. *princip. q.* 7. Syluester *verbo Capitulum nu.* 3. Abbas *in cap. cum olim, ſub n.* 2. *verſ. ſed indiſtinctè*, vbi Bald. *n.* 1. *de maiorit. & obed.* Archid. *in cap. ſi Epiſcopus, num.* 2. *de ſuppl. neglig. Prælator.* Socin. *in tract. viſit. col.* 4. Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. numero* 65. Quaranta *in ſumma Bullar. verbo Capitulum Sede Vac. verſ. primo quæro*, Lotherius *de re benef. libro ſecundo quæſt.* 2. *numero* 44. Ragutius *de voce Canonic. in Capitulo quæſt.* 36. *numero* 2. Azor. *p.* 2. *inſtit. moral. lib.* 3. *cap.* 37. *quæſt.* 14. Rota *deciſ.* 346. *numero ſecundo* apud Farin. *p.* 1. *recent. & deciſ.* 166. *num.* 2. *p.* 1.

Nec huiuſmodi viſitationem in Sede Vacante ſoli ſummo Pontifici competere, iam ſupra *in dicta quæſt.* 13. dixi ex doctrina Barboſæ *in dicta alleg.* 133. vbi latè, & vt reperit Laconice *de Canonicis dicto cap.* 72. *& dicto cap.* 30. *de iure Eccleſ. numero* 69. *in princ. ex gloſſa verbo Capituli, poſt medium in Clem.* 1. *§.* 1. *de hæret.* vt ſuſtinent poſt Archidiaconum, & Abbat. *in dicto cap. cum olim. numero ſecundo col.* 3. *poſt princip. de maiorit. & obed.* Pauin. *de Capit. Sed. Vac. p.* 1. *dict. q.* 7. *à numero primo*, Syluester *dicto numero tertio in ſumma*, Molina. *de iuſt. tom.* 6. *dict. tract.* 5. *diſp.* 11. *ſub num.* 7. *verſ. ex eadem*, Cardinalis Tuſchus *tom.* 1. *litt. C, concluſ.* 56. *numero decimo.* 16

Et quamuis prædictum ius viſitandi competat Capitulo, dum Sedes vacat, Epiſcopo tamen intra annum non poterit illam viſitare; donec integer annus tranſactus ſit à die, & termino vltimæ viſitationis factæ per Epiſcopum, aut eius miniſtros ad id deputatos, & vbi de proximo non ſit Eccleſia paſtore prouidenda. † Nec eſt neceſſum, vt ſpectetur tempus lapſi triennij ex Sacra Congreg. in Pampilonen. 3. Februarij, & 10. Decemb. 1629. ob quod optimè Rota in alia Pampilonen. iuris viſitandi ſub die 15. Martij 1624. coram R. P. D. Merlino denegauit remiſſariam Clero *de Guipuzcoa* adnitenti impedire, ne Capitulum viſitaret Sede Vac. antè lapſum triennij ſub prætextu immemorialis conſuetudinis; quia materia eſt inpræſcriptibilis, & quia ſemper actus ex parte Epiſcopi remanet merè facultatiuus, vt dixi *ſub c.* 12. *&* 14. *de præſcript.* latè Barboſa *in paſtorali p.* 3. *tota alleg. antepen.* vbi firmat ius viſitandi non præſcribi: in terminis idem *d. c.* 42. *de Canonic. num.* 71. *& ibi in verſ.* vndè, idem *dicto* 17 18

V *cap.* 30.

cap.30.p.1.de iure Eccles.sub eodem n.& vers. & antè in terminis Lotherius *de re beneficiaria lib. 2.qu.2.nu.49. & 50.* Gratian.*discept. forens.298.num. 10.& discept.399.nu.33.* & alij.

19 Etenim Capitulo, eiusvè Ministris visitantibus à Clero solui deberi procurationes solitæ palam est, vt dixerunt etiam Farin. *in posthumis dicta decis. 166. p.3.n. 2.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles.p.1. cap.10. nu. 8. vers.decimo,* Molina *dict. tract.5.p.6.disp.11. num. 11.vers.in eodem,* Marcell. Vulpeius *in praxi iudiciali cap. 44. n.11.* & in Burgen. procurationum 10. Martij 1597. coram Orano, & in Trid. iurisdictionis 28. Nouemb.1607.coram Cardinali Sacrato, & in Pampilonen. iuris visitandi. 15. Decemb. 1623.coram Merlino, Sacra Congreg.Con-

20 cilij in Pampilonen. 13.Aprilis 1630. † Vbi quod potest visitare omnia loca, quæ poterat Episcopus, & quod in ipsa visitatione circa famulatum, & equestrum, & alia, formam esse obseruandam Sacri Concilij Trid.*sess.21.de reform.cap.3.*declarauit Sacra Congr.in Liman. 10. Maij 1629.tradit Barbosa *in dicto Concilio*, & hæc dicta *in dicto cap. 42. de Canon.sub dicto n. 67.& 70. & in dicto cap.30.de iure Eccles. eisdem num. p. 1.* idem legendus *in pastorali p.3. allegatione 73.n.24.*

21 Pro complemento notarunt post Felinum *in cap. ie, qua nu.2.de maiorit.& obed.* & Pauinum *de Potest Capituli Sede Vac.dicta p.1.princ.7.q. vers.septima sedes est Abbatialis,* Rota *in decis.346.à n.3.p.1.recent.*Barbosa *dicto cap.42.de Canonicis, & dicto cap. 30. de iure Eccles. sub dicto nu. 71. vers.vtrum,* Capitulum Collegiatæ Sede Abbatiali Vacante, succedere suo Prælato in iure visitandi, & hoc quamuis tale ius competeret Abbati ex præscriptione, vel priuilegio, cum hoc casu visitatio non esset delegata, sed ordinaria competens Abbati nomine proprio; quod intelligimus procedere in Abbate cum territorio distincto, non in subincluso Episcopali, quia tunc subintraret Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, si alias esset in vsu visitandi Ecclesiam Collegiatam Abbatialem; Etenim in nostra Diœcesi illa, quæ dicitur *de Villafranca* nequit visitari à Capitulo nostro, dum Sedes vacat, sed tantum Sede plena per Episcopum personaliter, aut Prouisorem Generalem, vt est Concordatum ab antiquo.

DE CAPITVLO CIRCA beneficialia, & electiones, dum Sedes vacat Episcopalis.

QVÆSTIO XXIII.

Capitulum Sede Vacante quare non possit prouidere, siue conferre beneficia liberæ collationis, sicut facit Episcopus? 2. Quid in illis, quæ debentur certo generi personarum? 3. Quid quando spectant ad solam collationem Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quare non potest prouidere Capitulum Sede Vacante* num. sequentib. *Vbi de quibus beneficiis intelligitur?*

2 *Conferendi ius non habet Capitulum Sede Vac.sed præsentandi, sic, & de differentia* n.3.& 4.

4 *Conferendi beneficia ius confertur inter fructus Episcopatus, quod maius est quolibet iure eligendi, aut præsentandi.*

5 *Conferendi libera, aut necessaria beneficia distinctio, non admittitur contra communem respectu Capituli, nisi, vt* n.6. & 7.

6 *Conferendi potestas quando est electa industria persona non transit in Capitulum.*

8 *Parochialis, quæ vacauit Salmantiæ in mense ordinario, Sede Episcopali Vacante, fuit reseruata futuro Episcopo.*

9 *Collatio necessaria, dicitur illa, ad quam Episcopus præcisè tenetur, & quando sit illa, quæ dependet à Patrono, & melius,* n.10.11.& 12.

10 *Collatio debita certæ personæ, seu certo generi personarum, dicitur necessaria, & quando debetur optanti?* n.4.

13 *Capitulum Sede Vacante (secundum Corrasium) non succedit in prouisione beneficiorum, nisi quando in iure expresse cauetur.*

14 *Capitu*

14 *Capitulum Sede Vacante, potest eas collationes beneficiorum facere, in quibus nulla exercetur liberalitas. Et qua illa talia dicantur, vel non?* & n.15.

16 *Capitulum nequit conferre beneficia, qua spectant ad solam collationem Episcopi, & quare?* n.17.

17 *Collatio est fructus Episcopatus, qui solet reseruari futuro Episcopo, excipe, vt* n.19. & 20.

18 *Donare prohibentur ij, quibus libera administratio prohibetur.*

19 *Collationes, qua libera sunt spectant ad Episcopum, secus necessaria, quales sunt Indorum, vt* n.20.

20 *Collationes debita vt necessaria, potius confirmationes dicuntur.*

21 *Electio, & collatio Dignitatum, & Canonicatuum olim ad Episcopum, & Capitulum pertinebant.*

22 *Constitutio Pij V. super conferendis beneficiis, verius est, vt non expirauerit.*

1 QVia propter antiquiores *in cap. 2. ne Sede Vacante & in cap. 2. de concess. Preb.* ibi Barbosa cum infinitis tractat hanc materiam, & diffusè in proposito Franc. Pauinus *de Capitulo Sede Vac. p.2. principali per totam à quæst.* 1. & inter nostros ex multis Nicolaus Garcia *de benefic. p. 5. cap. 7. à numero* 51. *etiam ex textu in cap. vnico ne Sede Vac. lib. 6. & ex cap. 1. de instit. eodem lib.* ex Rebuffo, Vermondo, Corrasio, Rosiniassio, Nicolao Gomesio, Cucho, Azeuedo, & Molina, quibus adiungo modernos, Lotherium *part. 2. de benefic. sub cap.* 2. Barbosam *de Canonicis cap.* 42. *à numero* 109. cum aliis infinitis, *& sub cap.* 30. *de iure Eccles. cap.* 30. *p.1. ab eodem num.* Solorzano *de iure Indiarum tom.2. lib.3. sub cap.* 13. Zechium *de benefic. & pension. sub cap.* 5. Dianam *p.8. tract.* 4. *à res.* 25. cum aliis pluribus, & ex aliis referendis; ideo sub distinctione existimo hanc materiam esse intelligendam.

2 Et quia etiam à regula, quæ docet Capitulum in Sede Vacante succedere in his, quæ Episcopus iurisdictionaliter exercebat, vt supra probatum est, fitque communis exceptio non succedere Capitulum in collatione beneficiorum ex dictis iuribus, & Doctoribus, qui docent hanc esse vnum, & præcipuum casum exceptum à dicta regula ex rationibus adductis per glossam, & per Abbatem, & alios *in dicto cap. 2. & in cap. cum olim de maiorit. & obed.* & per glossam, & DD. *in dicto cap. 1. de instit.* & cum difficile sit perquirere, & inuestigare diuersitatis rationem, præcipuè si attendamus etiam in materia beneficiali succedere Capitulum Sede Vacante, cum succedat in ius præsentandi, seu eligendi, aut etiam instituendi, vel confirmandi *ex dicto cap. cum olim, de maioritate, & obed.* vt tangit Lotherius *dicto cap. 2. libro secundo numero* 14. ideo altius hæc materia est exponenda.

Cumque sit alius modus dicendi Corrasij *in tract. de sacerd. siue de benefic. p.2. cap. 7. sub numero 4. vers. adduntque alij*, contra Rebuffum, qui *in tract. nomination. qu.8. ex numero* 48. scripsit ne diutina vacatio contingeret, posse Capitulum constituere administratorem, qui prouideat de beneficiis, quorum collatio est necessaria, videndus *in tit. de deuolut. numero* 85. quatenus ipse Corrasius ponit aliam regulam *ex dicto capite 2. ne Sede Vacante*, dicens esse aliam, nempè in Capitulum non transire, nisi ea, quæ à lege nuncupatim permissa sint, & videamus hanc indistinctè positam regulam non concludere, nisi quoad ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt dixi latè *in hoc tract. sub q. 1. & 2. & sub q. 4. item à q. 8.* cum aliis obstet decisio *cap. penult. de suppl. neglig. Prælat. lib. 6.* qua DD. firmant aliam conclusionem, nempè transire in Capitulum generaliter, & vniuersaliter à lege quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, vt ex Federico de Senis, Pauino, Nauar. Parisio, Guttierrez, Garcia, Rota, & aliis, refert idem Lotherius *dicto cap. 2. num. 28. & 29.* & hæc sibimet contradicant; ideo pro fundamento *dicto cap. 2. ne Sede Vac.* & eius ratione ponuntur sequentia. 3

Nempè ideo ius conferendi pertinere ad solos Episcopos, nec transire ad Capitula in Sede Vacanre, & si aliter dictum sit de iure præsentandi, instituendi, eligendi, vel conferendi quæ sunt penitus inter se diuersa *ex cap. cum in illis, paragrapho cum autem de preb. lib. 6.* Verum, & minora hæc à iure conferendi, quod longè maius est, non enim solum reputatur inter fructus Episcopales, vt benè loquitur Puteus *decis. 396. sub nu. 2. lib. 1. in nouis*, Lotherius *supra dicto capite 2. lib. 2. num. 15. & 16.* in quo superat quodcumque ius eligendi, aut præsentandi, Felin. *in dicto cap. cum olim. num. 2.* sed etiam continet meram gratiam, in quo transcendit ius instituendi, & cōfirmandi, quæ potius sunt de mera iustitia, vt eleganter aduertit Bellam. *cons. 20. num. 13.* Abbas *in cap. ex frequentibus num. 7. & 8. de institut.* idem Abbas plenius *in dicto cap. 2. ne Sede* 4

*Vac.n.6.*idem Lotherius,qui postquam latè probauit *dicto lib. 2. de re beneficiaria* ius conferendi esse puram gratiam, amplius illud distinguit ab electione,institutione,& aliis quatenus *in dicto cap. 2. num. 67.* dicit has facultates inferiores à potestate conferendi competere iure Magistratus,r putarique ideo inter iurisdictionalia,seu fructus iurisdictionis, vt præsenserunt Bellamara, *vbi supra*, Gambara *de Officio legati. lib.3.n.222.* sed collationem non posse esse huiusmodi, nec (vt subdit idem Abbas) esse fructum simplicem, sed fructum cum honorificentia, quod indè à persona nequit auelli, vt etiam voluit Felinus *in dicto cap. cum olim de maiorit. & obed. sub numero 3.*

5 Imo & si communis sit alia Doctorum distinctio inter liberam quidem collationem beneficiorum, aut necessariam, quasi hanc transire in Capitulum Sede Vacante, illam non sic, vt exemplificat Nicolaus Garcia *dicto cap.7.à n.66.*in beneficiis Diœcesum Palentinæ,Calaguritanæ,& Burgen. quorum beneficia debentur filiis patrimonialibus, vt etiam in Diœcesi Vallisoletana, præter existentia intra illam ciuitatem cum Ojeda, Mandosio,Gonzalez, Villar.& Azeuedo, dicendo *n. 69.* textum *in dicto cap. 2. ne Sede Vac.* procedere in collatione libera, & gratiosa beneficiorum: tamen idem Lotherius *dicto cap.2.lib.2.à n.30.* videtur non admittere,cum loquendo de beneficiis debitis graduatis,vel nominatis,firmat adhuc horum prouisionem, & collationem non transire in Capitulum Sede Vac.quia hoc semper est conferre, & prouidere, quod non pertinet ad legem iurisdictionis,dicens non vrgere in contrarium, quod talis sit prouisio ex necessitate facienda, quia ex hoc non concluditur ad qualitatem potestatis huius, videlicet, quod ea sit iurisdictionis; quia dum Episcopus, cui vult ex pluribus nominatis, aut graduatis prouidet,exercet actum gratiæ,non autem iurisdictionis contentiosæ; qua propter ait actus ille dicitur gratificatio per glos. *in cap. cum autem in verbo iudicio de iure patron.*

6 Et ideo docet ibi *sub n.30.* cum aliis impossibile esse hanc potestatem transire in Capitulum,tum quia non est iurisdictionis, & in materia prouisionis beneficiorum vera sit regula per Præpositum, & Rotam firmata,quod sufficiat non esse casum hunc in iure expressum; pro vt optimè aduertit Federicus *cons. 30. sub nu. 3. vers. fallit in collationibus*;tum quia censeatur electa à lege, industria personæ Episcopi (vt loquitur textus *in dicto cap. cum autem de iure patron.*) dum eius iudicio remittitur præelectio vnius ex pluribus, sed vbi est electa industria personæ Episcopi, minimè transit potestas in Capitulum, vt voluisse videtur Butr. *in dicto cap.2.sub nu.7.vers. videte alia ratio*, ne Sede Vacante, inde inferendo ad casum, vt si etiam tractetur de beneficiis Patrimonialibus,& sic debitis certo generi personarum, vt nec talis prouidendi potestas transeat in Capitulum Sede Vac. vt fuit resolutum in Calaguritana beneficij de Archaia 26. Aprilis 1596. coram bonæ memoriæ Corduba,cuius meminit Gonzalez ad regulam de mentibus glossa 9. §.1. *n.7.* legendus,ergo.

Sed quia communis Doctorum distinctio est cum Nicolao Garcia, *vbi supra*, & ab eo relata iam supra adducta, vt beneficia libera nequeant prouideri à Capitulo Sede Vacante; eo quod ista affecta,& reseruata Pontifici remaneant, & illa, quæ sunt necessariæ prouisionis conferri queat, à Capitulo, aut eius Vicario, dum Sedes vacat Episcopalis; imo non deficit, qui existimet perdoctè in qualibet Parochiali Ecclesia spectante ad prouisionem Episcopi idem contingere, cum sit Episcopus in necessitate conferendi illam; vt refert Nicol. Garcia *dicto c.7.n.79.* prætensum fuisse in Ecclesia Abulen. ex Sacr. Trid. Concil. *sess.24.cap.18.de reformat.* vt Capitulum Sede Vacante conferret ipsi D. Nicolao Garcia beneficium curatum *de la Calçada*; eo quod ex quo debet conferri magis idoneo ex approbatis; indè etiam prouisio talium beneficiorum, sit necessaria; & ob idque censuisse Vgolinum *de cens. tabula 2. cap.11. §. 11. nu. 3.* hodie ob concursum,qui fit de beneficiis, quæ curam animarum habent, collationem liberam non omnino videri. 7

Vndè videtur hæc materia odiosa nimis præcipuè si consideretur aliter decisum in causa Salmantina Parochialis de Gaietes 1. Decemb. 1578. coram Domino Brauo *in decis.442. p.1. diuersor. num.4.* dum dicit, quod Parochialis Vacantis collatio, Sede Episcopali Vacante in mense ordinarij, de iure reseruetur futuro Episcopo, & è contra in terminis beneficiorum patrimonialium in vna Calaguritana beneficij de Alcarea 17. Maij 1596. coram Corduba, & *in decisione sequenti*, fuisse decisum in verbis sequentibus: [Capitulum Ecclesiæ Calaguritanæ non habuisse facultatem conferendi beneficium, de quo agitur, Sede Episcopali Vacante] 8

Vacante] *ex dicto cap. illa 2. ne Sede Vac.* vt constat ex pluribus adductis à Garcia
9 *dicto cap. 7. n. 88.* Legendus. † Vbi responderetur ad dubium, quod iste non sit casus liberæ collationis docendo istam non esse collationem necessariam, cum tantum ea dicatur talis in proposito, ad quam Episcopus tenetur, & potest compelli, & quæ incipit à tertio, vt à patrono, non autem quando totus actus dependet ab illius potestate; prout electio, & institutio magis idonei, alia cumulans videnda relata decisio; ob idque Corrasius *4. p. cap. 4. de beneficiis n. 38.* potuit dicere non sibi videri admodum tutum asserere collationem, quæ fit nominatis, necessariam esse, quando concurrentibus pluribus eiusdem anni nominatis, possit Episcopus cui vult gratificare.

10 Tamen quia ex alio capite Doctores communiter docent illam esse collationem necessariam, quæ est debita certæ personæ, seu certo generi personarum, Rebuff. *in praxi tit. de coll. n. 1. & quæst. 14. de nomin. num. 131. alias à n. 79.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 39. num. 3.* Puteus *decis. 100. n. 5. lib. 3. & decis. 235. lib. 2. & decis. Abulensis Parochialis 24. Octob. 1594.* quam adducit Garcia *de benefic. dicto cap. 7. num. 73.* & ad literam *dict. p. 5. cap. 5. n. 93.* & ob id quando Patronus præsentasset plures æquè idoneos, posse Capitulum Sede Vacante instituere quem maluerit ex præsentatis, vt dixit Pauino *de Capit. Sede Vac. 2. p. q. 4. in fine & q. 5. n. 2.* idem Garcia, *dicto cap. 7. n. 75.* per ea, quæ adducit *cap. 8. n. 88.* inferens *dict. cap. 7. n. 76.* quod si aliquod beneficium, seu Capellaria ex fundatione, & institutione, conferendum sit certæ personæ, seu certo generi personarum, vt consanguineis fundatoris, possit Capituli Vicarius Sede Vacante illud conferre, quamuis non sit iurispatronatus, sed mere collativum, vt si fundator illud liberum reliquisset à iure patronatus, seu alias ius patronatus esset amissum, & vbi esset ius patronatus, & Patronus non præ-
11 sentasset in tempore. † Vt tenuit Vbamesius *consil. 267.* idemque fore ait Garcia *n. 77.* quando ratione optionis dabatur beneficium antiquiori optanti, quia hoc in casu, non est libera collatio, sed necessaria, vt *in cap. fin. de consuet. lib. 6.* Petr. Gregor. *de benefic. dict. cap. 39. num. 4. & dict. decis. Abulen.* inferens etiam Garcia ad aliud, quod dixit *p. 11. cap. 4. n. 8.*

12 Ideo & quia ex aduerso videmus decisum iuxta *dict. cap. 18. Trid. sess. 24.* & iuxta Congreg. Cardinalium Sacri Concilij, Capitulum non solum non posse conferre Parochiales Sede Vacante, sed neque etiam posse conferre in commendam, quod Capitulo erat permissum *cap. bona,* Vbi Abbas *n. 14. de appell. cap. fin. de statu Monachor.* Iuxta quæ etiam tradit videnda ipse Garcia *dicta p. 5. cap. 7. à n. 81.* In hoc inuolucro oppositionum existimo etiam respectu beneficiorum præsentationis, quod si plures sint præsentati in concursu, ita vt sit locus gratificationi: tamen si nec tunc agatur de collatione libera propter necessitatem prouidendi vni ex Puteo *decis. 58. n. 1. lib. 2.* nihilominus, quia lex in indiuiduo facultatem hanc gratificandi iudicio Episcopi præseruat *in dicto cap. cum autem de iure patronatus,* ea collatio non transeat in Capitulum, propterea quod hic censeatur electa industria personæ, vt dictum est ex sententia Butrij, & sequitur Lotherius *dict. cap. 2. de re benef. dicto lib. 2. n. 34. & 35.* dicens eam gratificationem non exigere aliquam causæ cognitionem, vel Tribunalis erectionem, quominus censeri debeat actus mere voluntarius, & gratiosus, vt latissimè fuit resolutum in vna Calaguritana de Zurbano 19. Octob. 1608. & 4. Nouemb. 1609. coram bonæ memoriæ Peñia.

Ad vero quia Corrasius in fauorem Episcoporum absolute loquitur, dicendo hunc 13
casum, non comprehendi expressum in iure, sicut reperitur expressus illa de confirmatione, & de institutione præsentati, dicatque Capitulum nunquam succedere in collatione beneficiorum Sede Vacante, nisi quando id in iure expressum inueniatur per verba *dicti cap. 2. ne Sede Vacante,* ibi [Cum nusquam inueniatur cautum in iure, quod Capitulum Sede Vacante fungatur vice Episcopi in collationibus Præbendarum,] & mordicus contra illam loquatur Garcia *dict. p. 5. cap. 7. à n. 55.* Iuxta iam supra adducta ex Panormitano, Archidiacono, Geminiano, Franco, & Milis, de quo nouissimè Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dubio 1.* asserit, nimium extendere potestatem Capituli Sede Vacante circa collationem beneficiorum.

Ideo cum eodem Merolla, & cum Diana *p. 8. tract. 4. res. 26.* & ex iam dictis cum 14
Lotherio firmiter concludendum est, Capitulum Sede Vacante eas solas collationes facere posse, quæ necessariæ sunt, & in quibus nulla exercetur liberalitas, vt quando beneficia ex eorum institutione sunt debita certis, ac determinatis personis,

vt primogenitori, seniori familiæ, vel quando ratione optionis, debetur beneficium antiquiori optanti, qui explicant intelligendum esse Garciam cum aliis sequacibus de hac collatione necessaria, alias enim si Capitulum posset conferre beneficia debita ex fundatione certo generi personarum, vt v.g. consanguineis fundatoris, quasi talis collatio censeatur necessaria, eadem ratione posset conferre beneficia debita ex fundatione conciuibus fundatoribus, puta Neapolitanis, & similibus; & sic si aliqua beneficia essent fundata, vt dentur tantum Regnicolis, & non exteris posset ea conferre Capitulum, & inde omnia beneficia nostræ Hispaniæ posset conferre, quia sunt debita tantum filiis, & subditis nostri Regni, & non exteris; sed hæc dicunt esse absurda dicti DD. & contra communem praxim, cum valdè impropriè dicantur hæc beneficia collationis necessariæ; ergo debemus stare distinctioni huic, & traditæ supra à Lotherio: alia adducunt, Merolla, & Diana cum Gonçalez adducentes decisionem relatam 19. Aprilis coram Corduba, vbi fuit resolutum non potuisse Capitulum Sede Vacante conferre quædam beneficia filiis patrimonialibus; & in alia Vlysponen. Parochialis de Carranza coram Domino Seraphino de Mense Nouemb. 1603. Vbi fuit dictum esse liberam collationem, quamuis sit facienda vni ex personis de certo collegio, nec posse fieri à Capitulo Sede Vacante, nisi in casu, quo Patronus concederet Capitulo, vt ex pluribus præsentatis ab eo, institueret quem maluerit; dicendo hanc exceptionem accidentaliter tunc contingere ex tacita permissione ac concessione ipsius Patroni, qui cum potuisset præsentare vnum tantum, præsentauit plures, dando ipsi Capitulo potestatem eligendi, & instituendi quem voluerit ex Clericis præsentatis, sicut etiam posset Patronus neminem præsentare, sed dare facultatem Capitulo, vt conferret beneficium cui voluisset.

15 Ad secundam quæstionis partem, quid de beneficiis quæ debentur certo generi personarum, iam liquet ex dictis, vbi quæ dicantur verè beneficia liberæ collationis, quæ vero necessariæ?

16 Ad tertiam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante possit conferre ea beneficia, quæ spectant ad solam collationem Episcopi? & negant absolute per textum *in dicto cap. 2. ne Sede Vac. Cap. quanto, & cap. ea noscitur*, de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli & per glossam *in cap. 15, qua de maiorit. & obed.* Selua *de benefic. p. 2. q. 11.* Corral. *in paraphrasi beneficior. p. 2. cap. 7. n. 1. & 2.* Rebuffus *in praxi beneficiali tit. de deuolut. n. 70. 71. 88. & 90.* Azeuedus *cons. 9. ex n. 1.* Pauin. *de potest. Capit. Sed. Vac. p. 1. princ. q. 1.* Flauin. Paris. *de resignat. lib. 7. q. 23. n. 19.* Vbi extendit ad beneficia, quæ vacant per renunciationem, Molina *de Iust. tom. 6. tract. 5. disp. 9. n. 11.* Marcell. Vulpeius *in praxi Iudic. fori Eccles. cap. 44. n. 5.* Piasecius *in praxi Episcop. p. 2. cap. 1. num. 16.* Cardos. *Verb. Capitulum n. 8.* Menochius *cons. 190. num. 4.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 10. n. 8. vers. tertio fallit.* Gonçalez *ad regul. 8. Cancell. §. 4. proœm. n. 35.* & Glossa *9. §. 2. n. 77.* Vbi de beneficiis patrimonialibus Azor. *p. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 38. quæst. 1.* Vincent. Filliuc. *quæst. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 2. n. 42.* Nicolaüs Garcia *dicta p. 5. cap. 7. n. 51.* Vbi *n. 52.* extendit ad præsentationem, seu electionem spectantem ad Episcopum, cum Pauino *p. 2. q. 5. n. 3. & 4.* Lambertino *de iure patronat. p. 2. q. 2. art. 4. lib. 2. citata dict. 6. p. q. 33. n. 28.* & cum Azor. Barbosa *in pastorali alleg. 72. n. 182.* idem *de Canonic. cap. 42. n. 109. & in eodem n. de iure Eccles. p. 1. cap. 30.* Rota *in Abulen. Parochialis 22. Iunij 1594. coram Cardin. Blanqueto*, Vbi extendit etiam ad beneficia Parochialia, latè Quaranta, vbi *Verb. Capitulum Sede Vac.* refert hoc ipsum iure nouissimo cautum esse per constit. felicis recordat. Pij V. quæ incipit: *Sanctissimus in Christo Pater*, per quam omnia beneficia, Episcopali Sede Vacante quomodolibet vacantia ad eorundem Episcoporum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia ipsi Pontifici reseruantur.

Et omnes, ac alij rationem præstant, quia 17 vt late dixi *supra sub q. 4.* collatio est fructus beneficij, vt dicit glossa *in dicto cap. cum olim de maiorit. & obed.* sed fructus, vt ibi latè dixi futuro Episcopo reseruantur *ex cap. quia sæpe 40. de elect. lib. 6. & Clem. statutum eodem tit. ergo.* Deinde probant ex eo, quod collatio est donatio *per cap. fin. de Offic. Vicarij lib. 6. cap. si tibi absenti de prabend. eodem lib.* sed Prælatus in conferendo cui vult, vtitur liberalitate, vt dictum est *supra ex cap. relatum*, Vbi glossa *de prabend. cap. post electionem in princ. de conces. Prabenda.*

Ergo cum donare prohibeatur iis, qui- 18 bus, libera bonorum administratio non conceditur

conceditur ex textu *in l. contra §. si filij ff. de pactis, l. filium §. 1. ff. de donation.* sequitur vt Capitulum Sede Vac. nequeat conferre talia beneficia, cum nec alienare, aut donare queat, vt supra dictum est *sub q. 21.* refert alios pro hac opinione Solorzano *de iure Indiarum lib. 3. cap. 13. n. 31. ex cap. ex frequentibus de instit.* & etiam Diana ex Rota, & Didaco Perez *dicta p. 8. tract. 4. res. 25.* dicentes, & alij supra hoc verum esse, quamvis beneficium, viuente Episcopo in mense ipsius vacauerit, si tamen mortuus sit, antequam illud conferret.

19 Declarant tamen idem Solorzanus *ex dicto cap. cum olim, & cap. 1. de instit. lib. 6.* Vbi Abbas, & DD. Rochus de Curte *de iure patron. verb. competens alicui n. 66.* Pauin. *vbi sub q. 4. & 5.* Rebuff. *tit. de deuolut. n. 87. & 88.* & plures alij, quos sequitur Nicolaus Garcia *supra n. 54.* Vbames *cons. 259. & 260. & 267. n. 2.* & Sebastian. Nenius *tract. de potest. Capit. in feudis Canonicalibus, & similibus conferendis in Rub. tit. qui feudum dare poss. à n. 25.* hoc quidem de Episcopo dictum, esse intelligendum de collationibus liberis, & merè voluntariis.

20 † Secus de necessariis, & debitis quæ magis confirmationes dicuntur, quales sunt omnes, quæ in Indiarum Ecclesiis fiunt ad Regis nostri, tanquam earum Patroni præsentationem, dicendo eas quidem collationes ad Capitulum Sede Vac. pertinere, vel per Vicarium ad id nominatum,

21 plane probans Solorzano. † Id etiam procedere, quia olim electio, & collatio Dignitatum, & Canonicatuum simul ad Episcopum cum Capitulo pertinebat iuxta *cap. cum Ecclesia vlterana de elect.* ex Oldrado *cons. 244. num. 19.* ex Rota *sub tit. de concess. Præb. decis. 4. in nouis*, Gabriel *cons. 199. lib. 1. num. 11.* quæ intelligit Diana *dicta res. 25. vers. sed hoc in fine*, procedere de beneficiis pertinentibus ad Episcopum ratione suæ Dignitatis. Et ego iuxta distinctionem iactam de illis beneficiis etiam præsentationis, & patrimonialibus, quæ pertinent ad liberam collationem, & de aliis, quæ ex institutione, aut consuetudine, siue priuilegio solus Episcopus prouideret per doctrinam iactam; sic intelligendus Garcia cum aliis *dict. cap. 7. n. 54. 55. & à n. 56.*

22 Et licet idem Garcia *de benefic. dicta p. 5. q. 1. n. 234.* dixerit dictam constitutionem Pij V. expirasse cum suo Conditore: tamen idem Barbosa *in relatis locis sub dicto n. 109.* ait præfatam resolutionem etiam hodie reperiri dispositam per regulam 3. Cancellariæ, quam & refert dict. Garcia *num. 53. in fine*, cui assentire videtur.

QVÆSTIO XXIV.

An Capitulum Sede Vacante habeat potestat. conferendi beneficia, quando præsente Episcopo, interponit ei consilium? 2. An quando iure deuoluto, alias ad Episcopum pertineret collatio? 3. Et quid quando pertinet ad Episcopum simul, & Capitulum? 4. Et quid quando electio ad aliquam Dignitatem vel beneficium ad Capitulum spectaret, & confirmatio ad Episcopum?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum nequit conferre beneficium, quando est interponendum consilium Episcopi.*

2 *Capitulum Sede Vacante non succedit in conferendo beneficia deuoluta ad Episcopum, si sint libera, secus si necessaria collationis.* n. 3. & 4.

5 *Capitulum potest conferre beneficia ad se, & ad Episcopum spectantia, si Episcopus moriatur, item & præsentare, aut eligere, vt n. 6.*

7 *Capitulum potest confirmare electum à se, quando electio est sua, & confirmatio Episcopi, si Episcopus moriatur.*

8 *Capitulum nequit confirmare donationem iurispatronatus.*

9 *Capitulum nequit præsentare ad beneficium iurispatronatus Episcopi, & si possit instituere, & confirmare ab Episcopo præsentatos.*

AD primam quæstionis partem, vt non possit dicendum est per textum *in cap. vnico §. cum vero ne Sede Vac. lib. 6.* in quo habetur, vt quando ad Episcopum spectat collatio cum consensu Capituli, aut eius consilio, defuncto Episcopo, aut suspenso; ita tamen vt Episcopus non sit in mora in petenda relaxatione talis suspensionis, quasi per eam tanti temporis

mora

mora deuolutum fuerit ius conferendi id beneficium ad Capitulum, etiam si Sedes non vacaret, tunc collationem eius beneficij non pertinere ad Capitulum, si contingat tunc sedem vacare, sed pertinere ad summum Pontificem, vnde Pauin. *de Capit. Sede Vac. p. 2. q. 1. in princ.* Nauar. *consil. 20. num. fin. de prabend.* Azeued. *consil. 9. num. 5.* Molina *de iust. & iure tract. 6. disp. 11. num. 9. & 13. vers. in eodem*, Barbosa *de Canon. cap. 42. num. 110.* idem *de Iure Eccles. p. 1. cap. 30. eodem num.* colligunt Concilium ad consensum, attinentem ad Capitulum non efficere, prouisionem communem Capitulo cum Episcopo, quasi ratione talis communionis, prouisio talis beneficij pertineat ad Capitulum Sede Vacante.

2 Ad secundam partem quæstionis multi dixerunt, absolute idem respondendum, quia beneficia ad prouisionem, & collationem inferiorum attingentia, quæ ob negligentiam eorum ad Episcopum iure deuoluto spectant, eo mortuo, aut translato, non est, cur ad Capitulum Sede Vacante spectare valeant, cuius conclusionis videtur ratio euidens esse; nam talis prouisio, quæ iure deuoluto recedit in Episcopum, est liberæ collationis, & donationis per doctrinam textus *in dicto cap. 2. ne Sede Vac.* & cum in iure casus iste pro Capitulo non reperiatur, nullo modo ad Capituli collationem posse spectare, deficiente Episcopo; & sic Quaranta dicit vt huius casus determinationem diu cogitans tenuerit *in summa Bull. Verb. Capitulum Sede Vac. q. 9. amplias. 3.* tamen adhærendo constitutioni Pij V. 161. fol. 1167. *in Bullario generali*, per quam reseruantur omnia beneficia vacantia, Sede Apostolica Vacante, ad prouisionem Episcoporum quomodolibet pertinentia; & sic huic sententiæ, quam sequitur Nicol. Garcia *de benefic. p. 5. cap. 7. num. 53.* cum Abbate, Rebuffo, Parisio, Corrasio, Cucho, Genuensi, Azeuedo, Azor. Ioanne Andrea, Dominico, Zerolla, Zech. & Molina, qui dicit consentire in hoc DD. communiter, quamvis in eo non resoluat Pauin. *dicta p. 2. q. 2.* Ioannes Monachus, Probus, Miles, Baldus, & alij, quos citat Barbosa *de potestate Episcopi p. 3. alleg. 126. n. 70.* Diana *p. 8. tract. 4. res. 27. à vers. sed aliqui.*

3 † Alij inquam dixere absolute eius collationem pertinere ad Capitulum Sede Vac. inter quos idem Ioannes Andreas, *in cap. quamquam de elect. lib. 6.* Panormit. *in dicto cap. 2. n. 3. ne Sede Vac.* Petrus Gregor. *in syntagm. iur. p. 2. lib. 7. cap. 9. n. 43.* Lambertin. *de iure patron. lib. 2. p. 3. q. 2. art. 8. n. 6.* Lælius Zechius, *de benef. & pers. cap. 5. n. 5.* Zerola *in praxi Episcop. p. 1. Verb. Capitulum §. 5. & p. 2. eodem Verbo §. 10.* Molina *dicto tract. 5. disp. 11. n. 12.* ex eo inquam, quam tunc ea deuolutio pertinet ad Iurisdictionem Episcopalem ratione communis vtilitatis, & administrationis suæ Diœcesis in bonum, & fauorem non Episcopi, sed beneficiorum, ac animarum, sed in huiusmodi Iurisdictione, dicunt allegati succedere Capitulum Sede Vac. ergo quemadmodum ob negligentiam conferendi beneficium intra semestre, à puncto notitiæ vacationis beneficij, transit ius quod Episcopus habeat ad illud conferendum ad Capitulum etiam si sedes non vacet *ex cap. nulla, §. fin. & cap. quia de concess. Præb.* vt notat Pauin. *sub p. 2. dict. q. 2. §. quædam ergo*, & multo plus in casu præsenti.

Nos inquam in hac varietate potius distinguendum putamus inter collationem liberam, & necessariam, vt prima sententia procedat in beneficiis liberæ collationis Episcopalis. Secunda inquam in beneficiis necessariæ collationis iuxta differentiam positam *sub quæst. 23. præced.* nam in his, quæ sunt necessaria, lex indulget Capitulo, vt ministret, *cap. 1. de instit.* Azeued. *dicto consil. 9. num. 8. vbi à num. 15.* resoluit ex eo quod conferre Capitulum non possit, ne diutius vacet Ecclesia Parochialis, deficiente Prælato, Episcopatus ob hanc necessitatem licere Capitulo Sede Vacante, tales Ecclesias commendare, etiam vltra sex menses: sequitur Barbosa *dicto cap. 42. de Canon. num. 110.* idem *eodem num. dicto cap. 30. p. 1. de iure Eccles.* & quamvis Diana sententiæ negatiuæ adhæreat, & dixerit non esse improbabilem affirmatiuam *dict. res. 27. sub vers. sed ego*, quam etiam sequuti fuerunt Andreas Valens. *lib. 3. decret. tit. 9. num. 4.* Zypæus *de iure Pontificio nouo lib. 3. tit. ne Sede Vacante, & num. 6. & 7.* cuius verba refert Diana: tamen clarius omnes dissensus componuntur sub relata distinctione; à natura inquam beneficiorum liberæ, aut necessariæ collationis. 4

Ad tertiam quæstionis partem, quid quando pertinet ad Episcopum, & ad Capitulum simul collatio, & in hoc casu, breuiter dicendum est, mortuo, vel translato Episcopo, & Sede Vacante, posse Capitulum per se prouidere, vt habetur 5

in

in cap. 1. in princ. ne Sede Vacante lib. 6. Vbi affirmant Panormit. & alij traditi ibi à Barbosa, Panormit. *in dict. cap. 2. eodem num.* 4. Nauar, *lib. 2. consit. tit. 5. de prab. cons.* 20. Diana *dict. p.* 8. *tract.* 4. *res.* 25. *vers. nota secundo*, vbi cum Capo, & Geminiano, ac Franco *in cap. vnico de*
6 *maiorit. & obed.* † Idem extendit ad potestatem præsentandi, vel eligendi ad aliquod beneficium, quoties ad vtrumque spectaret electio, vel præsentatio vt *infra* dicitur *sub q.* 3.

7 Ad quartam quæstionis partem, etiam respondetur breuiter, quod si electio ad aliquam Dignitatem, vel Beneficium spectaret ad Capitulum, & confirmatio ad Episcopum, Capitulum Sede Vacante, duplici iure fungi; & sic ad illum vtrumque spectare in eo casu: *argum. textus in l. si consul. ff. de adoption.* nam eliget iure Capitulari, & confirmabit iure speciali, vt ante Dianam *dicta res.* 25. *in fine*, qui alia *in eo vers.* dixit iam relata, tenuit Glossa, *in cap. penult. de suppl. neglig. Prælator. lib.* 6. Vbi DD. *applica* quæ dico *tract.* 3. *q.* 38. *vers. ad quintam.*

8 Notant verò Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 303. *à num.* 10. Et Barbosa cum eo *in pastorali alleg.* 71. *num.* 14. idem *dicto cap.* 42. *de Canonic. numero* 111. & *dict. cap.* 30. *de iure Eccles. p.* 1. *eodem num.* non posse Capitulum Sede Vacante confirmare donationem iurispatronatus, quia tunc necessario interuenire debet Episcopi consensus de quo aliquid iam *supra.*

9 Item notat Merolla *tom.* 2. *disp.* 7. *cap.* 7. *dubio* 11. *numero* 135. & cum eo Diana *dicta p.* 8. *tract.* 4. *res.* 29. *in fine*, non posse etiam Capitulum præsentare beneficium iurispatronatus Episcopo competentis. Sed non negatur posse instituere, vel confirmare Clericos præsentatos à Patronis ex dictis *supra per cap.* 1. *de instit.* ex Lotherio, Garcia, Rebuffo & Azeuedo, Barbosa *in pastorali alleg.* 72. *num.* 183. *de Canon. cap.* 42. *num.* 9. *de iure Eccles. eodem n. cap.* 30. *p.* 1.

QVÆSTIO XXV.

An Capitulum Sede Vacante possit resignationes beneficiorum admittere simpliciter ex causa permutationis? 2. Aut possit commendare beneficia ad tempus. 3. Aut æconomos creare pro fructuum beneficiorum, aut Episcopatus vacantis collectione?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum verius est, vt non possit resignationes beneficiorum admittere, vt* numero 3. & 4. *& si contra affirment DD. qualitercumque factas,* numero 2.

3 *Resignare idem est quod donare, & sic spectat ad liberam collationem.*

4 *Resignationes beneficiorum ex causa permutationis nequit Capitulum admittere: alij dicunt posse permutationes recipere; non inquam conferre beneficia permutata, vt* n. 5. & 9. *sed de praxi infra* n. 7. & 8.

5 *Episcopus potest admittere resignationem beneficij Pontifici reseruati, non tamen conferre.*

6 *Capitulum nequit admittere permutationes beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi.*

8 *Capitulum nostra Asturicens. not spectauit vt fierent certa permutationes.*

9 *Vicarius Episcopi potest resignationes ex causa permutationis admittere, si habeat facultatem ab Episcopo admittendi resignationes.*

10 *Capitulum queit ad tempus beneficia vacantia commendare, dando illis Vicarios, sed non in perpetuum, &* numero 11.

12 *Capitulum queit æconomum pro administrando fructus beneficij constituere donec prouideatur distinguendo, vt* n. 13. & 14.

14 *Æconomus in beneficiis constituitur ad conseruandum, ad agendum, lite pendente inter Patronos, aut cum Episcopo,*

cuius bona sunt seruanda successori, vt num. 17.

15 *Patronus se intromittere non debet, vt agat de rebus Ecclesia, nisi quoad defensionem.*

16 *Episcopus, ad quem pertinet institutio Ecclesia patronata, debet custodiam illius habere, dum vacet.*

1 AD primam quæstionis partem Flaminius Parisius *de resignat. benefic. lib.*7. *q.*23. *n.*19. negat renunciationes beneficiorum posse fieri coram Capitulo Sede Vacante, idem tenet Prosperus de Augusta *in addit. ad summ. Bullar.* Quaranta *Verb. Capitulum sub n.*159. *limit.*5. Barbosa *in pastorali de potest. Episcopi p.*3. *alleg.* 69. *num.*8. qui idem sentire videtur cum dict. Flamin. *de Canon. cap.* 42. *sub n.*109. *& sub eodem n. in tract. de iure Eccles. cap.* 30. *p.*1. Rebuffus *in praxi tit. de deuolut. à n.* 94. eo quod Capitulum tantum succedit in his, quæ sunt iustitiæ non his, quæ sunt gratiæ ex Ioanne Andrea *in cap. vnico de maioritate, & obed. lib.*6.

2 Alij plures firmant bene eas posse admittere Capitulum Sede Vacante, cum fungatur vice Episcopi, & succedat in eius Iurisdictione, vt ex doctrina Abbatis *in cap. cum olim de maioritate & obed.* & ibi Felin. *n.*4. Rota *decis.*6. *de rerum permut. in nouis*, Pauinus *de Capit. Sed. Vac. quæst.*2. *à numero* 13. Corrasius *de benefic. cap.* 8. Cuchus *lib.*1. *instit. moral. tit.* 9. *à num.* 40. Sbrozius *de Officio Vicarij lib.*2. *quæst.* 21. *numero* 12. plures referentes Azor. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 38. *quæst.* 3. *& lib.* 7. *cap.* 19. *quæst.*7. Garcia *tom.*2. *p.*11. *cap.*3. *num.*235. Vbi sic ait: Vicarius Episcopi non potest resignationes admittere, nisi habeat speciale mandatum, vt in illa Spolitana *benefic. supra relata numero* 255. probans cum multis ex relatis, & cum Staphileo etiam tenent Federicus *in tit. de rerum permut. quæst.*36. Vbi etiam Lapus, & sentit Diana & si non clare *dicta p.* 8. *tract.* 4. *res.* 28. Vbi cum Pauino *supra num.*13. & Sbrozio *dict. num.* 12. hoc porrigit non solum in resignatione, quæ fit in resignantis pœnam, sed etiam in qualibet resignatione; & sic accidere; quia iste casus non prohibetur Capitulo Sede Vac. & quia Capitulum succedit in totam Iurisdictionem ordinariam Episcopi, exceptis casibus in iure expressis; & quia Capitulum Sede Vacante, potest ex causa Clericum destituere à beneficio, seu priuare, sed resignatio habet vim destitutionis; nam per eam resignans desinit esse intitulatus, at Prælatus. Ergo. Et ita etiam docent Merolla *tom.* 3. *disp.*7. *cap.*7. *dubio* 11. *numero* 126. & multis exemplis comprobat Rodrig. *in summa tomo* 1. *cap.*71. *num.* 15. ex Panormitano, Zabarella, & Roca; & licet rationem hanc non assignet Barbosa ita tenet cum Sbrozio, Parisio, Quaranta, & Riccio *de Canonic. cap.* 42. *n.*96. *de iure Eccles. sub dict. n. cap.* 30. *p.* 1. *& in pastorali p.*3. *alleg.* 69. *num.* 8. qui tamen dicit non posse Capitulum beneficia sic resignata conferre.

Sed quia in hoc dubio præter alios debet videri Baunius *tom.*1. *tract.*11. *quæst.*23. *per totam*, interim existimo pro prima sententia respondendum, quia quantumuis dicatur in resignatione dari collationem necessariam, & ea fit de beneficio iurispatronatus, adhuc potius collationis liberæ dicitur; cum resignare idem sit, quod donare eo quod oritur à mera liberalitate; ergo collatio, quæ fuerit facta illius virtute, semper dicetur libera quædam donatio *ex cap.* 2. *ne Sede Vacante*, & confirmatur ex proxime dictis de resignatione, quæ fit ex causa permutationis. 3

Ad secundam quæstionis partem, etiam dici debet contra aliquos non posse Capitulum Sede Vacante admittere resignationes beneficiorum ex causa permutationis: nam si hoc ei permitteretur, posset quidem dicta beneficia resignata conferre ipsis compermutantibus: hæc ita docent veteres etiam scriptores, vt obseruant Merolla *dicto tom.*3. *disp.*7. *cap.*7. *dubio* 11. *n.*135. Diana *dicta p.*8. *tract.*4. *res.*29. ambo videndi contra Federicum *in tract. de permut. dict. q.*36. Lapum, Panormit. & Felin. *in dicto cap. cum olim*, Cardinal. Immolam, & Vitalin. *in Clem.*1. *de rerum permut.* & Azor. *p.*2. *lib.*3. *inst. moral. q.*8. *cap.* 38. dicentem id esse probabilius, eo modo intellectam, nempe, † Quod Capitulum potest recipere permutationes beneficiorum, sed non conferre beneficia permutata, nisi ius conferendi ad ipsum pertineat, vel communiter ad ipsum, & ad Episcopum, sicut in simplici dixerunt Federicus, & Lapus vbi supra; item & Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num.*94. † Posse quidem Episcopum admittere resignationem beneficij, quod est Romano Pontifici reseruatum, sed non posse illud conferre, Barbosa *de Canon. dicto c.*42. *& dict. c.*30 *de iure Eccles. num.*95. 4 5 6

num. 95. ex glossa *in Clem.* 1. *de rerum permut.* Gambara, Cou. Quaranta, Bonacina, & alij, qui etiam cum Puteo *decis.* 320. *lib.* 2. *in correctis*, Ricc. *in collect. decis. p.* 6. *collect.* 2487. *vers. vndecimo*, dicit non posse admittere permutationes beneficiorum spectantium ad solam collationem Episcopi.

7 At quia in casu liberæ resignationis, etiam contrariam negatiuam admittimus, quanto quidem fortius debet in hoc ex causa permutationis contingere, iuxta id, quod practicauit his proximis diebus Regia Cancellaria Vallisoletana in quadam permutatione cum Parocho de Baldefinjas & quendam Capellanum loci de Morales compermutantes coram Prouisoribus Lemoren. & quia Parochus conquestus fuit de fraude valoris Capellaniæ, & de possessione beneficij de Baldefinjas data relato Capellano, ipsa Cancellaria non ex dicto dolo, sed ex cognitione iuris, quod scilicet ex permutatio non potuit admitti à Capitulo Sede Vacante, declarauit vim factam fuisse in possessione data relato Capellano.

8 Et quamuis nostrum Capitulum in Sede Vacante soleat audacter pergere, vt apparet *ex dict. quæst.* 4. & 6. nihilominus Decanus, & quidam eius frater D. Ioannes de Herrera spectauerunt nostrum aduentum, vt Decanus resignando in manibus nostris, quendam Canonicatum, & D. Ioannes quandam Capellaniam, permutatio fuit per Nos celebrata, quam noluerunt intentare coram Prouisoribus Sedis Vacantis: alia tradunt DD. super hac quæstione videnda; & sic teneo; & si idem Rebuffus *in praxi tit. de deuolut. numero* 94. & 99.

9 Et Ruffianacius *cap.* 33. *numero* 2. † Postquam negarint posse renunciationem liberam admitti à Capitulo Sede Vac. dicunt id posse, si fiat ex causa permutationis; eo quod sit necessaria, & cum causa, vt etiam voluit Garcia *dicto cap.* 7. *numero* 72. ex Rota, Dominico, & Corrasio, quatenus dixerunt posse Vicarium Episcopi absque speciali mandato conferendi, conferre beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes habeat ab Episcopo; quia tunc collatio non est voluntaria, sed necessitatis; non enim possunt huiusmodi beneficia, nisi permutantibus conferri, tenendo ex his ex generali commissione transire in Vicarium Episcopi collationem necessariam,

& melius à Sede Vacante admitti, quam habet latiorem potestatem, quam Episcopi Vicarius, probans ex Pauino, & Sbrozio.

Ad tertiam quæstionis partem, an 10 possit Capitulum Sede Vacante ad tempus beneficia commendare? Et quod possit ea commendare non in perpetuum, sed tantum ad tempus; donec idoneus beneficiarius detur, hoc est constituere quendam Vicarium Clericum, qui Ecclesiæ inseruiat, & administret Sacramenta, donec Parochialis, aut beneficium de proprio Parocho, siue Beneficiato prouideatur; communis omnium Episcopatuum praxis obseruat, vti docent inter antiquos Panormitanus *in dicto cap. cum olim de maiorit. & obed.* Innocent. *in dicto cap.* 2. *ne Sede Vac.* Ancharanus, & Ioannes Andreas *in dicto cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. Rebuffus *in praxi beneficior. tit. de deuolut. numero* 77. Azor. *in tit. mor. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *quæst.* 8. & iuxta hoc intelligo Nouarium in opusculo noui iuris Pontificij, *conclus.* 1. *numero* 4. Rub. *de caus. prima instantia*, Riccium *in praxi tom.* 4. *res.* 227. Dianam *dict. p.* 8. *tract.* 4. *res.* 51. dum dicunt posse Capitulum creare Clericos Saluaticos, illos seruitio Ecclesiæ assignando, sicut Episcopus. † Et quamuis ex Sacra Congreg. 11 Nicolaus Garcia *de benefic. dicta p.* 5. *cap.* 7. *num.* 2. Nauar. *in summa Bullar. tom.* 2. *tit. de Capitulo num.* 88. distinguant dicendo prædictam doctrinam procedere tantum in beneficiis simplicibus; non inquam in curatis, existimamus in utrisque quando necessarium est seruitium procedere, & plus sine dubio in curatis per illa, quæ latissimè scripsimus *in Rub. & tit. de Offic. Vicarij.*

Quod si hoc, quod est Ecclesias commendare intelligatur de æconomo, perficiendo vt infra *in vers. ad vltimam*, sicut sentit Barbosa cum Rebuffo, Azor. & Molina *de Canon. dict. cap.* 42. *num.* 94. *de iure Eccles. cap.* 30. *eodem n. p.* 1. dicendo, quod quamuis ad Capitulum Sede Vac. non pertineat conferre beneficia, quæ conferre ad Episcopum attinebat, ad Capitulum tamen tunc pertinere illa commendare, prouidendo de idoneo æconomo, qui illa administret, assignando ei congruum stipendium, donec beneficia illa ab eo conferantur, ad quem collatio eorum spectat, subdens cum Molina *tract.* 5. *disp.* 11. *num.* 11. *vers. licet* ita procedere; siue beneficium sit Ecclesiasticum, 12

quod iurispatronatus non sit tempore Sedis Vacantis in mense summi Pontificis reseruatum, vel affectum vacet, siue in mense Episcopi; quia ex Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. Capitulum Sede Vacante vsque ad electionem digníoris, potest peragere omnia præscripta in Trid. non secus, atque illa perageret Episcopus; collationem vero eorum beneficiorum remittens summo Pontifici.

13 Ad vltimam quæstionis partem, viso, quod dictum est *supra de œconomo sub quæst.* 21 *num. fin. & num. praced.* nunc de œconomis pro administrandis, & colligendis beneficiorum fructibus, & prouentibus, qui debent ad successorem pertinere, distinguendo respondetur ex Doctorum doctrina *in cap. penult. & vlt. de suppl. neglig. Pralat.* & ex Guttierrez *Canonic. quæst.* 11. *num.* 10. ex Abbate *in cap. bonæ memoria sub numero* 12. *ad finem vers. tu dic,* melius, *& numero* 13. *de appell.* ex Rebuffo *de nominat. quæst.* 8. *numero* 50. *& in praxi. numero* 77. *&* 80. Azor *inst. mor. tom.* 2. *libro tertio, capite* 28. *numero* 8. alios cumulante, & ex Lotherio *de re benefic. libro secundo parte* 1. *quæst.* 2. *numero* 40. qui loquendo de Parochialibus negant circa hæc beneficia, quæ ex regula Cancellariæ, 2. iam reseruata sunt posse Capitula sede Episcopali Vacante, constituere, siue deputare œconomum; non enim docent contrariam sententiam, quæ de iure communi alias admitti deberet practicari in dictis beneficiis reseruatis, quorum fructus percipiuntur per subcollectores, & ministros Cameræ Apostolicæ: nam ex quo Papa habet prouidere, ipsi soli, seu Ministris ipsius competere illud ius custodiæ; nec ideo addunt videri permissam, aut deputationem œconomi, aut temporariam commendam ipsi Capitulo, ex quo tunc collatio, non pertinet ad successorem in Episcopatu, vt omnium melius, declarat Abbas *supra,* qui etiam *in cap. cum nobis numero* 19. *sub vers. & tunc procuratorem de elect.* cum eadem circumstantia prædictam conclusionem ponit; secus quando cessant prædictæ reseruatio, siue affectio Apostolica, cum tunc locum habere concedant, dicit Abbas *in dict. capite secundo ne Sede Vac. numero quarto,* Rebuffus, Azor, & Lotherius, *vbi supra,* vt Capitulum constituere valeat œconomum, vt communiter practicatur, & in hac alma vtilius, cui spectat percipere dimidij primi anni à morte Curati, & Beneficiatorum fructus, qui iam diu applicari sunt indulto Apostolico pro fabrica huius Matricis Ecclesiæ, & hoc iuxta communem Doctorum in Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. per textum ibi, ex quo hæc facultas catenus permittitur Capitulo, quatenus ibi incumbit onus percipiendi fructus: prædictam vero distinctionem non admittunt Barbosa, Molina, *vbi supra n.* 94. *& n.* 11.

Alia inquam applicabis de œconomo constituendo, relata sub glossa. *cap. cum vos* 4. *de Offic. ordin. vers. œconomos,* quatenus scribit sequentia, quod constituitur œconomus ad conseruandum, non ad agendum, vt *in cap. quoniam* 75. *dist.* & quandoque etiam ad agendum, vt *in l. omnis §. nihilominus. Cod. de Episcop. & Cleric. & in cap. Imperatorum.* vbi dixi *de turam. calum. & in cap. dilectus. de capellis Monachor. & ibi in cap. constitutus,* quod glossa intelligit, cum de iure patronatus, est quæstio inter Patronos, & Episcopum, vel quando Patroni non concordant, de præsentanda persona, vel malam præsentant; tum enim scribit glossator, debet statim Episcopum ponere œconomum, qui conseruet bona Ecclesiæ, si quæstio est de iure patronatus inter Patronos, vt vsque ad quatuor menses spectet Episcopus, & quod illis elapsis ordinet Ecclesiam, saluo iure in posterum illi, qui obtinebit, vt *per cap. quoniam in quibusdam, & cap. cum propter discordiam de iure patronat.* Vbi DD. notans ex littera *dicti cap. cum vos.* † Quod Patronus se intromittere non debet de rebus Ecclesiæ, nisi quoad defensionem, *per cap. decernimus* 16. *qu.* 7. *& cap. filys eadem quæst.* & quod Episcopus, vel alius Prælatus, ad quem pertinet institutio debet habere custodiam illius Ecclesiæ Vacantis; quamuis Episcopus non sit, vt dixerunt Innocent. *in cap. cum vos numero* 1. Hostiensis *n.* 3. Ioannes Andreas *n.* 16. † Barbosa *fin.* Bald. *n.* 4. Anchar. *n.* 2. Butr. *n.* 16. Panormit. *n.* 8. Rendina *in proæmio receptarum sent. tom.* 1. *tit.* 34. *num.* 5. idem Barbosa *in pastorali alleg.* 72. *à num.* 17. † Et addit glossator *in dicto cap. cum vos,* bona Ecclesiæ conseruanda in tempore successoris, *ex cap. hoc huius placitis* 12. *qu.* 2. *& in cap. charitatem, & dist.* 75. *cap. quoniam quidam, & cap. si quis* 10. *q.* 2. nisi sint talia, quæ seruando seruari non possunt, vt excipitur *in l. lex quæ tutoris in fine cod. de administrat. tutor. l. Diuus in fine ff. de petit. hæredit.* 1. *respons. & ex dicto cap. si quis Episcopus* 10. *q.* 2. 14 15 16 17

QVÆST. XXVI.

QVÆSTIO XXVI.

Capitulum Sede Vacante, an valeat dismembrationes, ac vniones beneficiorum facere, 2. Aut supprimere Canonicatum ? 3. Et in aliis casibus, præter relatos, beneficia prouidere? 4. Vel an possit prouidere Canonicatus affectos tunc temporis Vacantes, etiam Scripturæ, & Pænitentiariæ ? 5. Seu nominare Ministros pro iurisdictionis exercitio, tam Ecclesiasticæ quam Regiæ sibi competentis ?

SVMMARIVM.

1 *Dismembrationes Capitulum Sede Vacante nequit facere beneficiorum, quia hoc est species alienationis, vt sub* n. 2. & n.7.

2 *Solemnitas requiritur in dismembratione beneficiorum, vt in vnione.*

3 *Dismembratio nequit fieri, nisi vocato Rectore.*

4 *Vniones beneficiorum Capitulum nequit facere, vt à* n.6. *contra alios* n. 5. *etiam si nihil periret de iure Episcopi, vt* n.8.

7 *Vnio est species alienationis, & extinctionis beneficij omnino prohibita Sede Vacante.*

8 *Collatio libera, sicut nequit fieri à Capitulo; ita nec vnio.*

9 *Vnioni, quæ fit Capitulo requiritur authoritas Papæ, non si fiat alicui separata Prabenda.*

10 *Opprimere Canonicatum nequit Capitulum, quod solum spectat ad Episcopos, non quidem ad Prælatos sæculares, vt* n.11. & 12.

11 *Prælatus Ecclesiæ Collegiatæ nequit supprimere Canonicatum, nec Prælati Regulares beneficia, vt* n.12.

13 *Capitulum queit prouidere beneficia Sede Vacante, quorum collatio, aut præsentatio est amborum.*

14 *Canonicatus affectos, nempè Doctoralem, Magistralem, Scripturæ, & Pænitentiariæ, iam Capitulum, dum Sedes vacat prouidet per edicta vocando oppositores,* n.15. & 16.

15 *Canonicatus Pænitentiariæ per multum tempus solus Episcopus, aut Papa prouidebat in Cathedralibus, iam hodie Vacante Sede prouidet Capitulum de facto, potius quam de iure, vt* n.16.

17 *Ministros eligit Capitulum Sede Vacante pro iurisdictione.*

AD primam quæstionis partem, & si 1
inter scribentes de hoc tractatu, nihil
de dismembratione loquutum esse videatur,
credimus non posse Capitulum Sede
Vacante, eas facere; tum quia & ex iam
longè dictis *à quæst.* 1. item & *sub q.* 4. *Sede
Vac.* nihil nouari debet. Secundo ex integro
titulo, vt Ecclesiastica beneficia sine diminut.
conferantur; ergo si Capitulo, dum
vacat Sedes, dismembrationes beneficiorum
permutarētur, esset inquam extraneè
operari contra ius Pontificis, & Episcopi ex
dicendis *in vers. ad secundam, de vnionibus,*
vbi vt quemadmodum Doctores non admittentes
vniones beneficiorum; ideo tenent,
quia vnio est alienationes species,
non permittenda, vt patet ex dictis *supra
sub quæst.* 22 *num. quarto.* † Sic & multo plus 2
nec dismembrationes; siquidem, vt ait Garcia
*de benefic. cum multis, p.*11. *cap.*3. in dismembratione
beneficij solemnitas requiritur,
sicut in vnione; imo vt fiat ab Episcopo
cum consensu Capituli ibi probans *ex
num.* 3. cum aliis, sic nec dismembrationem
fieri à Capitulo posse, cum non habeat posse
alienare, nec obligare res Diœcesanas
per dicta in relata quæst. & ita in terminis
docet Pauinus *de Capitulo Sede Vac. p.* 2. *princip.
sub q.* 3. *num.* 17. 18. *&* 19. quia omnis solemnitas,
quæ requiritur hic in alienatione
rei Ecclesiasticæ, requiritur in dismembratione
alicuius Ecclesiæ, vel suorum
bonorum cum Decio *cons.* 122. & Lapo
cons. & alleg. 28. † Et addunt glossa *in Clem.* 3
fin. de rebus Eccles. Petr. Gregor. *de instit. rei
benef. cap.* 13. *sub nu.* 11. Barbosa *in cap.* 6. *sess.*
7. *de reform. nu.* 24. cum Rota, & Rebuffo,
non posse fieri dismembrationem beneficij
partis, seu alienationem, nisi ipso vocato
Rectore.

Ad secundam quæstionis partem, an 4
queat Capitulum Sede Vacante vniones
beneficiorum facere? in quo puncto video
admodũ interpretes laborare; alios quidem
negantes, alios vero affirmantes, negantium
sententia eo fundamento; quia per
vnionem beneficium, quod vnitur, alteri

supprimitur, vel extinguitur, aut alienatur; & etiam, quia indè minueretur potestas Episcopi, cui soli competit conferendi potestas: ita docent Azor. *p. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 38. num.* 9. Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub.* 14. *num.* 147. † Affirmantium, quia Capitulum succedit in tota iurisdictione Episcopi exceptis casibus à iure expressis; sed vnire beneficia est actus iurisdictionis; ergo, sic Caccialup. *in tract. de vnion. art. 3. qu. 3. num.* 29. Garcia *de benefic. p. 12. cap. 2. n.* 67. Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap. 85. num. 25. in 1. edit.* Sanchez cum multis *in summa tom. 2. lib. 7. cap. 29. nu.* 155. Diana *p. 8. tract. 4. ref.* 31. cum Petro Vbaldo, Hojeda, Rebusso, & aliis, & etiam *ex Clem. 2. de rebus Eccles. non alien.* Vbi & si beneficium, nondum vacans conferri nequeat, possit tamen vniri, & quia non est idem iuris in conferendo, quod in vniendo; quia conferre, est voluntatis, & libertatis, vnire vero fit necessitatis; eo quod vnio fieri non possit, nisi ob Ecclesiæ necessitatem, veluti si Ecclesia, cui vnio facienda est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum, aut propter vtilitatem, quando scilicet, propter fructuum tenuitatem, non inueniuntur Clerici idonei ad deseruiendum, vti habetur *in cap. exposuisti de prabend.* & sic Rebuffus *tit. de deuolut. n.* 10. affirmare voluit, vt posset vnire in casibus, in quibus potest Episcopus, cum Cardinali, & Imola *in Clem. 1. de statu Monachor.* Petro Perusino *in tract. de vnion. Eccles. cap.* 4. Felino *in cap. cum olim ad finem de maiorit. & obed.* Lapo *in cap. 1. eodem tit.*

6 Sed quia Pauinus iurista magnus, & qui multa dando Capitulis, Sede Vac. videtur negare, vt queat Capitulum facere vniones per rationem negantium *num. praced. in principio*; ideo quid sentiendum in hoc dubio, scribendum à nobis est, & magis pro negatiua, quia ex quo quaq; de causa vnio fit duarũ, aut plurium Ecclesiarum, siue beneficiorum, negari nequit, cum interueniat aliqua alienationis species, vel nocumentum alicuius populi, aut vicinorum, ob cuius rationem solent maximè conqueri de Episcopo vniones, faciente, & eum obligare ad dismembrationem; ergo apparet, vt cum iste actus sit de se grauis, vt non sit exequendus à solo Capitulo; non enim potest tanta necessitas vrgere, quæ obliget ad vnionem celerem, non spectando Epis-
7 copum venturum. † Cumq; etiam vnio sit species alienationis, & extinctionis beneficij quæ est omnino prohibita Sede Vacãte, *per cap. 1. ne Sede Vac. in antiquis*, Vbi DD. & Pauinus *supra dicto n. 17. & 18.* cum Ioanne Andrea *in cap. his de maiorit. & obed.* quia nun potest esse, quod non depereat ius Episcopi, cum per vnionem supprimatur titulus: & addit Pauinus has rationes militare, vbi etiam vnio, vel suppressio beneficij, aut alia datio in proprietatem fieret in vita alicuius tantum, vt ibi dicit de vnione ad vitã alia dicens ex glossa *in c. si tibi absenti, de prabẽd. lib. 6.* & ex Feder. *cons. 92. & dec.* 488. & super hoc Merolla post Azorium *sup. tom. 3. disp.* 3. longè agens, legendus est, & Diana, qui & si videatur sequi contrariam sententiam, contrariis obiectionibus respondens *sub dicta ref. 29. vers. sed contra.*
† Tamen cum *ex dicto cap. 2. ne Sede Vac.* 8
collatio libera à Capitulo nequit fieri, ita nec vnio, quæ fugere non valet aliquam collationem, aut donationem liberam illius beneficij, quod alteri vnitur, vel supprimitur; & ita sentio: quidquid etiam Barbosa, dixerit *sub dicto cap. 2. ne Sede Vac. n. 11. & in dicto cap. 6. Trid. sess. 7. cum multis n. 16. & in Trid. etiam sess. 21. cap. 5. num.* 2. cum eisdem Doctoribus, quatenus repetit posse Capitulum Sede Vacante vniones facere; dummodu nihil pereat de iure Episcopi, cum multis ex iam adductis pro contraria sententia, quos etiam refert Idem *de Canon. d. c. 42. n.* 98. qui limitat, dummodo per eas vniones iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur, quod nobis impossibile videtur, cum detrahatur, nam vltra dictum, nempè hic considerari alienationem, quæ Capitulo prohibetur in quocumque euentu, aliquod præiudicium Episcopo gignitur, cui, cum incumbat duo libera beneficia conferre, si Capitulum vnum alteri supprimat, necessario ab Episcopo collationem vniti pro futuris temporibus aufert, quod est præiudiciale Dignitati Episcopali, licet alia ex causa necessaria, & vtili, vnio, facta à Capitulo fieret.

Et iuuat nostram sententiam decla- 9
ratio Sacræ Congreg. Concilij in verbis sequentibus: [Capitulum Sede Vacante non posse supprimere quodcumque beneficium, & sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi Capitulo directè, & principaliter,] quam refert idem Barbosa *in dicto cap. 42. n. 99. de Canonicis, & de iure Eccles. dicto cap. 30. eodem. n. p. 1. & in dicto cap. 2. ne Sede Vac. dicto n. 11. in fine*, idem Barbosa in Trid. *n.* 28. Vbi quod in vnione; quæ fit ad fauorem Capituli, quam ipsum potest authorizare, requiritur authoritas Papæ, etiam si non fiat vigore decreti Trid. *sess. 21. cap. 5. de reform.* tamen

ait,

ait, si fieret vnio alitui Dignitati, vel Præbendæ, sufficere Capituli consensum, & non requiri authoritatem Papæ, vt tenuit Rota *decis.* 788. *n.* 4. *p.* 1. *diuers.* & id etiam locum habere, quando vnio fit omnibus Præbendis distinctis, non simul, sed separatim, & indistinctè vnicuique cum Garcia, Gonzalez Graciano, & Riccio, quæ dicunt sic procedere in vnione facienda ab Episcopo, & nihil quod valeat fieri à Capitulo Sede Vacante in hoc casu: quam & si ponat pro exceptione suæ sententiæ, tamen quia ex rationibus adductis idem debet in hoc casu prohiberi Capitulo, quando extraneo vellet vnire sine consensu Episcopi; perinde nostra sententia debet sine excitatione amplecti, & si tot Doctoribus sit fulcita contraria.

10 Ad tertiam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vac. possit supprimere Canonicatum? & ex dictis hic, item & ex relata declaratione respondeti debet, non posse supprimere Canonicatum; eo quod huiusmodi facultas per Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. solis Episcopis conceditur, & non aliis, ac proindè docent Nicolaus Garcia cum multis *p.* 12. *de benef. cap.* 12. *à numero* 75. legendus, & Moneta *de distribut. quotidianis p.* 1. *cap.* 15. *n.* 30. Cuchus *inst. moral. lib.* 2. *tit.* 9. *numer.* 87. Monaldus *consf.* 41. *nu.* 5. Riccius omnino legendus in praxi *p.* 4. *decis.* 535. *per totam*, Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 50. Prælatos sæculares iurisdictionem habentes, non posse huiusmodi Canonicatus supprimere, etiam in casibus, quibus Episcopi possent in sua Diœcesi.

11 Et confirmatur, quia vt ait Moneta supra *dict. cap.* 3. *num.* 15. idem *de commut. vltimar. volunt. cap.* 12. *à num.* 124. *& n.* 135. Prælatum Collegiatæ Ecclesiæ hanc suppressionem Præbendarum tenuium, non posse facere, licet esset exemptus, & Ecclesiæ in-

12 signis.† Qui idem affirmat de Prælatis Regularibus circa suarum Ecclesiarum beneficia regularia; & sic Barbosa *ex dict. Trid. dict. cap.* 15. negant, *in dicto cap.* 2. *ne Sede Vac.* posse Capitulum Sede Vacante ibi *nu.* 28. *& in pastorali alleg.* 67. *n.* 3. facere suppressionem Præbendarum, aut portionum, legendus etiam *ad dict. Trid. cap.*

13 Ad quartam quæstionis partem, breuiter ex dictis iam *à quæst.* 23. respondetur hic ex Eman. Rodriguez *in summa tom.* 1. *cap.* 71. *num.* 13. & ex Diana *dicta p.* 8. *tract.* 4. *res.* 30. in verbis sequentibus: *El Cabildo Sede Vacante puede proueer los Beneficios, cuia colacion esta à quenta del Obispo, y de el Cabildo, pues segun derecho, y faltando el vno, el otro sucede en este caso en su lugar; y lo mismo es, quando tuuiere authoridad de presentar, o, eligir, perteneçiendo, a entrambos juntamente la dicha presentaçion, y elecçion lo qual entienden, quando el Obispo y Cabildo tienen igual derecho:* ita cum Lapo, Geminiano Franco, & Lambertino, de quibus casibus dixi sub quæstionibus proximè præcedentibus, ad quas te remitto.

Ad quintam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante possit Canonicatus affectus prouidere, etiam Sacræ Scripturæ, & Pœnitentiariæ; quia iam *sub cap. quia propter* 42. *§. fin. de elect.* diximus de forma, quam obseruant Episcopi, & Capitula Cathedralium circa prouisionem harum Præbendarum, & vsus iam obtinuerit in Præbendis Sacræ Scripturæ, item & Pœnitentiariæ, circa quam Præbendam est Bulla specialiter expedita Gregor. XV. de qua *infra tract.* 3. agetur, dum tractatur de prouisione harum Præbendarum à Decano, & Capitulo facienda, vt moris est, dum Sedes vacat Prælato, & Pastore; ideo nunc breuiter respondetur sine dubio, iam Capitulum Sede Vacante prouidere Præbendas Doctorales, & Magistrales; item & Sacræ Scripturæ tempore, quo Sedes vacat, vocatis vocandis per edicta sexaginta dierum, vt moris est. Tamen circa Præbendam Pœnitentiariam erat maius dubium, cum hæc spectaret ad Episcopum in suis quatuor mensibus ordinariis, vel ad summum Pontificem: quare potuit dubitando Nauarrus scribere, vt si Doctores tenuerint iuxta Trid. prouisionem huius Præbendæ, spectare ad Episcopum sine consensu Capituli, aut eius consilio, non quidem esse eius prouisionē Capituli Sede Vacāte, sed iuxta opinionem tenentium eius prouisionem spectare ad Episcopum, & Capitulum, & simul pertinere ad Capitulum, repetunt Diana, & Emanuël Rodriguez citati *supra vers. ad quartam.* 14

15 Et ob hanc diuersitatem video pro negatiua loqui Garciam *de beneficijs, tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 4. *n.* 145. in sequentibus verbis: *infertur*, quod occurrente vacatione Pœnitentiariæ, Sede Episcopali Vacante, Capitulum non poterit illam prouidere, & Pœnitentiarium eligere, esto collatio Præbendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, ex quo electio personæ, & prouisio Officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectet, vt dictum est, & Capitulum Sede Vacante non succedit in prouisione beneficiorum ad Episcopum spectante *ex dicto cap. illo* 2. *ne Sede Vac.* referens

ferens, vt sic censuerit Sacra Congreg. super *dict. cap.* 8. ibi: [ab Episcopo instituatur solo absque consensu Capituli, & etiam ab eodem solo eligatur; & licet vacaret Sedes Episcopalis, Capitulum nihil potest, etiam quod eo tempore Pænitentiarius moreretur,] sed eius prouisio, & electio Pænitentiarij spectabit ad Papam priuatiuè, stante reseruatione regulæ 2. Cancellariæ de beneficiis ad collationem præsentationem, & electionem, & quamcumque aliam dispositionem liberam Episcoporum pertinentibus vacantibus de tempore Vacationum Episcopatuum, quem etiam sequuntur Diana *p.* 8. *tract.* 4. *ref.* 52. Barbosa *de Canon. cap.* 26. *n.* 3. idem *in pastorali alleg.* 55. *n.* 18. *& alibi*, quod iuxta Trid. *cap.* 8. *de de reform. sess.* 24. Vbi disponitur de huius Canoniæ prouisione, sic admittimus.

16 Sed quia iam hodie per relatam Bullam Gregor. XV. pro Regnis Castellæ, & Legion. quæ incipit *supremæ dispositionis*; sub data nonis Nouemb. 1622. cuius literam per extensum referam *infra sub dicto tract. tam noua forma sumpta est*; sic vt non denegetur Capitulo, Sede Episcopali Vacante, eius prouisionem facere, iuxta formam ibi positam, forte potuerunt Capitula practicare, posse, durante tali Vacante, prouidere Pænitentiarias suarum Ecclesiarum. Tamen quia ego iterum, atque iterum, perspecta integra illius Bullæ Litera, nihil de solo Capitulo Sede Vacante perlegerim, sed tantum de prouisione illarum facienda iuxta tenorem illius per Episcopum, & Capitulum simul, multum existimo damnandam fore prædictam introductam praxim; donec aliam Bullam Apostolicam pro Capitulis Sede Vacante viderim, & perlegerim, præsertim cum Garcia *vbi supra in addit. ad p.* 5. *cap.* 4. *dict. n.* 143. & cum eo Barbosa, *super dict. cap.* 8. Trid. *sess.* 24. *n.* 13. dicant non posse Capitulum Sede Vacante, se intromittere in electione Pænitentiarij, licet ad ipsum collatio spectet, quamuis Episcopus sit absens, sed ipsum Episcopum absentem posse, vbi fuerit eligere Pænitentiarium; & addunt ipse Garcia cum aliis *d. c.* 4. *n.* 150. & Barbosa *in dicto cap.* 8. *n.* 14. Pænitentiarij electionem, & collationem, Sede Episcopali Vacante, nec ad Capitulum, nec ad futurum Episcopum, sed ad Sedem Apostolicam pertinere, vt refert decisum Garcia supra.

17 Ad vltimam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante, possit nominare ministros pro iurisdictionis exercitio, tam Ecclesiæ, quam sæcularis? quia iam latè, & qualiter intelligatur dixi *sub q.* 4. ideo ad ibi dicta te remitto.

QVÆSTIO XXVII.

An Capitulum Sede Vacante, possit priuare Clericos beneficiis, quorum collatio ad Episcopum pertinuit? 2. Et an possit dare Coadiutoré Episcopo dementi? 3. Seu compellere subditos ad ostendendum titulos suorum beneficiorum? 4. Et an Capitulum Sede Vacante, possit aliqua acquirere, seu præscribere? 5. Seu an currat præscriptio contra Ecclesiam Sede Vacante?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum potest sceleratos beneficiatos si criminosi fuerint in magnis punire*, vt n. 2.

3 *Capitula Sede Vacante non intrant in merè gratiosis, & in conferendo, secus in destituendo, & deponendo.*

4 *Capitulum Sede Vacante queit priuare concubinarium notum Magistratu, quo gaudet in Ecclesia.*

5 *Capitulum nequit Episcopo dementi Coadiutorem dare, vt* n. 6.

7 *Capitulum queit compellere subditos ad ostendendum titulos suorum beneficiorum, &* n. 8.

8 *Ordinarius Prælatus per regulam de triennali non excluditur; tertius vero inquietans pacificum possessorem, sic.*

9 *Emphyteuta potest compelli à Domino, vt ostendat titulum.*

10 *Principes possunt compellere Regni magnates ad ostendendum titulos sua iurisdictionis.*

11 *Capitulum succedit in iurisdictione acquisita ab Episcopo, consuetudine, aut præscriptione.*

12 *Præscriptio contra Ecclesiam non currit Sede Vacante, & quare.* n. 13.

13 *Ecclesia dum Vacat, caret legitimo defensore, vt* n. 15.

14 *Præscriptio dormit durante ætate pupillari.*

16 *Præscri*

16 *Præscriptio non currit, quando quasi vacat Ecclesia; idest habet Prælatum inutilem, nec in rebus Ecclesiæ, nec in communibus Prælato, & Capitulo, &* n. 20.

17 *Præscriptio dormit contra Ecclesiam, etiam tempore hostilitatis, vel per aliud impedimentum legitimum.*

18 *Vacare dicitur Ecclesia, si caret legitimo, & immediato Prælato, qualis est Episcopus respectu Capituli, Abbas respectu Abbatialis &c.*

19 *Præscriptio dormit contra Imperium vacãs, etsi Pontifex illud interim gubernat.*

20 *Præscriptio non procedit contra Ecclesiam, cuius Prælatus rem, male, & temerè alienauit.*

21 *Capitula cum differentia succedunt Sede Vacante in contentiosis aut in voluntarijs, & semper cum obligatione reddendi rationem suæ administrationis, Prælato futuro.*

22 *Rectores ciuitatum non valent mortuo Prætore alium nominare, nisi in casu necessario & sic nec Capitulum Sede Vacante, nonnisi in necessarijs pracisè succedere Episcopo mortuo &* n. 23.

1 AD primam quæstionis partem video serio affirmatiue respondere Pauinum *de Officio, & potestate Capit. Sede Vac. p. 2. principio q. 6. à n.* 1. eo quod priuare, & destituere sit actus iurisdictionis contentiosæ, quæ tota, vt iam *sub q.* 1. & aliis dictum est, transit ad Capitulum Sede Vac. nisi specialiter prohibeatur: ita probans *ex decis. in nouis* 306. quæ incipit *ita fuit dubitatum*, & ex Federico *in tract. permut. qu.* 36. quia superbis, potest statuta facere, *& in q.* 30. quæ incipit *an Capitulum Sede Vacante*, dum dicit, quod potest inquirere, & punire de maximis criminibus: *per cap. ad abolendam de hæret. & cap.* 1. *&* 2. *eodem tit. in Clem. & in quæst.* 26. quæ incipit *Capitulum Ecclesia*, vbi quod quidquid potest Episcopus viuens in corrigendo crimina, & mores reformando, & puniendo, potest Capitulum Sede Vacante, *per cap. is qua de maiorit. & obed. cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. vti notat Abbas *in cap. cum olim eodem*, vbi probatur etiam Capitulum Sede Vacante posse improbare electionem, & ex aliis regulis iuris.

2 Et ita in terminis docent etiam Flamin. *de resignat. lib.* 7. *q.* 23. *n.* 12. Diana *p.* 8. *tract.* 4. *res.* 40. bene Baunius *in theologia morali tract.* 11. *q.* 25. ex eo inquam quia castigare scelera ordinariorum est communis, propriaque prouincia; sed Capitulum Sede Vac. potestatem habet ordinarij *ex dictis iuribus & extrauag. execrabilis* §. *cæterum, de prabend.* ergo, & plectendi vitia, iuxta quæ de iure visitandi dixi *supra sub qu.* 9. *& sub q.* 14. *in fine.* Et confirmatur, quia si potest excommunicare, & deponere, vt supra dictum est, aliasque ferendo censuras suspensionis, & cessationis à Diuinis, vt etiam dixi supra, *sub dict. q.* 14. ergo quid mirum, vt si delicta grauia patrauerint subditi beneficiati Episcopatus, præcedentibus requisitis informationibus, queant à Capitulo in Sede Vacante à beneficiis suis destitui, deponi, & priuari.

Nec obstat ea regula correlatiuorum, 3 nempè, nam si conferre beneficia liberæ collationis, sit solius Episcopi, nec valeat ea prouidere Capitulum Sede Vacante per textum *in cap. illa* 2. *ne Sede Vac.* ergo nec destituere ex causa vlla; quia & si maior sit vera; non tamen minor, cum in hoc destitutionis, siue depositionis puncto aliud accidit. Etenim ratio, propter quam, vt dictum est. *à q.* 23. beneficiorum collatio, est tantum Episcopi; eo inquam est, quia in merè gratiosis, aut quæ donantur ex mera liberalitate Capitula in Sede Vacante, non intrant, vt procedit in collatione dictorum beneficiorum per textum *in dicta cap. illa* sed è contra in destituendo delinquentem beneficiatũ, propter delictum aut incorrigibilitatem, aliud inquam consideratur, nempè pura necessitas puniendi incorrigibiles, publicasque vtilitas plectendi sceleratos, vt corrigantur, vt eorum exemplo alij emendentur iuxta doctrinam large positam à nobis *sub cap. cum non ab homine.* 10. *de iudiciis* hic applicandam.

Et ob hæc alia etiam scribendo dixit Pauinus, *vbi supra*, Capitulo tunc permissum esse concubinarium ciuitati notum, aut quemlibet alium ei vira non dissimilem priuare Magistratu, quem in Ecclesia gerit, quemadmodum; & beneficia, quorum collatio ad Episcopum pertinet, digno demandare, cum res, temporaque vrgent; quia in his, quæ iusta sunt, ac necessaria, succedit Episcopo Capitulum, quando depositionis, seu destitutionis prorogatio insonti noceat, & ex aliis sic probatur. 4

Ad secundam quæstionis partem, an 5 Capitulum possit Episcopo dementi coadiutorem dare? & visis, quæ de puncto large dicunt Oldradus *cons.* 44. quod incipit *quæritur si Episcopus*, & Ioan. Andr. *in cap. penult. de elect.* Video in terminis sine scrupulo Pauinum affirmando respondere, vt possit, *dict. quæst.* 6. *de Capit. Sed.*

Sed Vac. dict. p. 2. princip. n. 5. dicendo posse Capitulum dare Episcopo dementi coadiutorem, si non resistit, *cap. 1. § si vero, de Clerico agrot. lib. 6.* sic Ioan. Andreas *in cap. illa de maiorit. & obed. lib. 6.* & per glossam *fin. in cap. 3. de suppl. neglig. Pralat. eodem lib.* addens cum Archidiacono *in cap. Episcoporum. 74. dist.* & nedum vnum, sed plures coadiutores ei dare, vt ibi patet.

6 Sed quia si hoc permitteretur Capitulo, quotidie clamitarent Canonici; proprium suorum Episcoporum dementia, & inualiditate ad gubernandum laborare; ideo sine vllo scrupulo firmandum est pro regula negatiua, & per illa, quæ longissimè adduxi *in cap. fin. de Officio Vicary q. fin.* Vbi cum in Curia Regis nostri excitaretur à quodam Senatore magno Consilij Indiarum supremi, de constituendo coadiutore Archiepiscopo Limensi, propter senectutis causam, & alias nobis demandata fuit tantæ oppressionis quæstio inuestiganda, & ibi omnia iura recondita explanando, negatiuè responsum fuit, etiam si à Pontifice talis assignatio exigeretur, vt debebat fieri, nisi militantibus rationibus, de quibus ibi; & sine longe agamus, ibi dicta non repetuntur, curiosus perlegat ibi.

7 Ad tertiam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante possit compellere subditos ad ostendendum titulos beneficiorum? in quo dubio breuiter respondetur affirmando, vt possit compellere subditos ad ostendendum titulos beneficiorum suorum, & legitimas dispensationes incompatibilium, iuxta ea, quæ habentur *in cap. ordinary, de Officio* Archid. *lib. 6.* vt per eundem Archidiac. Dominc. Calderin. & alios ibi, *& in cap. in litteris de restit. spoliat*, & per glossam *in cap. beneficium. de reg. iuris lib. 6.* item per Archid. *in repet. in 9. quæst. &* Ioan. Andr. *in cap. illud de præsumpt.* & ex his, quæ habentur *in cap. ex insinuatione de procurator.* Pauin. *de Capit. Sed. Vac. dict. p. 2. princ. dict. q. 6. n. 5. vers. poterit etiam.*

8 Et in terminis confirmatur ex notabili glossa relata *cap. beneficium. de reg. iuris lib. 6.* verbo *obtineri* in verbis ibi: [& nota, quod hæc regula est in argumento contra Clericum, qui est in quieta possessione beneficij sui, & petitur ab eo titulus possessionis.] quare ob eam docent Couar. *in reg. possessor. de reg. iuris p. 2. § 3. 0. n. 9. col. 2.* Maranta *de ordine iudicior. p. 4. dist. 13. n. 4.* Caputaq. *decis. 116. p. 3.* Nauar. *consl. 4. sub tit. de Offic. ordin.* Selua *de benefic. p. 3. q. 25. vers. & concludendo* Fuscus *litt. C, singular.* 88. Barbosa *in dicta reg. num.* 11. cum Dueñas, Cosma, Bernard. Diaz. Valasc. & Salced. ad Bernard. Didacus Perez. *lib. 3. ordin. tit. 6. lib. 8. pag.* 322. vbi ait, quod licet per regulam de triennali possessore, excludatur tertius inquietans in beneficio, non tamen excluditur ordinarius, Mascardus, *de probat. conclus.* 1372. Azeued *in l. 2. n. 5. tit. 1. lib. 4. recopil.* Zerola *in praxi Episcopali p. 1. verb. Bulla. vers. ad quintam* Marc Anton. *Variar. resolut. lib. 1. res. 90. n. 7.* Riccius *in collect. decis. p. 5. collect.* 1817. cum ergo Ordinarius dicatur Capitulum Sede Vacante per dicta *in hoc tract. à quæst. 2.* quid mirum, vt valeat compellere Clericos ad ostendendos titulos suorum beneficiorum, præcipuè si casus aliquis ita exposcat.

Et faciunt quæ subsequuntur, nempè quia emphiteuta potest à Domino compelli ad ostendendum titulum, Cordubal *de iure emphit. sub tit.* [De causa priuationis, ex eo quod emphiteuta non ostendit Domino instrumentum renouationis,] Belluga *in speculo Princip.* Rub. 18. *§ præter quam durum. nu. 19.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 188. *à n.* 31. item Vassallus, Marcard. *dicta conclus. 1372. n. 36.* Gratian. *vbi proximè*, & hoc quid quid dicat Bernard. Græu. *in pract. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 69. in consider.* Barbosa, *vbi supra n. 13.* qui *& n. 12.* & ante eum Valasc. *de iure emphit. lib. 1. q. 8.* † Ampliant dicendo, Principem posse cogere Magnates Regni obtinentes iurisdictionem, & alia iura Regalia, super quibus habet fundatam intentionem iure communi ad ostensionem titulorum propter ea, quæ etiam dixi *sub cap. de quarta de præscript. & sub alleg. 13. & 14. alleg. fiscal. sancti Officij part. 2.* 9

10

Ad vltimam quæstionis partem, an Capitulum Sede Vacante possit iurisdictionem, & aliqua præscribere? Et suppositis, quæ latè dixi *sub cap. 8. de iudiciis, & in cap. cum contingat de foro compet.* Vbi quod consuetudine Ecclesiasticus acquirit iurisdictionem, & *in dicto cap. de quarta*, vbi quod præscriptione; item quia, vt supra dixi *sub quæst. 4.* Capitulum Sede Vacante, queit intrare in iurisdictionem acquisitam consuetudine per Episcopum, & eodem modo existimamus posse succedere, si præscriptione Episcopus acquisiuisset iurisdictionem. 11

Tota inquam difficultas est, an Sede Episcopali Vacante, currat præscriptio contra Ecclesiam? Et suppositis quæ etiam dixi, *sub cap. 1. de præscript. cap. illud, & cap. transmissa*, Vbi de impedimentis ad præscribendum contra illam 12

a ut

aut contra res Eccleſiaſticas, reſponde-
mus in hoc puncto non poſſe *per dict.cap.1.*
verſ.ſi tamen de præſcript. dicto cap.de quarta
13 *verſ.niſi,cap.illud eodem*,† Ex ea quidem ra-
tione, quia Eccleſia, dum vacat, vt pote
carens legitimo defenſore, iure agere pro-
hibetur, *cap.fin.ne Sede Vac.*& quia mortuo
Prælato, Rectore, Beneficiato, ſeu altero
Dignitatem, vel Officium detinente, Vacat
quidem poſſeſſio Prælaturæ, Beneficij, Di-
gnitatis, vel Officij; & ſic carent legitimo
defenſore, licet bonorum, & iurium illius
retineatur per ipſam Eccleſiam, Dignita-
tem, vel Officium, quæ numquam moriun-
tur, & nunquam deſinunt poſſidere ciuili-
ter: hæc inquam concluſio ſatis dilucidè
patet ex his, quæ iam dicta ſunt *ſub dicta*
quæſt. 4. ac tenent in terminis Abbas *in cap.*
*cum deputati n.19. de indic. & in dicto cap.*1.
Vbi Felinus *de præſcript.* Molina *de inſt.*
*tract.2.diſp.78.n.7.*Rota *deciſ.415.nu.3.p.2.*
recentiſſimè Barboſa cum Bart. Arnulpho,
Guido Papæ, Aymor. & Balbo *in paſtorali*
*alleg.*132. quia contra huiuſmodi Eccle-
ſiam iure impeditam, dormit præſcriptio
ipſo iure, quantumcunque adſint omnia
ad illam neceſſaria, iuxta *reg.leg.1.§.fin.Cod.*
de annali except.
14 Et confirmatur, quia durante pupillari
ætate, etiam illa dormit, contra pupillum
*l.ſicut Cod.de præſcript.triginta annor.*Surdus
*decíſ.4.n.1.*Rota *deciſ.419.n.4.* apud Farin.
p.1.recent. Nec obſtat quod dum hæredi-
tas iacet, non dormit præſcriptio contra il-
lam, nec quod procedat non ſolum quæ
antea fuerat inchoata, ſed etiam noua: *ar-*
gum. leg.fin.ff. de vſucap. l.ſed ſi conditione §.
ſeruus alienus ff. de hæred. inſtit. vbi DD. &
alij *in relatis locis*;quia & ſi Abbas *ſupra n.8.*
contrariam ſententiam dicat, nempè etiam
in hoc caſu iacentis hæreditatis præſcri-
ptionem dormire: *argum. dicti cap. 1. eod.*
cum ſimilibus; ſed reſponderi poteſt, diuer-
ſam eſſe rationem in Eccleſia vacante, ac
in hæreditate iacente, vel vacante; in hac
enim ſi aliquis ſit hæres, qui adire poſſit,
ſuccedit *reg. l.qui poteſt facere de reg. iur. lib.*
6. Vel ſi nullus addat dari curatorem, qui
eam defendat, & adminiſtret iuxta *leg.1.ff.*
de adminiſtr. bon. dand. aut deferetur fiſco,
cuius Procurator, illam adminiſtrabit, vt *in*
l.1.§. qui bona ff.de iure fiſci, quæ deficiunt
in Eccleſia vacante, ad quam defenden-
dam nullus dari poteſt defenſor, ac procu-
15 rator, ſicut Epiſcopus eius verè Paſtor. †
Non enim tam ex eo, quod vacet Eccleſia,
quam ex eo quod non adeſt perſona legi-
tima, quæ eam defendat, deſinit præſcriptio

currere contra eam, vt ſatis innuit *dict.*
cap.1. in verſ.ſi autem non fuerit,non præiudi-
cetur Eccleſia, & ex dicto cap.fin.ne Sede Vac.
vbi regulariter, dum Eccleſia vacat, ius
impedit, ne quis interim agat, Barboſa, *ſup.*
n.9.& 10. legendus *n.8.*
Et in tantum hæc concluſio ampliatur, 16
vt procedat etiam vbi Eccleſia quaſi va-
cat, veluti quia Prælatum habet inutilem
ad res tuendas, vt ſi eſſet hæreticus, aut
ſchiſmaticus, vt diximus *ſupra ſub q. 2. per*
cap.1.& fin.de ſuppl.neglig. Prælat. vel ſi ex-
communicatus exiſtat per illa, quæ dixi
in cap. intelleximus de iudiciis. Item amplia-
tur, non tantum in rebus ad Eccleſiam, vel
menſam Prælati pertinentibus, verum
etiam in his, quæ Eccleſiæ, vel Prælato in-
ſimul cum Capitulo, Clericis communes
ſunt ex Abbate *in dicto c.1.n.* 4. Felino *n.5.*
in fine, & ex aliis, pro quibus vltra regulam
leg.ſi communem. ff. quemadmodum ſeruitut.
facit, quod in huiuſmodi rebus communi-
bus, adminiſtratio ad Prælatum pertinet,
quo deficiente, Capitulum, vel Clerici age-
re prohibentur, *cap. edoceri de reſcript.* Ho-
ſtienſ.& communis *in dicto cap.1. & vlt. ne*
Sede Vac. Barboſa, *dicta alleg.132. num.3.4.*
& 5.
Et inde etiam quoties impedimentum 17
ſeſe offert, quominus procedat præſcriptio,
vt in tẽpore hoſtilitatis, tunc dormire ipſo
iure præſcriptionem, probant textus *in 1.*
actione 16.q.3.& in dicto cap.tranſmiſſa, vbi
qualiter intelligatur, latiſſimè diximus ibi:
præſcriptione hoſtilitatis tempore non currente;
& ſic de tempore ſchiſmatis *per cap. cum*
vobis 14.eodem, vbi etiam dixi, & de tempo-
re peſtis, quaſi tunc ſit bellum inter Deum,
& hominem. Et in tempore exilij, captiui-
tatis, & ſimilium, & de tempore, quo, per
treugam, & inducias bellum hinc inde re-
mittitur, de quibus cum multis nos diximus
in relatis locis, ac cum aliis Barboſa, *dicta*
alleg. 132. *num.* 11.*vbi à num.*12.reſpondet
contrariis.
Et iuxta terminos noſtros intelligendum 18
eſt, Eccleſiam vacare, vbi caret proprio, &
immediato Prælato, qui pro rebus Eccleſiæ
iure agere debuit, qualis eſt Epiſcopus re-
ſpectu Cathedralis, Abbas reſpectu Ab-
batialis Eccleſiæ, quantumcumque non
deſint alij Prælati ſuperiores, & imme-
diati, vt ſatis probant DD. per textum *in*
dicto cap.1. ibi: *fuerit Epiſcopus*, & ibi: *ac-*
ceperit Epiſcopum, vt docet Innocent. *in*
cap.olim. de reſtit. ſpoliat. Abbas *num.* 2. &
alij; vt per Felinum *in dicto cap.1.n.5.* Bar-
boſa. *n.* 7. † Vbi infert *ex c.licet de foro comp.* 19

quod licet Sede Imperiali Vacante succedat interim Ecclesia, & summus Pontifex Imperium regat: tamen quia deficit Imperator proprius, & immediatus Imperij superior, contra Imperium, vt pote vacans, dormit interim ipso iure præscriptio, vt dixerunt Abbas *in d. c.* 1 *n.* 3. Felin. *n.* 5. Parif. 12. Balb. *de præscript. tom.* 2. *p.* 6. *n.* 8. Bart. *in l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquirendo rerum Dominio*, & ibi *à n.* 30.

20 Et ex dictis etiam ad casum nostrum, ampliant DD. in illo, vt etiam si Prælatus viuat non careat præscriptio, si ipse Prælatus rem Ecclesiæ temere alienauerit, vel aliquid aliud cõtra Sacros Canones in Ecclesiæ præiudiciũ fecerit; quia scilicet dũ talis Prælatus viuit, perindè quoad hoc, ac si Ecclesia non haberet Prælatum reputatur, cũ habeat illum inutilem, quem lex vero similiter non credit venturum contra id, quod temerè fecit, vt docent in terminis glossa. *verbo causa in c.* 1. *de in integr. restit.* Felin. *n.* 10. *in d. c.* 1. post alios Roman. *singular.* 267. Rebuffus *in compendio alien. n.* 37. Balbus 1. *p.* 5. *n.* 8. Cald. Pereira. *in l. si curatorem verbo infra legitimum. n.* 5. Barb. *supra n.* 6 & omnes per textum *in c. si sacerdotes* 16. *q.* 3. Et applicabis hic casum, de quo *supra q.* 16.

21 Quibus inquam longè patet, in quibus Capitulum Sede Vacante succedat summo iure ratione iurisdictionis contentiosæ, necessario exercendæ inter subditos, aut in gratiosis, quando necessitas præcisa adest, seu ius expresè permittit; & sic casus distincti valeant à Capitulo Sede Vacante legitimè exerceri. Non enim Capitula, deficiente Prælato, ad libitum administrãt, sed tantum in necessariis, & tunc taliter, vt teneantur suæ administrationis Prælato venturo rationes reddere iuxta quæ supra dicta sunt, & iuxta ea, quæ in omnibus Administratoribus rerum alienarum de iure procedit, vt docent DD. per textũ *in l. si procurator* §. 1. *ff. mandati, & in l.* 1. §. *Officio ff. de tutelis & ration. distrah. & in Clem. II.* §. *illi etiam.* de religiosis Dominus, vt prosequitur post alios latè Menochius *de arbitr. casu* 209. Fuscus *tom.* 1. *litt. A, à conclus.* 203. & in terminis per Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 16. de quo longè supra dixi, ac docet Barbosa cum aliis *d. alleg.* 132. *n. fin.* vbi alias inquam limitationes assignat cum Gutierrez, Cardoso, Velasco, & Nicolao Garcia.

Et confirmatur quia sicut Rectores ciuitatum 22 non possunt mortuo eorum Correctore, alium nominare, qui iustitiam administret, nisi ex permissione Regia, & quando necessitas exposcit præcisa per illa quæ tradunt Castillo de Bobadilla *p.* 1. *politica tit. de el Officio del corregidor lib. q.* 2. *ex n.* 22. *& à n.* 24. vbi ponit casus necessitatis in quibus valent, dum Rex eligit sibi nominare prætorẽ *argum. auth. de administrator. circa finem cap. oblata ad finem de appel.* ibi: *Ne gregi Dominico diu desit cura pastoris q. peruenit* 3. *eodem.* Glossa *moriente in Clem. ne Romani S. Ioanne de elect.* Glossa *aliam ad finem in q.* 46. *eodem tit.* Innocent. *in q. significauit de iudic.* Puteus *de syndicatu verbo accusatus in post. princ. fol.* 113. Aristot. *q.* 1. *&* 2. *politic.* Plato *de Rep blica*, Cicero *lib.* 2. *de invent. Patris lib.* 1. *de Republic. tit.* 3. D. Thomas 12. *q.* 97. *art.* 3. & alij relati ab eodem Castillo *in glossa lit. C, D, E, F, G, & H,* & iterum ab eodem *p.* 2. *politica lib.* 3. *q.* 8. *à n.* 140. vbi *à littera A*, congerit plures alios ex illo *prouerb. q.* 11. *vbi Gubernator deest, Populus corruet.* Præcipuè quando longè Rex abesset sicut de partibus remotis Indorum retulit Matienzo in *lib.* 1. Glossa 21. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* dein Bobadilla *d. lib* 1. *q.* 2. *n.* 27. qui ibi & *in d. q.* 8. *lib.* 3. *sub d. n.* 140. *in fine*, refert quasdam ciuitates huius Regni videlicet Toletis. Hispalis, Badajos & Murciæ, quibus permissum est tali damno succurrere, & Cordubæ in ciuitate Obetensi in Chinchilla Villena S. Clement. & aliorum populorum, vt etiam retulit *sub d. q* 2. *part.* 1. *n.* 16.† Sic nec in casu quo Episco- 23
pus moritur, aut transfertur Capitulum Sede Vacante poterat nisi eo quod longè agente Romano Pontifice datum fuisset ei vt gubernaret loco Episcopi mortui, vt facit locum tenens Prætoris per illa quæ adducunt idem Bobadilla & ab eo relati in locis proximè adductis & hoc quia necessitas vrget, quare idem Bobadilla *d. lib.* 1. *q.* 2. *sub n.* 23. *vers porque aunque es verdad* per glossam *in Clem.* 1. *de heretic. & in q. cum olim de maiorit. & obed.* & cum Lambert. Rebuffo, Boter. Azeuedo & aliis dicens quod morte Episcopi finitur eius Vicarij Officium & quod Capituls Sede Vacante possunt prouidere & exercere Episcopum tangentia sed hoc scribit procedere tantum in eo quod necessarium præcisè est per verba ibi: *Porque aunque es verdad que por la muerte de el Obispo se acaba el officio de su Vicario y que los Cabildos Sede Vacante pueden proveer y exercer lo que toca al Obispo esto es en lo necessario y forçoso &c.* Ex qua sanè doctrina posse exercere ea quæ tantum sunt iurisdictionis contentiosæ quæ semper est necessaria, ea vero quæ sunt iurisdictionis voluntariæ non item, nisi vt admittimus in casibus necessariis & præcisis modu à nobis sæpius explanato & repetito, temperando in illis illam communissimam opinionem quam *sub q.* 1. *&* 2. retulimus, nempè Capitula in Sede Vacante non succedere in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis quam & nos si voluissemus valeremus fortissimis fundamentis corroborare, ex quibus poterunt Capitula Sede Vacante de nobis non conqueri, cum potius hanc tractationem ad fauorem potius eorum quam Episcoporum scripsisse videamur, si sine propria voluntate nos calluerint considerare legendo &c.

D. D.



D. D.

NICOLAI RODRIGVEZ,

FERMOSINI, HISPANI, EPISCOPI AVSTVRICENSIS,

TRACTATVS SECVNDVS:

De his quæ Episcopus cum Capitulo exercere debet.
Ad Titulum, de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.

PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *De Potestate Episcopi qui scripserint?*
2 *Episcopi, & Canonici qualiter vnum corpus constituant, Episcopus, vt caput: illi vt membra.*

1 QVAM ample, atque subtiliter Doctores antiqui, atque moderni scripserunt de potestate, quam habent Episcopi in exercendis negotiis intra proprias Diœceses, nemini dubium faceſſit, cum præ cæteris tam copiosè scripserint D. Augustinus Barbosa *in suo pastorali intitulato de Officio Episcopi*, & ante eum Ioannes Filesacus *de sacra authoritate Episcoporum*, & Ioannes Bertachinus *de Officio, & Potestate Episcopi, & de eodem* Bartholomeus Vgolinus, & Antonius Piganus *de ordine, & iurisdictione Episcoporum*, & Stephanus Dalium *de potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum, etiam Regularium, & de Officio Episcopi*, Iubertus Fornacus, & *de defensione iurisdictionis Episcopalis* Antonius de Prætis, & Franc. Burgas, & occasione tractatus *de iure Abbatum*, plura in lucem edidit Ascanius Tamburin. & Ioseph. Vela *de potestate Episcoporum circa inquirenda, & punienda crimina in sua Diœcesi*, & Lælius Zechius *de statu, & munere Episcopali*; de quo Officio, & aliis concernentibus plura etiam dixerunt Scipio *de Rubeis in suis Aphorismis Episcopalibus*, & Troilus Maluetius, & Iacobus Simancas *de Dignitate Episcoporum*, & Bartholom. Gauantus *in suo Enchiridion. Episcoporum*, &

Mauritius de Alcedo *de praecellentia Dignitatis Episcopalis & de praxi Episcopor.* praeter tradita à Riccio, Thomas Zerola, & Paulus Piasecius, nosque aliqua congessimus *sub Rub de Officio Archipresb.* vbi de Papa de Cardinalibus, de Patriarchis, de Archiepiscopis, & Episcopis ibi videnda, ne amplius repetantur.

2 Quare ne extra curiam, & institutum procedamus, hic consequenter agendum à nobis est de illis, quae Episcopis, vel de consensu Capituli, aut eius consilio exequitur, & in quibus etiam ad mensam spectantibus, quamuis nonnullam deteriorationem pariant, voluntas Episcoporum sola sufficiat. Et pro clariori explanatione praemittendum est, vt quamuis Episcopi in multis operentur sine interuentione Capituli, qualia sunt quae lato calamo scripserunt praecitati. Tamen quia vt iam dictum est *à quaest. 1. praeced. tract.* Episcopus dicitur caput Capitularium suae Cathedralis Ecclesiae, & illi Capitulares repraesentant illam Ecclesiam, suntque ipsius Clerici, qui non aliter eam communitatem, seu vnum corpus constituunt, nisi cum suo Episcopo, qui ipsorum est caput, & Clerici membra iuxta dictum Pontif. *in cap. requisisti de testam.* ibi: *Est Apostoli coniugio copulatus*, nec debeant diuidi, nec separari, Bellamera *cons. 10. n. 7.* Cardinalis Tuschus *tom. 1. lit. C. conclus.* 54. ideo per quaestiones sequentes apparebunt res communicatae inter Episcopos, & eorum Capitula.

QVÆSTIO I.

An in congregando ad Synodum Dioecesanam, praecisè teneatur Episcopus requirere Capituli sui consensum vel consilium? Et an, vt certos ordines Sacros constituat in obtinentibus in Cathedrali Canonicatus, Praebendas, siue Dignitates, sit requirendus Capituli consensus? Et an requiratur in omni alienatione rerum sui Episcopatus, vel tantum, si spectet ad Cathedralem Ecclesiam? Et quid si tantum ad tempus res Ecclesiae alicui concedat? An si alienatio fiat de paruis rebus? Et quae dicantur res de mensa.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi generaliter praescripserunt posse omnia Iurisdictionalia exercere absque consensu, aut consilio Capituli, eiusque excessus punire.*

2 *Consensus, aut consilium Capituli requiri, ab Episcopo differunt.*

3 *Synodum Dioecesanam valet Episcopus indicere, vel publicare sine consensu Capituli, aut eius consilio.*

4 *Capituli consensum, aut consilium Episcopus requirere non tenetur in his, quae dependent ab eius mero imperio, & Monarchico, vt n. 5.*

5 *Consilium Capituli, Episcopi sequi non tenentur, etiam vbi interuenire debet.*

6 *Cap. quanto de his, quae fiunt à Pral. sine consensu Capituli.*

7 *Episcopus in compluribus Cathedralibus confert Canonicatus sine consensu, aut consilio Capituli.*

8 *Constitutionum synodalium publicatio requirit consensum, aut consilium Capituli, vbi id expresse cauetur.*

9 *Capitula Cathedralium tantum cum synodus fit, vocantur ad tractandum, non ad decidendum, & etiam in negotiis non tangentibus Capitula, vt numero 10.*

11 *Synodus cum celebratur prouincialis, & tunc sedes Episcopalis vacet, debet vocari Capitulum loco Episcopi, quia dicitur iam ordinarius.*

12 *Vicarius Generalis Capituli Sede Vacante queit comparere, cum synodus prouincialis celebratur.*

13 *Canonici & Dignitates nostrae Ecclesiae Asturicens. obligantur sub poena amissionis dimidiae partis redditıum, & sedendi in sella inferiori, si non fiant subdiaconi, & quidem iuste; vt n. 19.*

14 *Praebenda, & Canonicatus Cathedralium cum necessitate ordinis sacri constituuntur, & designantur ab Episcopo cum consilio Capituli.*

15 *Canonicos omnes Presbyteros nequit Episcopus designare, sed tantum dimidiam eorum partem, caeteros inquam Diaconos, & subdiaconos, vt n. 16. & 18.*

16. *Decanus,*

16 *Decanus, aut prima Dignitas Cathedralis debet esse Presbyter.*

17 *Ordo sacer ab Episcopo designatus inuestitur ipsis Canonicatibus; non inquam ipsis Canonicis. Et quare.*

20 *Consensus Capituli in sola alienatione rei mensæ Capitularis requiritur. Qualiter in ea, quæ fit mensæ Episcopalis* à numero 21.

22 *Contractus vtiles Ecclesiæ, sunt validi, etiam si fiant sine vtilitate.*

23 *Nullitas allegata aduersus contractum, non admittitur, nisi opponens habeat interesse.*

24 *Consensus Canonicorum singulariter exprimitur interueniße, cum fit, ab Episcopo alienatio rei mensæ Capitularis; quod secundum plures procedit in alienatione rei mensæ Episcopalis*, vt n.25. 26.27. *& cum qua differentia* n.28.

26 *Alienatio cum fit rei Capitularis, vocatur Capitulum in figura iudicij.*

27 *Alienatio cum fit rerum ciuitatis, debent scribi nomina consensum præbentium.*

28 *Alienationes rerum inferiorum Ecclesiarum Diœcesis, facit Episcopus sine consensu, aut consilio Capituli.*

29 *Alienationi rei spectantis ad mensam Episcopalis, consilium Capituli interponitur tantum ad solemnitatem actus, non ad substantiam, si probetur vtilitas.*

30 *Consensus Capituli modo non contradicat, non est opus in alienatione rei Ecclesiasticæ ad tempus.*

31 *Consensus expressus, vel ratihabitio requiritur in alienatione Ecclesiastica, seu donatione* n.32.

33 *Consensus Capituli non requiritur in alienatione de paruis rebus ab Episcopo facta, si non est vtilis, & adsit necessitas, & quæ tales dicantur, potius est in arbitrio iudicis, &* sub n.34.

34 Cap terrulas 12. q. 2. *non est ablatum, nec constitutione Pauliana, nec per Trid.*

35 *Mensa, quando dicuntur bona quæ ei sunt incorporata & quando tales dicantur* n 36. *remissiue.*

1 PRæmissis nonnullis, quæ dixi de Synodo generali, nationali, prouinciali, & Diœcesana sub *cap.1. de iudiciis* statim post principium, & itidem alia generali doctrina ex Gratiano *discept. forens. cap.* 100. *n. fin.* Barbosa *in cap.* 1. *num.*5. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli, iam Episcopos præscripsisse contra Capitula, vt absque eorum consilio, sive consensu possent Iurisdictionalia exercere, eorumque excessus punire; salua Iurisdictione adiunctorum, vt *infra q.*30. † Et 2
præmisso quod multum deferunt, requiri consensum, aut consilium, siquidem longè diuersa sunt in omni actu, consilium petere, & assensum debere spectare per textum *in cap. cum olim*, & ibi glossa *de arbitris*, Bartol. *in l.* 1. §. *si plures n.*7. *ff. de exercit. actione*, vt ex dicendis apparebit.

Iam in terminis quantumcumque dicant 3
DD. per textum *in cap. fin. & cap. quanto eodem*, in proposito primi dubij ex Sacra Congreg. Canonic. sub die 27. Martij 1632. in respons. ad 14. respondetur posse Episcopum solum absque consensu, vel consilio Capituli Synodum Diœcesanam indicere, & publicare; & in respons. *ad* 2. declarauit pro generali Visitatione Diœcesis, decret. Concil. Trid. 3. *sess.*24. *de reformat.* mandata posse Episcopum per se solum facere generalia absque consensu, seu consilio Capituli, vti refert Barbosa *de iure Eccles. cap.*30. *p.*1. *n.*23. *in fine*, idem *de Canonic. cap.* 42. *dicto n.*23. *in fine*, per eadem verba sic declaratum; quas decisiones refert idem Barbosa, *eodem cap.*42. *num.* 20. *& de iure Eccles. cap.* 30. *sub dicto num.* 20.

Quare tota inquam difficultas erit, an 4
Synodo iam congregata, teneatur decernere cum consensu, vel saltem consilio Capituli? In quo dubio sub distinctione resoluendum est, nempe vt in his, quæ pendent à mero Episcoporum imperio, non sit necessarius, nec consensus, nec consilium Capituli; & sic dicta Sacra Congreg. Concil. sub die 5. Iunij 1627. in verbis sequentibus censuit: [Episcopum in condendis statutis in Synodo, non teneri sequi consilium Capituli, nisi in casibus à iure expressis,] & eadem Sacra Cong. in Orienlen.27. Martij 1622. ad 15. respondit: [Episcopum in Synodo Diœcesana, facere posse constitutiones, statuta & decreta absque consensu Capituli, debere tamen requirere illius consilium, licet illud, non teneatur sequi, nisi in casibus à iure expressis;] Ita referens docet Barbosa *dicto cap.*30. *& 42. sub dicto n.*23. *in fine.*

Et sic, & si circa consilium per Episco- 5
pum veniat restringendum ad statuta super alienationibus bonorum Ecclesiæ, vt aduertit Suarez *de legib. lib.*4. *cap.*5. vel ad iudicia, & sic ad Iurisdictionalia; non autem ad ea, quæ pendent à mero-imperio, & ipso iure Monarchico, *ex cap. nouit. & cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælato.*

Nihilominus

Nihilominus etiam in illis casibus, quamvis aliqui voluerint consilium in dictis decretalibus sumi pro consensu, vt voluerunt Vincent. & Goffred. tamen verius est, quod nec in his Capitulum aliud habeat, quam simplex consilium absque vlla necessitate Episcopi illud sequendi, vt præ cæteris docent *in dicto cap. quanto*, Hostiens. *sub n.1. vers. die quod cogitur*, Abbas *n.4. & sub n.5. vers. & est mihi indubitabile*, cum pluribus Mandosius *de inhibit. quæst.192. n.2.* dicens communem, quam etiam refert Rota apud Achilain. *decis.57. alias 2. de Officio ordinary sub num.7. vers. communis tamen*, Vbi *n.3.* ait non reperiri textum aliquem, per quem prohibetur exigi consensum, longe discutit rationes, & authoritates: pro vtraque parte Puteus *decis.92. à n.3. lib.3.*

6 Vnde & si per textum *in dicto cap. quanto*, docent communiter DD. ordinarij, Abbas antiq. Innocent. collect. Zabarella, Ioan. Andr. Imola, Anania, Henrich. Panormit. Viuian. Alagona, & alij, Prælatum non posse tractare negotia sine consensu Capituli, declaratur per textum *in dicto cap. nouit.* dum ex eo colligunt præcitati, & alij, Prælatum sine consilio Capituli instituere, vel destituere, vel alia

7 Ecclesiæ negotia tractare non debere. † Tamen intelligitur vbi dispositio iuris viget, quam in contrarium in pluribus Cathedralibus videamus; siquidem Episcopus solus sine consensu, & consilio Capituli dat, & præbet Canonicatus, & alia beneficia, quæ vacant in suis mensibus ordinariis, vt accidit in nostra Austuricens. in Legion. & in Compostel. Vallisol. Palenti, Burg. Calagurrit. Abulen. & in aliis pluribus nostræ Hispaniæ.

8 Et ob hæc quamvis in publicatione constitutionum synodalium habeatur de iure prærequiri Capituli consensum; id est consilium, & quod aliter factæ non rite, & recte factæ censeantur, ex quo non interuenit tale consilium, cum posset alias Capitulum causas allegare, ex quibus Episcopus moueri posset, & meliores rationes sumere, pro expeditione actus gerendi, vti signanter dixit Verallus legendus *p.1. decis.305. n.4. & decis.222. à princip.* id inquam intelligitur vbi expressè sic in iure cauetur, actum in contrarium annullando ex relatis declarat. Sacræ Congreg.

9 Et arguitur *ex cap. fin. de his; quæ fiunt à Prel. sine consensu Capit.* Vbi cauetur, vt quamvis Capitula Cathedralium debeant vocari ad Concilia prouincialia, etiam per Procuratores, sed hoc erit ad tractandum, non inquam ad decidendum: ita Barbosa *ibi n.1. & 2.* cum Abb. Innocent. collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Hostiens. Anchar. & aliis applicando cum Abbat. *n.4.* Rot. & Quaranta. † Hoc inquam procedere; etiam in negotiis non tangentibus Capitula, & hoc viuente Episcopo Diœcesano: nam Capituli authoritas, etiam in hoc casu, quoad prouincialia Concilia considerатur, cum debeant admitti Capitula, aut eorum Nuntij, præsertim ad ea negotia tractanda, quæ Capitula ipsa contingere dignoscantur, vt respondit Honorius *in dicto cap. fin.* & repetit iterum Barbosa *de Canonic. dicto cap.42. n.21. & de iure Eccles. dicta p.1. cap.30. eod. n.21.* 10

Et addit idem Barbosa *in dict. cap.42. cap.30. & in dicto cap. fin. de his, quæ fiunt sub dicto n.2.* quod si tempore celebrationis Concilij prouincialis vacaret Sedes Cathedralis, tunc necessario vocandum esse Capitulum; quia iam dicitur loco Episcopi Iudex ordinarius perlonge à nobis dicta *tract. praced. à q.1.* † Et sic posse comparere per Vicarium suum Generalem, cum speciali mandato dandi vocem decisiuam, quæ dicitur Iurisdictionis, transacta in Capitulum, Sede Vacante: & addit etiam ex Sacra Congreg. illam censuisse Capitula Collegiatarum, quasi Episcopalem Iurisdictionem habentia, vocanda esse ad synodum prouincialem. 11 12

Ad secundam quæstionis partem, quia abhinc annis octo, tempore nostri prædecessoris D. Fr. Nicolai de Madrid ad petitionem Capituli nostri, factum fuit, vt Canonici, siue Dignitates, quæ alias in subdiaconatus ordine constituti non essent, amitterent dimidiam redditunm partem, nec ascenderent ad Sellas altas Chori, quousque ordinem illum singuli susciperent; & legamus iuste factum iuxta dispositionem Trid. *sess.24. cap.12. de reform. in vers. Episcopus autem*: nam cum per verba *ibi*: [In omnibus vero Ecclesiis Cathedralibus, omnes Canonicatus, ac Portiones habeant annexum ordinem præsbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus: pergit Trid. in aliis verbis sequentibus: Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire à quibus quisque ordo ex sacris annexus, in posterum esse debeat; ita tamen, vt dimidia saltim pars, præsbyteri sint, cæteri vero Diaconi, aut Subdiaconi, vbi vero consuetudo, laudabilior habet, vt plures, vel omnes sint Præsbyteri omnino obseruetur.] 13

Ex

Ex quibus satis quam iuste in hac alma prædicta obligatio sub amissione fructuum posita sit, liquet.

14 Vnde cum ex Sacra Congreg. Concilij, vt refert Stephan. Vveyms *in const.24.ex iure antiquo de promptis, & per Trid. innouatis*, referat illam per sequentia verba: [In facienda distributione, seu designatione Sacrorum Ordinum, Episcopus tenetur dumtaxat adhibere consilium sui Capituli, non etiam assensum eiusdē spectare; quia potest etiam inuito Capitulo efficere id, quod iudicauerit magis expedire.] Itaque in casu, quo Canonicatus, & portiones omnes suæ Ecclesiæ Cathedralis ex fundatione, aut antiqua cōsuetudine, aut statuto, aliquē Ordinem Præsbyterij, vel Diaconatus, annexū non haberēt, poterit Episcopus cū consilio sui Capituli, quod tenetur requirere, designare, & distribuere quibus quisque ordo in posterū debeat esse annexus; ita vt saltim pro dimidia parte sint Præsb. cæteri vero Diaconi, vel Subdiaconi iuxta *d. c.14. Trid.* vbi iussit obseruari illā cōsuetudinem, quæ habuerit, vt plures, vel omnes sint Præsbyt.

15 Sed non inquam cogere poterit, vt omnes Canonici efficiantur sacerdotes, sed sufficere si dimidia pars Canonicorum Præsbyteri sint, cæteros vero esse Diaconos, aut Subdiaconos, vt referunt Aloysius Riccius *in praxi aurea resol.*238.*n.*2. Barbosa *in dicto cap.*24.*Trid.n.*50. qui *tract. de Canonic. cap.*16.*n.*4. *ex Seraphino decis.*924.*n.*1. refert Sacra Congreg. censuisse in verbis sequentib. [Episcopum non posse cogere, vt omnes efficiantur sacerdotes, sed sufficere, quod dimidia pars Canonicorum sint

16 Præsbyteri. † Inter quos is sit, qui prima dignitate fulget, cæteri vero Diaconi, aut Subdiaconi sint.] Videndus Zerolla *in praxi* §.2. Vbi ait procedere, nisi aliud obserue-

17 tur; † At §.4. pariter refert aliam declar. Episcopum debere cum consilio Capituli designare, quibus Canonicatibus quisque sacer ordo annexus esse debeat, non quibus Canonicis, quod clarius expenditur in illa, quam refert Barbosa *dicto cap.*42. *n.*20. *in fine vers. prima* ibi: [Episcopus cum consilio Capituli, designare debet quibus beneficiis, vel Canonicatibus quisque ordo debeat esse annexus, non quibus personis vel Canonicis, quia mandauit Synodus Sacros Ordines annecti Canonicatibus ipsis, vt in posterum perpetua, & continua foret Sacrorum Ordinum assignatio, non ipsis personis possidentibus Canonicatus, ne opus foret singulis vicibus noua assignatione, accedentibus nouis Canonicis.]

Et cum ad verba Trid. *in vers. ita tamen*, vt dimidia saltim pars videri debeat, Zerola *in praxi Episcoporum p.*1. *Verb. Capitulum §.*10. *& Verbo Canonic.* §.2. Vgolinus *de Officio Episcopi cap.* 19. *in princip. num.*1. *vers. tertio.* Tamen inter relatas declarationes referunt ad actus, Vveyms *in const.*24. *vbi supra pag.*40. Barbosa *sub dicto num.* 20. *vers. consilium, in dicto cap.* 42. *de Canonic. & in dicto cap.*30. *de iure Eccles.* aliam conformem adducit hic *in vers. sed non inquam*, in verbis sequentibus: [Episcopus authoritate dicti decreti non potest imponere omnibus Canonicatibus ordinem Præsbyterij, sed dumtaxat sub hoc numero dimidiæ partis, comprehensis Dignitatibus, vel his, qui Dignitatem obtinent: nam reliqua pars, manere potest solis Ordinibus Diaconatus, vel Subdiaconatus obnoxia.] 18

19 Ex quibus inquam quam iuste in nostro Capitulo iam sit stabilitum per nostrum prædecessorem satis apparet, cum non obligentur ad assumptionem Ordinis Præsbyteratus, nec Diaconatus, sed Subdiaconatus, in quo ex verbis Trid. omnes saltem debent esse insigniti. Et sic pro complemento notandum dixi, quod non ex eo, quod detur Canonicus, qui est Sacerdos, & Præsbyter, impeditur, quin possit Præbendam Subdiaconalem obtinere, & retinere, Barbosa *dicto cap.*16. *de Canonic. dicto n.*4. *in princ.*

20 Ad tertiam quæstionis partem, an requiratur in omni alienatione rei Ecclesiasticæ per Episcopum faciendæ consensus, siue consilium Capituli? Et præmissis, quæ *de prohibita alienatione rerum Eccles.* docent DD. *in toto tit. de rebus Eccles. non alien.* præcipue *in cap. nulli*, Vbi & nos plura notatu digna designauimus; *& in cap.*1.2.*&* 3. de his, quæ fiunt ab Episcopo sine consensu Capituli, vbi videtur decisum, vt non teneat alienatio rei Ecclesiasticæ absque consensu, & approbatione sui Capituli, videtur in proposito in omni venditione, etiam rei Ecclesiasticæ Diœcesanæ ad Capitulum non spectanti prærequiri, alias nulliter per Episcopum fieri.

21 Ex alio capite videtur quod talis consensus tantum prærequiritur in rerum Ecclesiasticarum alienatione, quæ ad Cathedralem Ecclesiam pertinent per textum *in cap. fine exceptione* 12.*q.*2. *cap. vt super §. fin. de rebus Eccles. non alien. cap.*1. *de his, quæ fiunt à Prælato.* † Indeque euenire, vt si contractus sint vtiles Ecclesiæ, etiam si fiant sine solemnitate, sint validi, vt declararunt Anton. Gabriel. *comm. opinion. tom.*3. *tit. de rebus*

*Eccles. non alien. sub n.*17. Rodoan. *in tract. illius tit. q.*20. *&* q.51. *cap.*7. Nauar. *in comment. alien. rer. Eccles. sub n.* 17. Rebuff. *in compendio alien. n.*34. Mascard. *de probat. conclus.*75. Quaranta *in summa Bull. verbo alienatio rerum Ecclesiæ.*

23 † Vbi declarat, qu d talis contractus erit nullus, vel validus, si Ecclesia, in cuius fauorem solemnitates sunt introductæ, hoc velit, eique placeat, adeo, quod hæc nullitas non possit ab alio opponi, & allegari, quam ab ipsa Ecclesia; ita quod ipsa volente stare contractui, non possit eius aduersarius dicere contractum nullum; dummodo Ecclesia post initum contractum, illi stare volens, parata, & solicita sit, adhibere facere legitimas solemnitates, vereque, ac cum effectu eas adhibere faciat, seu Papæ assensum super contractus validitate obtineat, ne conductor, seu concessionarius perpetuo stet in suspenso, & Ecclesia semper in tuto.

24 Plura inquam negotia mouent interpretes pro assequenda vera praxi dictæ alienationis videnda *in dictis titulis.* Nunc vero, quia breuitatem cupimus, existimamus sub sequenti distinctione præsens dubium esse resoluendum, vt quatenus spectet ad res obtingentes ipsimet Capitulo, nullomodo valeat Episcopus alienationem facere sine expressa voluntate, & consensu ipsius Capituli cum ea expressione, quam ponit Geminianus *in dicto cap. sine exceptione in fine, vers. glossa vltima*, quatenus ipse subdit non sufficere generalem Capituli mentionem habitam, sed omnium Canonicorum nominationem esse exprimendam, addens *n.*4. adeo hanc solemnitatem requiri, vt consuetudine tolli non possit, & quod plus est, vt omnes se subscribere debeant, & si non sint eiusdem voti.

25 Et licet re vera Geminianus loquatur in alienationibus bonorum mensæ Episcopalis, ex Innocent. *in dicto cap. fin. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli*, addat necessariam esse subscriptionem Canonicorum maioris Ecclesiæ; ita quod sine ea non valeat alienatio, vt dixerunt etiam Bertrand. *cons.*6. *alienatio rerum n.*5. *vol.*1. Couar. *var. lib.*2. *cap.*17. *col.*1. Marc. Anton. Genuens. *in pract. ab Eccles. q.*644. Anell. Amat. *cons.* 64. *num.*11. Capicius *decis.* 148. *num.* 6. Roland. *cons.*90. *num.*21. *volum.*1. Vincent. de Franch. *decis.*2. Bobadilla *in politica lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 181. Tepat. *recept. sentent. tit.*537. *de his, quæ fiunt à maiori parte*, Castill. *lib.*1. *de vsufructu cap.*54. *n.*17. tamen à fortiori ratione idem admitti debere palam est, quando alienatio fieret de mensa eiusdem propriæ Cathedralis.

Et sic dum dixit Decius *cons.* 603. *n.*13. 26 & Anell. Amat. *cons.* 64. *num.*10. *tom.*1. & Rota *decis.* 18. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* quod sine huiusmodi consensu, facta alienatio est nulla, & quod debeat Capitulum vocari in figura iudicij; item vt dixit Innocent. *vbi supra per glossam dicti cap.*1. *de his, quæ fiunt*, vt debeat interuenire Canonicorum subscriptio, intelligo de alienatione, quæ fit, vel de mensa Capituli, vel de mensa Episcopali per illa, quæ docet Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib.*1. *tit. quod cuiusque vniuers. nomine ref.*1. *n.*10. † Dum scri- 27 psit, quod quando agitur de alienatione rerum ciuitatis, quæ seruando seruari possunt, scribenda sunt nomina singulorum, quia iste actus est ponderosus, & vbi habet consentire Capitulum, non sufficit consensus de Capitulo, sed vt requiratur consensus capitulariter dixerunt Lotherius *de re benef. lib.*1. *q.*28. *n.*21. Rota *decis.*484. *n.*6. *p.*1. *recent.* † Tamen si alienatio sit aliarum 28 rerum spectantium ad cæteras Ecclesias singulares Episcopatus, præcedentibus solemnibus consuetis de vtilitate sine requisitione consensus, aut consilij Capituli, illas ab Episcopo fieri, praxis quotidie obseruat Diœcesum; & sic potuit dicere Seraphin. *decis.* 338. *num.*2. quod in alienatione bonorum Episcopatus requiritur consensus Capituli, non vti personæ interesse habentis, sed solum, tanquam solemnitas.

Imo & possumus dicere quod si aliena- 29 tio fiat ab Episcopo rei Episcopatus separatæ à mensa Capitulari, non ad substantiam actus, sed tantum solemnitatem requiri Concilium Capituli, si probetur alienationis vtilitas: addit idem Seraphin. *numero* 4. *supra*, vbi *numero* 5. subdit consensum Capituli in huiusmodi alienatione magis respicere solemnitatem, quam substantiam alienationis: videndus idem Barbosa *dicto cap.* 42. *de Canon. n.*7. idem *de iure Eccles. dicto cap.* 30. *eodem num.* 7. *& in pastorali alleg.* 95 qui sub dicta distinctione debet comprehendi, alias inuolucro, in praxi, & in Theorica inuolutus.

Ad quartam quæstionis partem, quid si 30 ad tempus tantum res Ecclesiæ, alicui concedat? & in hoc puncto Andreas Valensis *in Rub. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit. sub numero* 1. *per textum in dicto cap.* 2. *&* 3. ibi docet, quod si Prælatus ad tempus tantum res quasdam Ecclesiæ alicui

alicui conferat, non sit opus consensu Capituli, modo non contradicat, & postea ratum habeat; & sic per *dict. cap. 2. in glossa contradicente*, *& in vers. & ideo necessarias*, ibi: *expressus consensus* docent DD.

31 † Vt sicut est necessarius expressus Prælati consensus in alienatione rei Ecclesiasticæ, vt per Tyraquel. *de iure mariti glossa 7. n. 13. & 69.* sic etiam, vt alienatio facta sine consensu Capituli non ratificetur, nisi consensu Capituli expresso, de quo Rota apud Farin. *decis. 204. num. 8. in 1. collect. nouiss.* Caldas Pereyra *de iure emphyt. cap. 11. num. 3.* nam vt docent DD. antiqui per textum *in dicto cap. 3.* quos refert ibi Barbosa, & cum aliis *nu-*

32 *mero 1. & 2.* † Vt donatio facta ab Episcopo sine consensu Capituli sit nulla: tamen si Capitulum deinde eam ratam habeat, sit valida, quia consensus postea præstitus idem operatur, ac si antea fuisset præstitus, vt etiam docuerunt Tyraquel. *de iure mariti glossa 6. num. 1. & 2.* Palat. *in repet. Rub. de donat. inter virum, & vxorem §. 86. n. 27. vers. & procedunt.* Auendan. *ad leg. 42. Tauri glossa 2. n. 3.* Rochus *de iure patron. verb. de Diœcesana q. 4. à princ. n. 10. & 11.*

33 Ad quintam quæstionis partem an si alienatio fiat de paruis rebus, & per doctrinam Innocentij *in cap. fin. de maiorit. & obed.* docet Andreas Valens. *in dicta Rub. n. 2.* quod in leuibus negotiis non requiritur consensus Capituli, sed satis sit vt consilium adhibeat, quod Prælatus sequi non tenetur; & sic textus *in cap. terrulas 53. causa 12. q. 2.* exigit ad probandum, quod potest Episcopus alienare absque solemnitate rem immobilem, paruam nempe, vt res sit exigua, & modica, quod non sit Ecclesiæ vtilis, & quod fuerit necessitas, vt notarunt Hypolitus *cons. 103. n. 23. & 24.* Rebuff. *in compend. alien. n. 122.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. q. 13. n. 19. & q. 51. cap. 8. & 20. n. 6.* Mascard. *de prob. conclus. 77. n. 12.* Caldas Pereyra *in l. si curatorem verbo contractum n. 15. Cod. de in integ. rest. minor.* Gutierrez *cons. 15. à n. 17.* Riccius, Zerola, Franc. Leo, Genuens. Seraph. Bernard. Grauæ. Piasecius, Vgolinus, Bonacina, & Ioannes Honorius, quos sequitur Barbosa *in dicto cap.*

34 *terrulas.* † Et addit Quaranta *in summa, Bullarij verb. alienatio rerum Ecclesiæ*, per Sacram Congregationem decisum esse, nec constitutionem Pauli II. nec decretum Trid. Concil. derogasse dispositioni *dicti cap. terrulas*, & extendunt eius materiam Riccius *in praxi rer. fori Eccles. decis. 113.* *num. 5. in 1. edit. alias res. 92. n. 5. in 2. edit.* Thoming. *decis. 23.* Crotus *cons. 96. num. 14. vol. 1.* dictum textum procedere, nedum in alienatione, sed etiam in locatione; & sic idem Valesius *sub n. 1.* dixit modicè res quasdam posse Prælatum donare, etiam absque consensu, vel consilio Capituli veluti quinquagesimam partem prouentuum Ecclesiæ à Prælato sine consensu Capituli. Et quia ex proximè dictis oritur dubium, quæ dicantur *terrula*, & quæ res exigui valoris? respondetur ex disceptatione glossæ ibi *vers. exiguas*, fortè textum illum *exiguas* vocare, non valentes vltra viginti solidos, vt sequitur Archidiacon. *in cap. si quos dicta q. 2. caus. 12.* in alios vsus puto ad alendos pauperes *per cap. penult. de his quæ fiunt*, Alciatus *cons. 23. à n. 6.* sed potius docent Quaranta *sup. n. 41.* Riccius *in praxi fori Eccles. decis. 39. in 1. edit. alias 36. in 2. in fine*, Piasecius *in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. n. 32. vers. vltra prædictos*, Barbosa *n. 3. in dicto cap. terrulas*, hoc iudicis arbitrio relinqui, qui consuetudinem terræ, & temporum, locorumque qualitatem attendere debet, & inspicere conditionem Ecclesiæ, si sit pauper, vel multum abundans.

Ad vltimam quæstionis partem, quæ dicantur de mensa? breuiter respondetur 35
post DD. *in cap. vt super 8. vers. de mensa sit, & cap. possessiones 10. vers. ad mensam*, per iura ibi: [Episcopum non posse alienare possessiones, quæ sunt de mensa.] Eas inquam dici de mensa, aut bona, quæ perpetuo vnita fuerant Ecclesiæ; atque ita quæ nunquam alteri ab Ecclesia post ad se quæsitum dominium concessa fuerunt, vel quæ ad eam re vera vel ei incorporata sunt. Menochius *de arbitr. casu 433. à n. 2. & cons. 70. n. 10. & 11.* Barbosa *in dicto cap. vt super n. 2.*

Sed quando autem dicantur bona Ecclesiæ, mensæ incorporata: videndi sunt 36
Bellet. *disquisit. Cleric. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 5. n. 16.* Caualcan. *decis. 76. p. 2.* Curtius Iunior. *de feudis q. 5.*

QVÆSTIO II.

An possit Episcopus solus absque consensu Capituli dare in feudum rem ad se reuersam infeudari solitam? Et an consensus requisitus in actu, debeat etiam in eius reuocatione adhiberi? Quid de infeudatione decimarum?

marum? Aut de permutatione rei Ecclesiasticæ? Quid de instituendo in beneficiis Abbates, & Abbatissas, aut alias personas? Vel de suscitando in sua Ecclesia veteres Dignitates suppressas? Et an consensus præsumatur per aliquod tempus?

SVMMARIVM.

1 *Concessio in amphiteusim prohibetur, alienatione prohibita.*

2 Cap. 2. de feudis, & à n. 5.

3 *Emphendari iterum valent res iam solita in feudum dari sine solemnitate.*

4 *Bona Ecclesiæ data in feudis, possunt in posterum in feudum dari absque eo quod in renouatione solemnitates illæ requirantur, quæ in alienatione.*

5 *Episcopus nequit rem communem cum Capitulo empheudare absque eius consensu.*

6 *Contractus, & distractus à pari procedunt.*

7 *Consensus requisitus in actu, requiritur in eius reuocatione.*

8 *Decimæ ab Episcopis concedi nequeunt laïcis sine Papa; sicut alias non sufficiat immemorialis absque fama priuilegij, vel recognitione feudali.* n. 9.

9 *Decimarum concessio ab Episcopo facta non valet, cum beneplacitum Papæ in facultate debet exprimi.* n. 20.

10 *Episcopus absque recognitione feudali, nequit laïcis concedere ius percipiendi decimas.*

11 *Laïci possessores decimarum loco restitutionis, satisfaciunt, si eas donent alteri Ecclesiæ sine consensu Cleri, &* n. 12. *fallit vt* n. 13.

12 *Cap. cum Apostolica 7. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.*

13 *Laici intrusi tenentur præcisè restituere decimas vero Domino, idest propriæ Ecclesiæ.*

14 *Decimæ concessæ à Pontificibus Castellæ, seu Lusitaniæ Regibus (quæ* tertias *dicuntur possunt à laicis in alios transferri.*

15 *Decimæ in vim alienationis valent concedi ab Episcopo cum consensu Capituli respectu vsus temporalis.*

16 *Permutatio rei Ecclesiasticæ potius est vt prohibeatur, sicut alienatio, sine solemnitate facta.* n. 17.

17 *Alienare prohibitus, nec potest hypotecare, nec vendere, nec locare ad longum, nec vsumfructum constituere, nec emphiteusim, nec permutare.*

18 *Episcopus instituere, vel destituere nequit sine consensu fratrum.*

19 *Prouisio Præbendarum, & beneficiorum maiorum in Cathedralibus spectat ad Episcopum cum consensu Capituli. Fallit vbi consuetudo in plurimum adest, vt fiat à solo Episcopo: quid de collatione, confirmatione, &c.* n. 20.

20 *Episcopus nequit in perpetuum Ecclesias aliis concedere, & subscriptione Clericorum, vel earum status mutare.* n. 22.

21 *Episcopus sine consensu Capituli, vel authoritate Papæ non potest alicui Monasterio Ecclesias, seu fructus concedere, etiamcum consensu Patroni.*

22 *Dignitates suppressas nequit suscitare.*

23 *Consensus, & solemnitas Capituli requisita in alienatione rei Ecclesiasticæ, præsumitur interuenisse spatio 30. annorum, &* n. 24. *fallit* n. 25.

24 *Acta Abbatis præsumuntur facta cum consensu conuentus.*

25 *Consensus non præsumitur vllo tempore in alienatione, in qua præcisè requiritur Papæ beneplacitum.*

QVia alienatione prohibita, prohibetur etiam successio in emphyteusim, vt docent Flores de Mena *in addit. ad Gamam. decis.* 16. *n.* 3. Caldas Pereyra *de extinctione emphyt. cap.* 5. *n.* 33. Vgolinus *de potestate Episcopi cap.* 14. §. 4. *numero* 2. Riccius *in curia Archiep. Neapol. decis.* 32. *numero* 1. & alij, & de infeudatione ex pluribus probent DD. *in cap. nulli de rebus Eccles.* ideo nunc legitimè inquiritur de primo dubio. Et licet distinguendum multi existiment, quando ad solum Episcopum res pertineat, vel simul ad Capitulum, vt in primo casu possit Episcopus; in secundo non sine consensu Capituli, quia si res communis est Episcopo, & Capitulo, iuris rationi non est consentaneum, vt Episcopus solus de ea aliquid decernat, absque consensu Capituli; non enim inquit Faquin. *lib.* 7. *controu. cap.* 66. de re aliena quisquam recte disponit absque Domini consensu. 1

Sed alij inquam indistinctè subempheudari posse ab Episcopo solo absque consensu Capituli per textum *in cap.* 2. *de feudis*, per verba ibi: *feudum descendentis, libere, si videris expedire concedas*, per quem textum postquam DD. antiqui, 2

&

& neoterici probant poſſe Epiſcopũ tribus caſibus non obſtante iuramento de non empheudando antiquũ feudum ad Eccleſiam reuerſum, nouo vaſſallo concedere, de quo etiam DD. per textum *in cap. vt ſuper de rebus Eccleſiæ alien.* vel non, *in cap. fin. de Eccleſ. ædificand. & in cap. per tuas de do-*
3 *nat.* † Addunt inquam emphiteuticari, vel infeudari res conſuetas, poſſe iterum concedi in emphiteuſim, ſine ſolemnitate, Menoch. *de arbitr. caſu* 81. *à n.* 5. *& conſ.* 66. *n.* 31. *conſ.* 79. *à n.* 1. *& conſ.* 90. *n.* 22. Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tit.* 33. *à n.* 129. *cum ſeq.* Barboſa cum Quaranta, Riccio, & Gonza-
4 lez *in dicto c.* 2. *n.* 3. † quia *n.* 6. cum aliis infinitis probat bona Eccleſiaſtica ſemel conceſſa in emphiteuſim, poſſe in poſterum, concedi, & Clarus dicit *in §. feudum. q.* 13. *n.* 15. idem Barboſa cum Ruino, & Riminaldo, vt in renouatione empheudationis non debeant interuenire illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ, pro vt nec etiam neceſſariæ ſunt ſolemnitates, *extrauag. ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien.* quando agitur de re ſolita locari *ex reſolut. Rotæ in Senen. prædij* 8. *Octob.* 1584. *coram Cardin. Pamphilio Sen. & in Romana relocationis Caſalis.* 16. *Martij* 1615. *coram Cardinali Sacrato.*

5 Sed quamuis hæc ita ſe habeant, in puncto vero dubij ad textum *in dicto cap.* 2. *de feudis*, non tamen ita latè ſit intelligendus, vt proindè liceat Epiſcopo rem ſibi, & Capitulo communem liberè concedere abſque conſenſu Capituli; non inquam ſummus Põtifex de hac facti ſpecie loquitur, in qua ſcilicet res communis eſt Capitulo; & ſic Fachineus exponendo verba relata, *in dicto cap.* 66. *controuerſ. lib.* 7. *in fine* dicit, rectè intelligit id poſſe, per verba ibi *libere concedas*, ſcilicet, vel ſolus, ſi conceſſio ad ſe ſolum ſpectat, vel adhibito conſenſu Capituli, ſi res ad Capitulum quoque ſpectat: nam ex vno verbo generali, non licet ſummi Pontificis reſponſum ita exaudire, vt rationi repugnet, & legi; & ſic poſtquam pro vltima ſententia commendauit, videndo Baldum, Afflictum, & alios interpretes *in cap.* 1. *de his, qui feudum dare poſſ.* Curtium Iuniorem *de feudis in* 2. *parte princ. in quæſt.* 2. Ludolphum Schroderum. *de feudis p.* 2. *c.* 4. *n.* 17. *concludit pro prima*; ſic vt ſi res communis eſt Epiſcopo, & Capitulo, requiratur Capitulo conſenſus; ſin autem ſolus Epiſcopus, illam in feudum dare valeat.

6 Ad ſecundam partem dubij *ex dictis q.* 1. *& in hac q.* 2. & ſi poſſet pro negatiua ſententia fundari, nempè requiſita in contractu, etiam in diſtractu, ſumendo argumentum à renouatione emphiteuſis, ſeu feudi: tamen in dubio præſenti, potius dicendum eſt, vt quia valet argumentum de contractu ad diſtractum, cum contractus, & diſtractus à pari procedant, & ſint eiuſdem naturæ, vt cum infinitis docet Barboſa *in tract. de locis communibus: argum. iur. loco* 26. *n.* 11. *&* 12. ibi legendi.

Ideo dicendum eſt conſenſum requiſi- 7
tum in actu deberi, etiam in eius reuocatione adhiberi, vt dicunt etiam idem Barboſa *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu Capit. n.* 3. Brunen. à Sole. *in locis communibus verbo conſenſus* 4. Tyraquel. *de iure mariti gloſſa* 5. *n.* 13. & faciunt dicta *ſub q....* Vbi de ſolemnitate requiſita in conſtituendo Procuratore, vt eadem requiratur in eius reuocatione, ac de aliis caſibus, *ibi.*

Ad tertium dubium de empheudatione 8
decimarum, cum diſtinctione reſpondetur iuxta textum *in cap. cum Apoſtolica* 7. *de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu Capit.* Vt ſi v.g. decimæ concedantur ab Epiſcopo laicis, non aliter fiat, niſi cum authoritate Apoſtolica, alias inquam nec ſufficere immemorialem abſque fama priuilegij, vel recognitione feudali, iuxta Rotam *in Toletana iuris decimandi*, 27. *Aprilis* 1584. *coram Cardinali Blanqueto, & in Taurinen. decimarum* 12. *Ianuarij* 1607. *verſ. ſuppoſitio autem. coram Cardinali Marchotio, & in Ferrarienſ. decimarum* 23. *Iunij* 1627. *coram Cardinali Pamphilo Iuniore.*

Vbi pariter dictum fuit, quod ſi Epiſco- 9
pus habens à ſummo Pontifice facultatem empheudandi decimas, & iura decimandi quibuſcumque perſonis, ſibi benè viſis, reſeruet in inueſtitura beneplacitũ Apoſtolicum cum clauſula, *& non alias, aliter, nec alio modo*, non enim conceſſionem tenere abſque dicto beneplacito, docet Barboſa *in dicto c.* 7. *ſub n. fin.* addens *ex dicta Ferrar. decimarum*, alia infra referenda, *verſ. ad vltimam.*

Et ſic videmus etiam quod Epiſcopus 10
abſque recognitione feudali, non poteſt concedere laicis ius percipiendi decimas, vt dixerunt Rebuffus *de decimis q.* 5. *n.* 32. *& q.* 13. *n.* 73. Azor. *inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 46.
q. 12. Moneta *de decimis cap.* 5. *n.* 59. † Ta- 11
men quando infeudatio vellet fieri à laicis poſſeſſoribus decimarum, aliter *ex dicto cap. cum Apoſtolica reſoluitur*; nam ſi laici ipſi prædictas decimas poſſiderent ab inferioribus Prælatis datas antè Lateranenſe Concilium, tunc licet eas reſtituere teneren-

tur, sufficeret tamen loco restitutionis, si laici possessores eas donarent alij Ecclesiæ, aut Religioso loco, quarum donationẽ teneri factam sine consensu Cleri, cum hoc non sit alienare, sed illud ius reuocare ad Ecclesiasticum vsum: latè post antiquiores expendit ibi Barbosa, qui postquam loquutus est de Concilij Lateranensis prohibitione contra empheudationem decimarum
12 distinguendo *à num.* 6. † Ait textum illum procedere in decimis, quas Laici possident titulo feudi perpetui habiti ab interiuribus Prælatis, quas licet ipsi etiam antè lateranense possidere prohiberẽtur: tamen si illas postea donassent alteri Ecclesiæ cum Episcopi consensu, ea restitutio sustineretur, tanquam si vero Domino eam sic admittendo Concilium Lateranense, vt euitarentur scandala alias oritura: alia tradit Barbosa omnino videnda *sub dict. n.* 6. *&* 7.
13 † Dum ait textum illum, nec intelligi de laicis intrusis, & sine titulo in decimis, quia isti tenentur illas præcisè restituere illi
14 Ecclesiæ, cuius antea erant. † Nec etiam intelligi de aliis decimis, quas Pontifices præstiterunt in perpetuum Lusitaniæ, & Castellæ Regibus; eo quod dictæ decimæ à Pontificibus concessæ iusto titulo, v.g. propter vendicatam Hispaniam à Mauris (per illa, quæ dixi de nominatione Episcopatuum à Rege facienda, *sub cap. Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. q.* 2. *&* 3.) sunt in perpetuum incorporatæ in Patrimonio Regio; ita vt in laicum semel translatæ, fiant eius patrimonium non subiectæ alicui restitutioni, de quibus sunt videndi Soto *de iust. lib.* 9. *q.* 4. *art.* 3. *& q.* 7. *art.* 1. post Gregor. Lopez, Barbosa *in l. Titia n.* 42. *vers. adde ff. soluto matrim.* Canedus Lusitan. *decis.* 63. *n.* 5. *p.* 2. de quibus docent Menchaca *illustr. cap.* 89. *n.* 2. Zeballos *in pract. q.* 367. & Caued. *supra* contra Couarruu. posse eas transferri in laicos, de quo etiam præter Gutierr. Ioannem Garciam, & Azor. videndos latè agentes, D. Ioannes del Castillo *in suo libro de tertiis.*

15 Pro complemento notandum duxi cum Rebuffo *in tract. de decimis dict. q.* 5. *n.* 35. Monet. *in eodem tract. cap.* 5. *q.* 3. *nu.* 36. & Barbosa, *n.* 2. per textum ibi. *in cap. cont mebatur* 2. *de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu Capit.* posse concedi ab Episcopo, siue alio Prælato cum consensu Capituli, seu conuentus decimas in vim alienationis cum causæ cognitione, & aliis solemnitatibus, quia in hoc casu non est Spirituale ius concessum, sed temporale, hoc est fructus, & commoditas decimarum, quæ propriè decimæ non dicuntur, vt aduertit Bald. *cons.* 119. *vol.* 1. sed sunt certæ decimationes, seu annuæ præstationes in quantitate frumenti, vel pecuniæ, descendentes à iure temporali, & ex contractu pro rebus debitæ: ita ex Rota *in Ferrar. decimar.* 26. *Iunij* 1645. *coram R.P.D. Ptroanno*, apud Farinac. *decis.* 604. *n.* 2. *p.* 2. refert dict. Barbosa, addens hunc intellectum à veritate non deuiare, nisi cum Glossa, Abbate, & Hostiensi ibi potius dici velit illum textum loqui de decimis concessis Clerico ad breue tempus, vel cum eodem Hostiensi, & Innocent. atque Anania de modica decima, vel de remissione decimæ, quod est receptum.

Ad tertiam quæstionis partem, quid de 16
permutatione rei Ecclesiasticæ? videtur, vt nec possit sine consensu Capituli, & Cleri, quia inter venditiones, donationes, & alienationes continetur etiam commutatio *per cap.* 1. *& cap nuper de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Cap. t.* tradit Andreas valens. *sub Rub. ibi n.* 1. sed Video Doctores sentire quod ex vi verbi *permutatio*, maximè in materia odiosa non contineatur *sub tit. venditionis, aut alienationis*, vt Tyraquell. *de retractu lignagier. glossa.* 14. *à n.* 29. Pinel. *in Rub. de bonis maternis, p.* 2. *num.* 26. *in fine*, Surdus *de alimentis*, *tit.* 8. *priuilegio* 38. *nu.* 13. Caldas Pereira *in l. si curatorem. verbo venundedisti n.* 2. *& de extinctione emphiteus. cap.* 8. *à n.* 31. Barbosa *in dicto cap.* 1. *n.* 2. ex eo probans cum aliis, quia in statutis, & contractibus appellatione emptionis, venit tantum proprius emptionis contractus per textum *in l.* 1. *ff. de contrahenda emptione, & l.* 1. *ff. de rerum permut.*

At quia Pontifex *in cap. nulli. de rebus* 17
Eccles. non alien. regulam generalem assignando, vt alienare prohibitus, nec possit hypothecare, nec rem vendere, nec locare ad lungum tempus, nec vsumfructum constituere, nec emphyteusim *in vers. permutationem*, idem constituens, ait etiam quod prohibitus alienare, non possit permutare, docent Rodoan. *de rebus Eccles. non alien. q.* 2. *cap.* 20. Rebuff. *in compend. alien.* 66. Caldas Pereira *de extinct. emphiteus. cap.* 5. *n.* 36. Quaranta *verbo alienatio rerum Eccles. n.* 15. cum illis Barbosa *ibi n.* 16. & cum Filiucio; & sic videtur pro prima sententia respondendum, præcipuè si consideretur posse non esse vtilem Ecclesiæ, cuius est res, quæ permutatur per verba textus *in dicto cap. tua nuper. in vers. vt meliora prospiciat*, quibus notant Tyraquel. *de iure maritis glossa*

8 *à n.* 56. Barbosa *ibi n.* 2. non satis videri, vt alicuatio sit Ecclesiæ vtilis, sed vt maiora prospiciat.

18 Ad quartam quæstionis partem, quid de instituendo Abbates &c. etiam dicit Valensis per textum *in cap. noust.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit.* sub quo Pontifex decidit, vt non possit Episcopus instituere, vel destituere aliquas personas sine consensu fratrum, alias facta institutio, vel destitutio, nulla sit ipso iure, cum multis ex antiquis ibi Barbosa *n.* 1. *notando n.* 22. cum Hostiens. *in cap. Vulterana de elect.* Ægidio *decis.* 69. Corrasio *in praxi benefic. p.* 2. *cap.* 4. *nu.* 6. Zech. *de benefic. & pension. cap.* 2. *vers. ordinarij etiam.*

19 † Quod prouisio, Præbendarum Ecclesiæ Cathedralis spectat ad Episcopum cum consilio Capituli, quod etiam extendit Valerius Reginald. *in praxi fori pænit. cap.* 30. *tract.* 3. *n.* 239. ad maiora beneficia inferiorum Ecclesiarum, quod intelligitur de iure, non sic de consuetudine, vel iure speciali aliquarum Ecclesiarum, iuxta quæ latè cum multis tractat, & distinguit, Nicolaus Garcia, legendus, *p.* 5. *de benefic. cap.* 4. *à n.* 13. qui vice versa loqui videtur per alia, quæ iam adduxi *in tract.* 1. *de Capit. Sede Vac. sub q.* 21. 22. 23. & aliis.

20 Nec vt possit collationes beneficiorum, & electiones confirmare, Andreas Valens. ibi per textum *in cap. quanto dist. tit.* nec Ecclesias sibi, aut suæ Ecclesiæ subiectas, aliis Ecclesiis, etiam Monasteriis attribuere. *per dict. cap. tua nuper* 8. *cap. pastoralis* 9. *dict. tit.* & hoc etiam si iubeat iuspatronatus in Ecclesiis concessum, *dict. cap. tua nuper*, vbi dicitur, quod Episcopus sine consensu, & subscriptione Clericorum non potest concedere in perpetuum Ecclesias, quia hoc esset alienare, quamuis accipiens in illa Ecclesia haberet iuspatronatus, & alienaretur

21 cum solo Archidiacono. † *Et in dicto cap. pastoralis*, quod Episcopus sine consensu Capituli, vel authoritate Papæ non potest concedere alicui Monasterio Ecclesias Parochiales, vel fructus, seu obuentiones

22 Parochiæ etiam cum consensu Patroni. † Nec vt possit veteres Dignitates suppressas in sua Ecclesia suscitare, nec Ecclesiæ statutum mutare, probat idem Valensis *in dicta Rub. sub dicto numero primo*, & quantum ad vniones, & suppressiones latè *infra qu. seq.*

23 Ad vltimam quæstionis partem, an consensus præsumatur per aliquod tempus? & quia DD. per textum *in cap. ea noscitur* 6. *dict. tit. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit. in vers. aliqui eorum probauerunt*, Vbi Barbosa *numero sexto.* Mascard. *de probation. conclus.* 1315. *numero decimo nono*, dicunt quod solemnitas præsumitur, quando defectus talis solemnitatis, non fuit per partem allegatus; ideo pro resolutione dicendum est cum eodem Mascardo *conclusione* 416. *numero vigesimo primo*, & Barbosa *in cap. cum nos* 3. *eodem tit. numero tertio*, cursu annorum triginta, consensum Capituli interueniſſe præsumi in alienatione rerum Ecclesiæ. † Et fortius facit, quæ idem Mascardus. *conclus.* 2. *ex verb. dict. cap. ea noscitur*, 24 & Barbosa *ibi numero septimo in glossa verbo intelligi debet*, & *verb. præsumptiuè*, notant dicendo Abbatis acta præsumi facta cum consensu conuentus. † Gratianus, qui lo- 25 quendo de suppressione ab Episcopo facienda, dicit consensum Capituli interueniſſe præsumi, dicto cursu annorum triginta, *p.* 5. *discept. forens. capite* 19. *à numero primo.*

Sed ab hac communi regula excipitur 26 iuxta *supra dicta in vers. ad secundam* de beneplacito Papæ prærequisito in concessione decimarum, quam facit Episcopus in feudum laicis, quod quando in facultate concessa à Pontifice, vt Episcopus valeat empheudare decimas, additur relata ibi clausula, *& non alias aliter, nec alio modo*, vt tunc quando est reseruatum tale Pontificis beneplacitum in concessione iuris decimandi facta laicis, non præsumatur ex lapsu triginta annorum, & vltra cum obseruantia respectu illius iuris propter incapacitatem laici, nihil operetur: ita Barbosa *in dicto capite cum Apostolica in fine ex dict. decis. Ferrar. decimandi* 23. *Iunij* 1617. & melius ac clarius ex alia Rotæ *in Mediolan. recisionis permutationis* 21. *Maij* 1597. *coram Cardinali Pamphilio sen.* sicut, & tetigi, Alex. *libro tertio numero quarto cons.* 70.

QVÆSTIO III.

An Episcopus possit vnire sine Capituli consensu, etiam si procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, vel si vnio facienda sit à legato de latere, tunc requiratur consensus Capituli

pituli præcisè? vel an si vnio fiat ab Episcopo ipsimet Capitulo? Et quid in suppressione Canonicatuum, & beneficiorum? Et quid quando vnio fieret alicui Dignitati, vel Præbendæ Capituli? Et quid si Canonici consentire nollent, & iusta causa vnionis subesset, vel si post factam vnionem consentirent? Et an Episcopus pro suo arbitrio possit expendere fabricarum redditus?

SVMMARIVM.

1 *Vnio vnius Ecclesiæ alteri, potius in praxi valet fieri ab Episcopo sine consensu Capituli,* vt à n. 3. *non sic sine consensu Rectoris, Patroni, aut Abbatis,* vt n. 2. & 3.

2 *Vnio facta ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, secundum aliquos non valet sine Capituli consensu, & in facta à legato de latere,* n. 3. *vbi distinguitur,* & n. 4.

4 *Episcopus si procedat ex vi iuris, aliter debet facere vnionem, ac si ex vi Pontificiæ commissionis.*

5 *Vniones faciunt Episcopi sine consensu Cathedralis, nisi in certis casibus.*

6 *Vnire nequit Episcopus Præbendam suæ Cathedralis sine Papa, & si vniat alteri Dignitati, valebit cum consensu Capituli, idem si aliis distinctè Præbendis,* vt n. 7. *Vide* n. 8.

8 *Vniones facere valet solus Episcopus in casu, quo distributiones, aut Præbendæ fuissent tenues.*

9 *Suppressio Præbẽdæ nequit fieri ab Episcopo sine consensu Capituli, & absque legitima causa, & verius est, vt non fiat sine Papa.* num. 10. 11. & 12.

11 *Suppressionis causa, qualiter debeat probari.*

12 *Suppressio vt fiat, debet citari saltim interesse habens, & quando agitur de minuendo numero Præbendarum.*

13 *Suppressio necessario requirit consensum Patroni laici, aut Ecclesiastici, & inferioris Collatoris, & Electorum.*

14 *Suppressio, vt locum habeat, qualiter debeat fieri fructuum taxatio.* n. 15.

16 *Canonici compelli possunt ab Episcopo, vt vnioni iustè faciendæ, consensum præbeant.*

17 *Vnio contradictione vnius impeditur si iustè contradicatur, & à quo.* n. 20.

18 *Consensus Capituli, vt vnio valeat sufficit vt interueniat post illam à Prælato factam,* vt n. 19. *idem in suppressione,* n. 20. & 21. *fallit,* vt n. 22.

20 *Vnionis nullitas à nullo alio valet opponi, quam à principali interessato.*

21 *Suppressio qualiter fieri valeat contradici, sumitur ab vnione* à numero 17. *Vide* n. 22.

22 *Vnio, aut suppressio semel contradicta, non reuiuiscit consensu subsequuto.*

23 *Episcopus valet pro suo arbitrio expendere fructus fabricarum, præcipuè per viam visitationis, & reuisionis, administrationis bonorum.*

AD primam quæstionis partem, loquendo de iure, & seclusa consuetudine, quæ viget in contrarium penes omnes fere Diœceses, respondetur cum Rebuffo *in regula de vnionibus glossa* 11. *n.* Paulo Fusco *de Visitatione lib.* 2. *c.* 26. *n.* 5. Vgolino *de Officio Episcopi cap.* 52. §. 1. *n.* 1. Rota *decis.* 133. *n.* 2. *p.* 2. *diuers.* & *decis.* 294. *n.* 17. *p.* 5. *diuers.* Nicolao Garcia *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 145. Riccio *in decis. curiæ Neapol.* 198. *n.* 17. *parte* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 12. Stephano Gratiano. *discept. foren. tom.* 7. *cap.* 819. *n.* 3. Seraphino *decis.* 1078. *n.* 1. non posse Episcopum sine consensu Capituli facere vnionem vnius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ, seu Dignitati, vel Præbendæ, nec donare illam religioso loco, præsertim irrequisito eiusdem Ecclesiæ Rectore, aut si vacabat defensore, ei non existente, vt per glossam, & textum *in cap. ante penult.* 12. *quæst.* 2. & *cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit.* & *Clement. fin. de rebus Ecclesiæ non alien.* docuerunt antiqui, etiam DD. & sic Sanchez *infra cap.* 29. *n.* 166. & 167. Barbosa *in cap.* 5. *Trid. sess.* 21. *n.* 9. dicunt non posse illam facere sine consensu Patroni, si sit iurispatronatus, nec sine consensu Abbatis, aut inferioris Prælati, ad quem pertineret. 1

Et in tantum esse verum dicunt etiam alij cum Nicolao Garcia *dicta p.* 12. *cap.* 2. *n.* 188. testante decisum, & cum relatis à Barbosa *in pastorali p.* 3. *alleg.* 66. *n.* 29. vt procedat etiam, vbi vnio fit ab Episcopo, tanquam sedis Apostolicæ delegato, vigore Concilij Trid. *sess.* 21. *de reform.* ibi *iuxta formam iuris*; & sic Thomas Sanchez latè agens *de vnione præfata n.* 1. *in præcepta decalogi* 2

calogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. à n. 164. num. 163. declarat id etiam procedere post Trid. Concil.

3 Et quamuis nonnulli existimarint non requiri dictum Capituli consensum in vnione à legato de latere facienda; eo quod ille nullum consortium cum Capitulo habeat, vt habet Episcopus; inter quos Boërius *decis. 513. n. vnico*, Gambara *de Officio, & potestate legati de latere tit. de potestate eius ad vnienda beneficia nu.* 58. Hojeda *de incompatibilit. beneficiorum p. 2. cap. 3. n. 9.* †

4 Quod admittimus, si fiat ex potestate tantum iurisdictionis Ordinariæ, cum tunc non ampliorem in beneficiis vniendis habeat potestatem, quam Episcopus. Tamen si ipse legatus procedat ex vi Pontificiæ commissionis, non indigere legatum tali consensu Capitulari, si in commissione de illo præ-requirendo mentio non fiat, tenendum est, vt in specie docent Marianus Socinus Senior *in cap. sicut vnire. art. 6. conclus. 14. numero 115. de excessibus Prælator.* Barbosa *de iure Eccles. p. 1. cap. 30. numero 12.* idem *de Canonic. & Dignit. cap. 42. eodem num.* Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. libro 7. capite 29. numero 166.* ita distinguentes, ex eo quia si Papa potest absque consensu Capituli vnire, ita, & ipse Legatus.

5 Quæ tamen quatenus ad consensum Capituli requirendum in vnione vnius Ecclesiæ alteri faciendæ, aut Præbendæ, siue Dignitati, aut Religioso loco, hodie ex generali consuetudine cessare existimamus iuxta doctrinam Fusci, *de Visit. libro secundo cap. 26. num.* 5. Petri Gregorij *de re benefic. cap. 20. numero* 6. Nicolai Garcia *dict. capite 2. parte 12. numero* 152. qui *numero* 153. intelligit de consuetudine generali, quæ consuetudo proprie est, & non præscriptio: sequitur Barbosa, vbi *supra de iure Eccles. & de Canonic. vtrobique numero* 9. & hoc sic procedere, quamuis Imola, & Bonifacius per glossam *verbo consentiente in dicta Clem.* & Felinus *in cap. cum causam de re iudic. nu. 10. & 20.* teneant huiusmodi consuetudinem in contrarium non valere, quorum doctrinam libenter admittimus respectu Episcopi, si vellet vnire vnam Ecclesiam alteri Præbendæ, aut loco religioso irrequisito Rectore talis Ecclesiæ, vel sine legitimo defensore, in casu, quo Vacaret Ecclesia, velut si intenderet Episcopus vnire aliquem Canonicatum Præbendam, aut Dignitatem suæ Cathedralis alteri Præbendæ, aut Ecclesiæ: extra hos casus vidimus ex quotidiana praxi Episcopos sine Capitulo Ecclesias, & beneficia vnire per integras eorum Diæceses.

Quod si Episcopus ageret de vniendo alienam Ecclesiam, vel Præbendam consistentem in propria Cathedrali illius Capitulo, tunc quidem non esse exposcendum consensum à Capitulo, quod non potest authorizare in facto proprio, sed requiri in tali euentu authoritatem Pontificiam, clamant DD. cum glossa. *in dicta Clem. vers. mensa ad finem*, quam sequuntur ibi Cardinal. *n.* 3. Abbas *n.* 6. & alij, quos refert, & sequitur, etiam Nicolaus Garcia *dicta part. 12. de benefic. cap. 2. num.* 168. Barbosa *de iure Eccles. cap. 30. num. 11. de Canon. dicto cap. 42. eodem num.* & cum sic iudicauerit Rota *in vna Perusina benefic. 4. Iunij* 1608. *coram bona memoria Pæna*, addit procedere etiam si fiat vigore Concilij Trid. *sess. 21. cap. 5.* 6

Tamen si vnionem faceret Episcopus alicui Dignitati, vel Præbendæ Capituli, seu omnibus Præbendis distinctis, non simul, sed separatim vnicuique resoluunt posse, Nicolaus Garcia *dicto cap. 2. n.* 170. Stephanus Gratian. *discept. forens. cap. 234. num. 2. in fine*, Gonzales *ad reg. 8. Cancell. glossa 37. nu.* 25. quia, vt docent Aloysius Riccius *in collect. decis. p. 4. collect. 1667. in fine, & in praxi rerum fori Eccles. decis. 488. in 1. edit. alias resolut. 379. num. 4. in 2. edit.* Barbosa, *vbi supra sub dicto nu.* 11. ita *de iure probat. dict. Clem.* ad quam respicit Trid. *in dicto capite quinto ibi iuxta formam iuris.* 7

Dictum vero *in versiculo quod si Episcopus, & præced.* fallit in casu quo distributiones quotidianæ, vel Præbendæ tenues fuissent, vel quando nullæ fuissent distributiones & Præbendæ tenues, aut è contra; quia tunc vt resoluunt Nicolaus Garcia *dict. cap. 2. p. 12. de benefic. numero* 171. Barbosa *vbi supra dicto numero 11. in fine, & in pastorali* cum aliis, *alleg. 76. num.* 33. ex censura Sacræ Congreg. poterit Episcopus facere vnionem omnibus Præbendis, seu distributionibus simul, eo quod in isto casu tenuitati distributionum succurri possit per remedium, *cap. 3. Trid. dict. sess. 21. de reform.* 8

Ad secundam partem dubij de suppressione, præmissis quæ dixi *supra de vnione sub quæst. 26. parte* 1. respondetur breuiter, quod ea non permittitur Episcopo absque consensu Capituli & absque legi- 9

tima cauſa, vt per textum *in cap. cum acceſſiſ-
ſent de conſtitutionib.* Vbi nos plura po-
ſuimus, docent in terminis ibi Abbas
nu.4. & 9. Felin. *n.* 17. Decius *n.* 45. Azor.
inſtit. moral. p.2. lib. 6. cap. 30. qu.11. & 12.
Mantica, *deciſ.114. n.* 2. Stephanus Gratia-
10 nus *diſceptat. forenſ. tom.5. c.819. à n.1.* † Qui
n.4. & 19. ait quod Canonicatus authorita-
te Papæ confirmati cum præfixione nu-
meri, & decreto irritanti non poſſunt ſup-
primi per Epiſcopum, Nicolaus Garcia vi-
dendus ad plura cum multis *de benefic. p.
12. cap.1. & 2.* Barboſa *de Canonicis cap.42.
num. 13. verſ. quarto*, idem *eodem num. &
verſ. de iure Eccleſ. cap. 30. p. 1.* & in Trid.
cap.5. ſeſſ.21. de reform. circa fin.

11 Notandum vero eſt cum eodem Gra-
tiano *ſuprann.5.* Seraphino *deciſ.1385. num.
2. & 3.* Greg. 15. *deciſ.* 483. & cum aliis,
quod cauſa; ob quam fit dicta ſuppreſſio,
debet legitimè, & plenè probari; ita vt ſi
allegatur diminutio reddituum (quæ eſt
potentiſſima ratio reducendi, & ſuppri-
mendi beneficia, vt latè diximus *ſub dicto
cap. cum acceſſiſſent*) non ſolum debet con-
ſtare de tali diminutione, ſed etiam vt pro-
betur, quod iſta diminutio, conſideretur
reſpectu quantitatis aſſignatæ à principio
erectionis Canonicatus, & beneficij, quæ
præſumitur fuiſſe congrua, & ſufficiens pro
oneribus incumbentibus, & aliis neceſſa-
riis, & quod ad talem effectum ſuppreſſio-
nis, debet eſſe perpetua, non tranſitoria, oc-
caſione peſtis, vel ſimilis cauſæ, de quo
etiam idem Barboſa *ſupra.*

12 Igitur, vt dictum eſt, in tantum deſidera-
tur ad dictam ſuppreſſionem Capituli
conſenſus, vt doceant Moneta *de diſtribut.
quotid. cap.12. numero* 250. Barboſa *de Cano-
nicis cap.3. num.* 25. quod quando agitur de
ſupprimendis aliquibus Præbendis, ſeu ea-
rum numero minnendo in aliqua Eccleſia
collegiata, quæ collegialis non ſit omniuo
requiri conſenſum, vel ſaltim quod voca-
tio Capituli prædictæ inferioris Eccleſiæ
ratione intereſſe, quod ex tali ſuppreſſio-
ne, ſeu diminutione prætendere poſſet, &
vlterius requiri conſenſum Cathedralis
Eccleſiæ Capituli.

13 Et ex eadem ratione docent Nicolaus
Garcia *de benefic. p.12. cap.2. numero 201. &
à num.* 205. Moneta *de diſtrib. dicto cap.12.
n.226.* Barboſa *d.c.3. de Canon. nu. fin.* in ſup-
preſſione huiuſmodi facienda neceſſarium
eſſe conſenſum Patroni, ſiue Eccleſiaſti-
ci, ſiue laici, ac inferioris collatoris & ele-
ctorum, quatenus Canonicatus ad alicuius
præſentationem, ſeu electionem ſpectent
per dicta ſupra hic *numero primo de vnione*;
quæ omnia docent DD. eſſe iuxta men-
tem Trid. Concilij *ſeſſ. 24. de reform. capite*
15. Vbi cum infinitis Barboſa, Farin.
Marcilla, & alij. † Qui etiam, & relatus 14
Moneta plenè ſupra *à numero* 255. docent
qualiter fore faciendam fructuum taxatio-
nem reddituum, & Præbendarum, cum ea-
rum, aliquæ ſupprimendæ ſint, & quæ
quantitas remanere debeat ſingulis Præ-
bendis illius Eccleſiæ non ſupprimendis:
concludens idem Moneta *numero* 289. &
cum eo Barboſa, *dict. cap.3. numero 25. in fi-
ne*, iuxta dictum Concilij decretum illud
locum non habere in ſuppteſſionibus
temporalibus, ſed tantum in perpe-
tuis.

Ad tertiam quæſtionis partem, quid 15
quando vnio fieret alicui Dignitati, vel
Præbendæ Capituli, iam ſupra dictum eſt
ſub verſ. ad primam.

Ad quartam, quid ſi Canonici conſen- 16
tire nollent &c. reſpondetur breuiter,
quid quando conſenſus Capituli requi-
ritur in vnione per Epiſcopum facien-
da, poterunt illi compelli ab Epiſcopo, vt
tradunt Rebuff. *in regula de vnion.* 21.
Cancell. gloſſa 11. num. 3. Azor. *inſtit. mor.
parte 1. libro 6. cap. 28. quæſtione* 12. Marian.
Socin. *in cap. ſicut venire de exceſſibus Præ-
lat.* † Vbi allegat cum aliis, exiſtente 17
iuſta contradicendi cauſa, contradictio-
nem vnius, ſat eſſe ad impediendam vnio-
nem, referunt Barboſa *de Can. dict. cap.42.
numero 14. de iure Eccleſ. dicta part. 1. &
cap.30. numero* 14. Thomas Sanchez *in ſum.
ad præcept. decalogi tom.2. dicto lib.7. cap.29.
n.64.*

Ad aliud, quid ſi poſt factam vnio- 18
nem conſentirent, & ſi videatur de iu-
re, quod talis conſenſus debeat in ipſo
actu interuenire, alias vnio, aut ſuppreſ-
ſio ſit nulla per doctrinam Burſatti *conſ.
285. numero decimo quarto, libro ſecundo*, cu-
ius opinionem veriſſimam iudicat Ro-
ta *deciſione 294. à numero decimo nono, par-
te quinta recent.* quatenus dixit in ipſo
actu vnionis, vel incontinenti per di-
ctum Capituli conſenſum adeſſe de-
bere; ita vt vnio ex defectu prædicti
conſenſus ab initio nulla per eius exhi-
bitionem, poſtea factam non conualeſ-
cat.

Tamen verius eſt, vt iam de alienatio- 19
ne dictum eſt *ſub quæſt.* 1. ſufficere, vt in-
teruenìat conſenſus dicti Capituli poſt
vnionem,

vnionem, cum non ſit neceſſarius, quod in ipſo interueniat: in terminis de vnione docent Rebuff. *de vnione dict. gloſſa* 11. *n.* 20. Boër. *decıſ.* 345. *n.* 3. *&* 4. Hojeda *de incompatibilit. beneficior. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. Nicolaus Garcia *dicto cap.* 2. *p.* 12. *à n.* 147. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 573. *n.* 32.
20 *& c.* 278. *n.* 30. † Vbi etiam reſoluit nullitatem vnionis ob defectum conſenſus Capituli à nullo poſſe opponi, cum hæc exceptio illi ſoli concedatur, vt etiam comprobant *dict. cap.* 819. *num.* 17. contra Nicol. Garc. allegando poſſe Rot. *decıſ.* 133. *à n.* 10. *p.* 2. *diuerſ.*

21 Et in ſuppreſſione idem ſufficere, docent Gratian. *dict. cap.* 819. *n.* 15. Barboſa *de can. dicto cap.* 42. *ſub num.* 13. *& dicto cap.* 30. *de iure Eccleſ. p.* 1. *ſub eodem. num.* 13. *& dict. cap.* 3. *de Canon. dicto n.* 25. *in princip.* ex Moneta dicente. *de diſtrib. dict. p.* 1 *cap.* 12. *num.* 251. in ea tacitum conſenſum Capituli, ſeu quod ſuperueniat poſt actum, licet ex interuallo, videndus idem Barboſa quoad vnionem *ſub dicto cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *de reform.* & quoad ſuppreſſionem *ſub dicto cap.* 5. *ſeſſ.* 24. *de reform.*

22 Et quomodocumque admittatur certum vero eſt de iure, quod poſtquam de nullitate contra vnionem, aut ſuppreſſionem ex defectu conſenſus, actum fuerit, tunc conſenſus ſuperueniens, nihil operetur, vt dixit eadem Rota. *dicta decıſ.* 294. *p.* 5. *recent. num.* 32. quam ſequitur Barboſa *de Canon. dicto cap.* 42. *num.* 8. *in fine*, *& de iure Eccleſ. ſub eodem num. dict. cap.* 30.
23 *p.* 1.

Ad vltimam quæſtionis partem viſis quæ dicta ſunt de Epiſcopo, Viſitatore *ſub quæſtio.* 13. *parte* 1. *& q....* breuiter reſpondeo cum Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *cap.* 14. *numero* 53. cum Garcia *de benef. p.* 3. *num.* 198. *in fine*, Barboſa *de Canon. dicto cap.* 42. *numero vigeſimo ſexto in fine*, *& de iure Eccleſiaſt. dict. numero* 26. *cap.* 30. Epiſcopum pro ſuo arbitrio poſſe expendere redditus fabricarum, præcipuè ſi procedat per viam Viſitationis, reuiſionis, & adminiſtrationis bonorum, & rationum fabricæ: & comprobatur ſequentibus.

***

QVÆSTIO IV.

Epiſcopus in condendis ſtatutis, an conſilium ſaltem Capituli licet non conſenſum requirere debeat, & in his, quæ concernunt intereſſe Capituli, aut in his, quæ ſpectant etiam ad Capitulum; & requirere teneatur Conſenſum in adminiſtratione bonorum, & redditSuum Eccleſiæ? Et an conſenſus Capituli ſit neceſſarius in iuriſdictionalibus, quando v.g. Papa dicit *ſolus Epiſcopus procedat?* Quid in proceſſionibus edicendis, dirigendis, & decernendis? vel in negotiis in quibus ſic conſuetudo adeſt?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſicut in arduis tenetur requirere conſilium Capituli, vt* num. 10. *ſic in condendis ſtatutis, ſi iure ordinario procedit ſecus ſi, vt Papa legatus* n. 2. *fallit* n. 3.

3 *Edicta generalia valet Epiſcopus facere ſine conſilio, aut conſenſu Capituli.*

4 *Epiſcopus debet ſe abſtinere à multitudine ſtatutorum.*

5 *Legum multitudo plurimum eſt vitiorum.*

6 *Epiſcopus cum maiori parte Capituli poteſt ſtatuere, vt quilibet ex Canonicis contribuat pro ſuſtentatione alicuius ſcholaris pauperis, & quod cæteri Clerici de ſuperabundantibus dent fabricæ* numero 7. *& quando ad id valeant deuenire.* n. 8.

9 *Epiſcopus etiam cum conſenſu Capituli nequit facere ſtatuta in præiudicium Prælatorum inferiorum.*

10 *Epiſcopus vbi intereſſe, aut præiudicium Capituli interuenit, nequit ſine illius conſenſu ſtatuere,* n. 11.

11 *Conſenſum Capituli requirere tenetur in his, quæ ſpectant ad adminiſtrationem bonorum, & ad Capitulum.*

12 *Capitulum censetur habere administrationem cum Episcopo.*

13 *Episcopus nequit procedere sine consensu Capituli in his, quæ aliquo titulo sunt communia cum Capitulo, nisi spectaret negotium à Pontifice Episcopo commissum, ad interesse Capituli, ut* nu. 14. & 15.

14 *Iurisdictio data alicui, ut solus procedat, non est alij communicabilis, explica; ut* n.15.

15 *Degradare, ut solus Episcopus possit ex commissione Papæ, non aufertur potestas à Capitulo ut* n.16.

16 *Beneficia prouidere, si Papa indulsisset soli Episcopo, non inde excludit Capitulum, & ad quos alias spectat electio.*

17 *Papa per clausulam* solus Episcopus procedat, *cum tertius referat molestiam Episcopo, non aufert à Capitulo cognitionem, &* n.18.

18 *Capitulum connexum in cognitione cum Episcopo non excluditur ex clausula* solus Episcopus cognoscat, *quando agitur inter duos simpliciter.*

19 *Taxatiui termini natura est excludere extranea; cuncta autem pertinentia indulgere.*

20 *In processionum inductione, quando sunt cum conuocatoria Capituli, eius consilium requiritur, nunquam autem consensus.*

21 *Prouisiones dirigere solus Episcopus potest, quo voluerit, obligando Canonicos, & alios beneficiatos, ut intersint, & si Capitulum alleget consuetudinem contrariam, ut* n.22.

23 *Episcopus nulliter procedat, si procedat sine consensu Capituli, in negotiis, in quibus sit consuetudo.*

1 AD primam quæstionis partem repetitis quæ dicta sunt *supra qu.* 28. *à n.*1. *de Synodo Congreganda,* affirmatiuè respondendum est. Nam sicut in arduis debet Episcopus procedere cum consilio saltem Capituli. Abbas *in cap. cum consuetudinis n.*5. *de consuet.* Henriq. Botæ *de Synodo Episcop. p.*3. *n.* 142. & sicut etiam requiritur in corrigendis excessibus, & exercenda iurisdictione, Anton. Gabriel, *comm. tit. de crim. conclus.* 36. *in fine*, ita & in condendis statutis tenetur Episcopus adhibere consilium Capituli: sic cum Rota, Theodos. *de Rubeis singularü Rota tom.*2. *q.*3. *verbo Abbas.* §.4. *pag.*117.
2 † Quæ intelligit Barbosa *de Canon. cap.* 42. *n.* 15. *vers. post hæc, & de iure Eccles. p.*1. *cap.* 30. *eodem n. & vers. quando Episcopus procedat iure ordinario,* cum in his, in quibus procedit vigore Concilij Trid. vti Sedis Apostolicæ delegatus, nulla indiget adiectione statutorum; eo quod tunc non habet iam communionem cum Capitulo. † Et sic declaratum fuit à Sacra Congreg. *in Orolisenan.* 27. *Martij* 1632. *in respons. ad* 2. *pro Generali Visitatione Diœcesis decreto Concilij Trid. cap.* 3. *sess.* 24. *de reform.* 3
Demandata posse Episcopum per se solum facere edicta Generalia absque consensu, seu consilio Capituli, vt refert Barbosa *dict. cap.* 30. *& cap.* 42. *num.* 20. *in fine.*

Notat vero Andreas Valens. *in Rub. de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu Capit. num.*8. Episcopum debere à multitudine statutorum, & præceptorum se abstinere. † Quia quemadmodum, vbi plures sunt medici, plures existere morbi solent, ita etiam vbi plurimæ leges, plurimum est vitiorum; interdum enim ait, toleranda esse mala aliqua, ne eueniant grauiora, quia vt Prouerb. *cap.* 30. ait sapiens, [qui multum emungit, elicit sanguinem, & qui multum corrigit, offendit, leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti; asperitatis autem nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec salutem,] *cap. cum beatus* 8. *dict.* 45. *Vide cap. denique dict.* 4. & sic cum Piasecio commendat. Vt meminerint semper Prælati illius dicti Beati Chrysostomi in verbis sequentibus: [Circa vitam tuam esto austerus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & gratiam facientem:] Mirabilia quidem verba ad instruendos Prælatos; & si Andreas Valensis *in Rub. de his, quæ fiunt à Pralato sine consensu Capit. num.*6. ex Piasecio dicit aduertendum esse ab Episcopo, vt quam rarissimè in condendis statutis pœnas apponat excommunicationis, sed vt potius vtatur pœnis temporalibus, rarius pecuniariis ad euitandam auaritiæ suspicionem, quæ ab Episcopo abesse debet longius *per cap. cum ab omni de vita, & honest. Cleric.* dicens etiam vt quia statuta Episcopi ligant tantum quoad pœnam, non etiam quoad culpam; ideo necessum esse, vt virtutem sui statuti declaret apertius; sed quid sentiendum quoad obligandum ad culpam? leges quæ dixi *sub Rub. de constit. q.... & in cap. penult. eodem*, Vbi late dixi de lege pœnali, & conducunt quæ ibi adduxi *sub cap.*1.

Et quamuis Prælatus cum maiori parte sui Capituli possit statuere quoad necessariam 6

necessariam reparationem fabricæ, quilibet Canonicus conferre teneatur; DD. per textum *in cap.1.* de his quæ fiũt à maiori parte Capit. per quod etiam tenet Rebuff. *de privilegiis scholar. privileg.42.* quod Episcopus cum maiori parte Capituli potest statuere, vt quilibet Canonicus de suis Præbendis quotannis contribuat certam summam in alicuius scholaris pauperis docilis, & non Vagi subsidium in studio existentis, etiam si minor pars contradicat.

7 † Et dicant etiam Bellettus *disquisit. Cleric. p.1. tit. de exempt. Cleric. à statutis §.13. n.17.* quod Episcopus vna cum Capitulo possint statuere quod alij inferiores Clerici de superabundantibus fructibus, deductis sibi necessarijs, teneantur ad contribuendum fabricæ Ecclesiæ, cui non est sufficiens quarta portio, quando Episcopus, & Capitulum simul non sufficerent

8 *n. etiam* 18. † Aduertens ex Abbate *q.3. circa fin.* & Berojo *consl.3. n.23. & 24. in princip. & n.42. & 43.* Episcopum ad redditus Canonicorum, & aliorum Clericorum pro fabrica, non posse deuenire nisi in casu, quo fabrica, seu reparatio est necessaria, & in subsidium, & tunc mediante dispositione, & Capituli simul, vel maioris partis illius. Tamen per *dict. cap. fin.* Vbi Barbosa, & *n.3.* Tyraquellus *de pæ-*

9 *na temper. in præfat. n.51.* † dicebat Episcopum etiam cum consensu Capituli non posse facere statuta in præiudicium aliorum Prælatorum inferiorum, vel Ecclesiarum subditarum absentium, nisi aliqua subesset iusta causa.

10 Ad secundum dubium, quid vbi interuenit interesse Capituli, siue præiudicium, & in tali casu requiri consensum eiusdem Capituli ex dictis vbi *supra à q.28.* patet, vt in terminis de interesse docent Piasecius *in praxi Episcopali p.2. cap.2. n.9. in princip. per cap. fin. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.* veluti si Episcopus Dignitatem in Ecclesia constituere velit, Cardinalis Mantica *decis.114. à n.3.* Barbosa *dicto cap. 42. & cap.30. n. 14. vers. sexto.* Et de præiudicio, vt docent Abbas *in cap. quanto n.7. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit.* Henriq. Botæ *dict. tract. de Synodo n. 142.* Rubeis, *vbi sup. dict. quæst.3:* & sic Barbosa, *vbi supra sub dicto vers. post*, docet etiam vtrobique *eodem n.14. vers. quinto* dicens sic procedere in omni negotio, quod concernat præiudicium Ecclesiæ Cathedralis, veluti quoad subiectionem per DD. *in cap. fin. de maiorit. & obed.* Piasecius *in praxi dicto cap.2. n.9.* & sic etiam in casu, quo diminueretur Ecclesiæ authoritas; idem Piasec. *dict. cap.2. n.9. vers. item in casu*, Barbosa *sub dicto n. 14. vers. octauo in dicto cap. 42. & dict. cap. 30.* & DD. per textum *in cap. dilecti, de maiorit. & obed.*

Ad tertiam quæstionis partem, an requirere teneatur consensum in his, quæ spectant ad administrationem bonorum, & redditũum Ecclesiæ, vel in his, quæ spectant etiam ad Capitulum. Et quia sententia affirmatiua suadetur ex dictis hic *p.2. à dict. q.28.* cum aliis; ideo ad primum dubium in terminis sic respondent DD. per textum *in cap. noust. dict. cap. quanto, cap. ea noscitur*, vbi Abbas *n.4. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.* Felinus *in cap. edoceri de rescript. n.3. & 9.* idem Abbas per textum *ibi in cap. relatum de testam.* Mantica *decis. 207. n.4.* Cauelar. *decis.57. n.2.* Rota *decis.16. & decis. 183. n.5. p.1. recent.* & in Gerundem, administration. 16. Februarij 1619. coram R.P.D. Verospio, & in eadem 11. Decemb. 1630. coram R. Coccino Decano, Cæsar de Graff. *decis.5. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.* Seraphin. *decis.* 339. & aliis. 11

Quod adeo verum esse dicunt, vt non censeatur hic sublatus consensus Capituli, & eius coadministratio talium bonorum, & Iurisdictionum, quamvis solo Prælato concessa specialiter videretur, vt per doctrinam Baldi infra referenda *in vers. ad quartam*, Barbosa *de iure Ecclesi. dicto cap. 30. n.3. & dict. cap. 42. de Canonicis sub dicto n.3.* 12

Vnde in his, quæ spectant ad Episcopum, & Capitulum simul, aut quia promiscuæ sunt Iurisdictiones, aut quia specialiter in negotio aliquo conuenerunt, vel à Sede Apostolica ita specialiter in casu aliquo mandatum sit Episcopo, non licet procedere sine consensu Capituli, Barbosa *in dicto cap. 42. & dict. cap. 30. n.14. vers. septimo*, Vbi addit, quod Capitulum habens mensam separatam ab Episcopo suo potest ea de Sede, quæ possint alij Rectores, & Beneficiati, vt antea dixerunt, Cardinal. Tusch. *tom.1. lit. C. conclus.52. n.1.* Federicus *senens. 295.* 13

Ad quartam quæstionis partem, an consensus Capituli, sit necessarius in Iurisdictionalibus, veluti si Papa dicit *solus Episcopus procedat, &c.* & videtur vt non sit necessarius, tum quia, vt dictum est, quoties procedit ex commissione Apostolica solus procedit. Tum quia, vt docuerunt Boërius *cons. 22. n. 28. volum. 1.* Ripa *de peste tit. de remediis praeseruat. n.62.* Cotta 14

in memorabilibus vers. solus. Mendos. *ad consil. Rom.* 393. *litera B.* & aliis, si Iurisdictio datur alicui, vt solus cognoscat, censetur sublata Iurisdictio alterius.

15 Ego inquam relatam sententiam, vt veram admitto, quoties Pontificia commissio, *vt solus Episcopus procedat*, foret in negotio, in quo posset Capitulum habere interesse, propter regulam, *nemo iudex in causa propria*, iuxta quae dixi *sub cap. 12. de iudic. à q. 5. & in cap. 3. de probat.* & alibi saepe. Tamen si foret super negotio ad tertiam aliam personam pertinent, seu communitatem, existimo clausulam, *vt solus Episcopus procedat*, non auferre à Capitulo simultaneam cognitionem, quam alias
16 haberet in aliquo casu de iure. † Et confirmatur, quia si Papa v.g. dicat *solus Episcopus possit degradare*, non inde excludit Capitulum concurrens in degradatione, sed alios Episcopos *cap. 1. & ibi glossa fin. de haeret. lib. 6.* Vbi Ioannes Monach. & Archid. *n. 1.* Ioan. Andr. *in princip.* Aut si dixisset Papa in indulto, [Quod solus Episcopus possit prouidere beneficia, ad quae prouisus solet per electionem assumi,] quia non ex hoc excluditur Capitulum, ad quod alias spectat electio, cum dispositio intelligatur hic tantum in praeiudicium ipsius Papae, sicut docent Anastasius Germon *de indultis Cardinal. in §. ad beneficia n. 33. & 39.* Puteus *decis.* 190. ad quae concernunt quae dixi *supra sub tract. 1. à q.* circa beneficia, quae potest Capitulum Sede Vacante prouidere.

17 Et ad hanc distinctionem videtur respexisse Bald. relatum *in l. 1. n. 4. de bonor. possess. contra tabul.* cum dicit, quod si tertius referat molestiam Episcopo in Iurisdictione, & Papa dicat *solus Episcopus procedat*, illa verba intelligi respectu molestantis,
18 non autem Capituli connexi Episcopo. † Etenim, vt docet Cotta, *vbi supra* verum est, vt Capitulum non excludatur, quando agitur inter duos simpliciter, si alius non excluderetur, in terminis alia adducens Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. sub n. 6. & de iure Eccles. dict. cap. 30. p. 1. sub eodem n.* qui dicit eam rationem cessare quando agitur cum tertio; item & *sub n. 4.* ex Iasone, *in dicta l. 1. de bonor. possess. n. 7.*

19 Dicente quod natura termini taxatiui, est excludere extranea; cuncta autem pertinentia indulgere; & ita sunt componendi Angelus *in l. 1. n. 1. cod. vbi apud quem*, Decius *cons. 3. n. 7. col. 5.* Decian. *respons. 118. n. 23. volum. 2.* Gram. *cons. 28. n. 6.* Roman. *cons. 393. n. 4.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 80. n. 8.* & alij sentientes, pro affirmatiua contra Boër. & alios iam adductos.

Ad quintam quaestionis partem, quid in 20
processionibus edicendis, &c. Et in hoc respondetur, vt consilium Capituli requiratur, quando fiunt cum conuocatoria Canonicorum, & Praebendatorum Cathedralis, vt ex Sacra Rit. Congreg. in Elboracens. 28. Martij 1628. & postea in Comena 7. Februarij 1632. declaratum habetur in verbis sequentibus: [ad Episcopum pertinere cum Capituli tamen consilio indicere publicas processiones, & praescribere quomodo, & quò sint dirigendae, quod per Vicarium Generalem, absente Episcopo, requirendum quoque esse,] Vt declarauit etiam eadem Congreg. in Vigilan. 28. Septemb. 1630. tradit Barbosa *de Canon. dict. cap. 42. n. 20. & de iure Eccles. dict. n. 20. cap. 30. p. 1.* dicens solum consilium requirendum, nunquam tamen consensum exigendum à Capitulo. † Et sunt 21
dirigendae, quò voluerit Episcopus; eo quod ad eum cum Capituli consensu spectat rationem processionum praescribere, non inquam eas per se solum dirigere potest, Valenzuela *cons. 184. n. 23. & n. 31. & 32.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 4. cap. 2. n. 145.* Barbosa cum Armendarez, & Riccio *cap. 13. de reform.* Trid. *sess. 25. à n. 41.* idem *in pastorali alleg. 78. n. 4.* idem dicens *de illius Vicario*; & quod processiones dirigere, & determinare, à quocumque loco discesserint, pertinet ad Episcopum, non obstante etiam immemoriali consuetudine, vt refert decisum *in dict. Trid. in Bullario, & in decisionibus Apostolicis, verbo processio*, vbi multa alia. † Qui 22
& *n. 23.* cum Armendarez *in dict. cap. 13. Trid.* docet Episcopum posse cogere Canonicos, & alios Praesbyteros, beneficia, vel Officia Ecclesiastica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quascumque processiones publicas, vel indictas pro bono publico, vel honore, vt dicit resolutum; item cum eodem Aldano refert resolutum *in dicto cap. Trid. & in dicto Bullario, & decis. Apostol.* processiones dirigere, & eas decernere, quae non sunt de iure spectare ad Episcopum, non obstante, quod Capitulum, vel alij sint in quasi possessione contraria per longum tempus, qui omnes, & per eos relati plura alia referunt.

Ad vltimum, quid in negotiis, in quibus, 23
sic consuetudo procedit, dicendum est iuxta qualitatem eorum, vt teneatur Episcopus requirere consensum, siue consilium Capituli: nam ex doctrina Archidiaconi

diaconi

diaconi *in cap. fin. lib.6. de elect.* quem ſequitur Barboſa *in dicto cap.* 42. *de Canonicis n.*14. *verſ.* 9. *& de iure Eccleſ. cap.* 30. *p.*1. *eodem n. & verſ.* debet requirere præter caſus iam, *à quæſt.*28. & hic numeratos, quoties conſuetudo introduxit, vt tale, aut tale negotium ſine conſenſu Capituli non fiat, veluti confirmatio, quæ fieri debet cum conſenſu Capituli, vbi inquam eſt conſuetudo, alias nulliter procedere Epiſcopum. Applica dicta hic *ſub num.* 1.

QVÆSTIO V.

An cum Epiſcopus vult procedere criminaliter contra Capitulares debeat requirere eorum conſilium, aut conſenſum, ſeu aliter procedere? Et an ſummus Eccleſiæ Præſul queat ſine conſilio, aut conſenſu Cardinalium alienare res Patrimonij Romanæ Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, aut eius Vicarius in Canonicos crimino ſos ſine coniudicibus adiunctis non procedit in Cathedralibus, vbi Iuriſdictio ſic accumulata vſitatur.* n.2. & 3.

2 *Capitulum quod gaudet Iuriſdictione adiunctorum in principio, cuiuſque anni nominat pro illa exercenda cum Prælato duos Prabendatos, quod ſi neglexerit illos aſſignare, monitione præmiſſa, ſolus procedet Epiſcopus,* vt n.3.

4 *Adiunctorum Iuriſdictio ceſſat, quando totum Capitulum delinquit.*

5 *Cardinales cum Papa ſunt membra Romana Eccleſia honorabilia, & vnum corpus, vt* ſub n.6 & 7.

6 *Cardinales magis debent eſſe Papæ familiares, quam Reges, & alij Principes.*

7 *Cardinales vna cum Papa gerunt curam, & ſolicitudinem vniuerſalis Eccleſia.*

8 *Papa non debet Eccleſiaſticum feudum ſine interuentu Cardinalium dare. Vide* à num. 19.

9 *Cardinalium collegium videtur eſſe in quaſi poſſeſſione gerendi ardua negotia vna cum Papa, & referuntur exempla de negotiis, aliter à Papa factis, & ſuſpenſis.* n.10.11.12. & 13.

11 *Martinus Papa V. fuit profeſſus ſe nunquam in arduis diſpenſaturum ſine Cardinalium conſenſu, & facta à Celeſtino Papa, ſine Cardinalibus, fuerunt reuocata.*

12 *Negotia Papa, vel Regni dicuntur vniuerſitatis, qua requirunt conſenſum maioris partis Procerum.*

14 *Papa ſolus ſine Cardinalibus queit negotia ardua gerere, non obſtante alia conſuetudine, ſeu iuramento, iuxta aliam communem ſententiam, ſed non debet,* vt à n.19. & à n.21.

15 *Papa pro libito poteſt ad libitum res Eccleſia locare, adminiſtrare, ſeu diſponere ratione Pontificia Poteſtatis,* & num.18.

16 *Quidquid à Papa procedit dicitur ab ore Dei procedere.*

17 *Papa poteſt in totum tollere ius poſitiuum.*

19 *Papa contra ordinationem ſine cauſa non poteſt venire, dum non lædat fidem.*

20 *Apoſtoli, vt tales condebant ſacram ſcripturam, vt Epiſcopi leges Eccleſiaſticas, & conſilia præbebant.*

21 *Papa recte faciet, ſi in arduis operetur cum conſilio Cardinalium.*

22 *Cardinales deficiente Papa, gerunt, & adminiſtrant, vt corpus Eccleſia vniuerſum ſeruetur illæſum.*

23 *Chriſtus, & ſi Petro dederit omnem poteſtatem, conſtituit tamen Apoſtolos, vt Petro in neceſſitatibus eſſent adiumento, ne Eccleſia, quam pretioſo ſanguine redemit, orbata, poſſet iacere ſine auxilio Apoſtolorum, & deinde Cardinalium, &* n. 24.

24 *Cardinales loco Apoſtolorum pro adiutorio Pontificum, fuerunt conſtituti.*

25 *Cardinales cum Papa habent plenam poteſtatem, quo defuncto penes illos reſidet poteſtas.*

26 *Pontifex, tam in declarando ſuper iure Diuino, quam in diſpenſando ſuper poſitiuo, habet pleniſſimam poteſtatem.*

27 *Papa ſecundum aliam ſententiam, de ordinaria poteſtate nequit ardua negotia gerere, ſine Cardinalibus, ſecus de plenitudine poteſtatis, qualiter ſumatur,* n.28. & n.31. *Vbi alia poteſtates ad hanc duplicem reducuntur.*

28 *Poteſtas Papa ordinaria, aut abſoluta, qualiter diſtinguatur, &* n. 29.

29 *Papa de plenitudine poteſtatis operanti dici*

dici non potest, cur ita facis?

30 *Principes erant instar Deorum, de quibus Caligula, Alex. Magno iccit*, memento tibi omnia, & in omnes licere.

31 *Papa dicitur, quod exercet quadam ex ordinaria potestate, quadam ex reseruata, quadam ex deuolutione iuris, quadam ex plenitudine.*

32 *Episcopus poterit Capitulum conuocare, & vota exquirere, & iuxta ea concludere si tale faciat in negotiis, nec ad se, nec ad suos spectantibus.*

33 *Capitulum absente Episcopo decernit, & perficit quod ad eum spectat.*

34 *Vicarius Episcopi non admittitur in Capitulo exempto super pertinentibus ad Episcopum, nisi forte fuerit Capituli Praefes.*

1 AD primam quaestionis partem, quia plene dixi *de Officio Archipresb. q. 4. vers. ad quartam à n.* 38. de Iurisdictione Canonicorum vna cum Episcopo, quoad puniendos, & corrigendos iuridice Canonicorum, & Praebendatorum crimina, & excessus in Ecclesiis Cathedralibus, quae gaudent iuxta Trid. Concil. *sess.* 25. *de reform. cap. 6. de la*, quae solet vocari iurisdictio accumulata, de qua agentes, plures adduxi in loco praeallegato, & tractant *in dicto Trid. loco* Farinac. Marcilla, & Barbosa, ex proposito Sarauia de adiunctis, & alij à Barbosa relati; ideo nunc remissiue loquendo iustè de hoc dubio, hic inquiri potuisse duo, siquidem Andreas Valensis *in Rub. & tit. de his, quae fiunt à Praelato sine consensu Capituli n.* 5. quem in hoc tractatu secundo exponimus, de hac Iurisdictione dicit sequentia, cum Zerola, Ric-
2 cio, & Piasecio. † Nempe quod Capitulum in principio cuiuslibet anni nominat duos de Capitulo, qui vna cum Episcopo, vel eius Vicario actus faciant contra quemlibet ex Capitularibus delinquentem ex
3 dict. Trid. † Et quod si Capitulum eam deputationem neglexerit, tum post monitionem praeuiam de electione in principio anni facienda, possit Episcopus procedere, & iudicare solus, & quod dictum Trid. decretum procedat in delictis tam grauibus, quam leuibus, etiam vbi absque forma iudicij proceditur, vt latè prosequitur Riccius *in praxi decis.* 166. Vbi subiungit decreto illi locum esse quoad Capitula exempta, dumtaxat. Et quod deputatio Procuratoris Fiscalis, etiam hoc casu ad solum spectat Episcopum absque consilio Capit. ex dicto Zerola *in verbo fiscus* §. 3. *ex Sacra Congreg.* † Addit vero, quod quando 4
totum Capitulum deliquit, non est locus dict. Trid. decreto, quia potest Episcopus solus procedere contra Capitulares absque adiunctis, modo delictum non sit in personam, vel contemptum Episcopi, vel Episcopus non habeat interesse: nam tunc ea facultas procedendi deuoluitur ad proximum superiorem: alios plures casus pro intelligentia materiae posui *in dicta praecitata quaest. & vers. ad quartam.*

Ad secundam quaestionis partem, de 5
Papa cum Cardinalibus, quia multum spectat ad materiam nostri tractatus de his, quae fiunt à Praelatis sine consensu Capit. & de potestate Pontificis, & dixerim late *in dicta Rub. de Offic. Archipresb. q. 1. & de potestate Cardinalium ibi q.* 2. Vbi videbis praeter illos, quos adducit, & sequitur Barbosa *de iure Eccles. cap. 1. 2. & 3. p. 1.* & Diana *p. 5. tract. 2.* & Videamus quod Cardinales sint membra Romanae Ecclesiae, & quidem honorabilia, vt dixit Martin. Laudensis *in tract. de Cardinal. p. 2. q.* 86.
† Dum scribit Cardinales magis debere esse tam familiares Papae, quam Reges, & 6
alios Principes. Indeque dubium non esse, vt ipsi Cardinales sint membra S. R. Ecclesiae, & quidem honorabilia, cum sint vnum corpus cum Pontifice maximo, referatque Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. quod tu Romanam à n.* 50. † Vt ex eo 7
dignosci possit, quod vna cum Papa, gerunt curam, & solicitudinem vniuersalis Ecclesiae, vt Clericis Rauenae Ecclesiae scripsit Innocent. III. *in cap. bona §. nos igitur,* Vbi glossa *in verbo generali de postulat. Praelator.* item ex glossa *in cap. 2. in verbo Cardinalium de Officio Archipresbyt.* quam reprobat idem Germ. imo, & capita vocantur à dicto Laudensi *q.* 31. intelligens, id est eos vna cum summo Pontifice supremo capite, cuius membra sunt curam Ecclesiae, & solicitudinem gerere.

Ideo recte fieri in praesenti dubio, an 8
summus Ecclesiae Praesul queat sine consensu, aut consilio Cardinalium alienare res Patrimonij Ecclesiae? & videtur non posse, quia, vt dicit Martin. Laudens. vbi *supra p. 2. quaest.* 12. ex doctrina Baldi *ad l. cum multa eod. de bonis quae liber.* Papa non debet Ecclesiasticum feudum sine interuentu, & consensu Cardinalium dare, & censet Abbas *in cap. per venerabilem §. rationibus*; qui filij sint legitimi per textum ibi, quem ad hoc singularem asseuerant DD. dicendo Papam sine

ſine conſilio Cardinalium,ardua negotia
9 non poſſe tractare, nec facere. † Dicendo Collegium Cardinalium eſſe in hac quaſi poſſeſſione, & vtique poſſe defendere ipſam etiam eſſe de iure Diuino *ex dicto §. rationibus*, cui aſſentiri videntur, Archid. *in addit. ad cap. ſunt quidam* 25. *quæſt.* 1. Cardinal. Florent. *ad cap. perpendimus de ſent. excommunic.* Ioan. Monach. & Petr. de Ancharran. *ad cap. ſuper eo de hæret. lib. 6.*
10 † Vbi in quadam additione idem Ioan. Monach. ſcribit, vt refert Barbatius *in tract. de præſtantia Cardinal. quæſt.* 2. *numero* 22. 23. à Benedicto XI. fuiſſe ſuſpenſa omnia ſtatuta, quæ ſuus prædeceſſor Bonifacius abſque conſilio fratrum dederat Picentibus, vel vt ipſe loquitur Marchianis, quia tangebant ardua, quamuis ex illis multa eſſent iuſta, dicens defectum in perſona facientis reddere factum inutile ex textu *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* præter quæ congerit alia videnda idem Barbatius *dict. quæſtio. ſecunda per totam pro vtraque parte*, qui potius videtur
11 inclinare, vt non-poſſit. † Et tenent etiam alij *ex cap. authorit. de priuileg. libro ſecundo*, probantes ſic, quia Martin. V. Pontif. dum viueret ; fuit profeſſus, ſe nunquam in arduis diſpenſaturum ſine Cardinalium conſenſu ; ſic vt dixerit etiam Zabarella *in conſ.* 137. *numero* 6. *&* 7. non poſſe Papam ſine illo ardua explicare ex duplici ratione, quia facta à Celeſtino Papa ſine Cardinalibus, fuerunt reuocata.
12 † Item quia negotia Papæ, vel Regni, dicuntur negotia vniuerſitatis, quæ requirunt conſenſum maioris partis Procerum. Videndus Abbas *in ſua quæſt. ſecunda Epiſcopus numero* 12. *in fi-*
13 *ne.* † Vbi quod Collegium Cardinalium eſt in poſſeſſione, vel quaſi, quæ multum operatur, & hoc ab ea pariter, qua probatum eſt hic *à quæſt.* 28. *ex cap. nouit. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capit.* Epiſcopos in arduis Canonicorum vti conſilio.
14 Sed alia communis Doctorum ſententia docet poſſe Papam ardua quæcumque expedire ſine Cardinalibus : ſic Petr. de Biaz *in ſuo directorio elect. in* 2. *p. cap.* 35. *numero* 9. Barbatia *conſ.* 1. *per tot. & præcipuè numero* 36. *libro primo* Troyl. Maluet. *de Canonicat. ſanct. in ſecundo dubio à numero* 31. dicentes alij verius eſſe, vt nec conſuetudine, nec iuramento introduci poſſe quod Papa nequeat ſolus ardua facere, & creare Cardinales, vt optimè tenet Iacobatius *de Concil. libro ſeptimo, articulo quinto*, Ioannes Ferdinand. Luaçes *in conſilio edito ſuper oppido de Mula à colum.* 393. Vbi loquitur de quibuſcumque arduis, videlicet creatione, & depoſitione Regum, & Imperatorum, & aliorum huiuſmodi, vt refert Cardinalis Tuſchus *litt. P. concluſ.* 50. *numero* 12. † Et in ſpe- 15
cie alienationis rerum Eccleſiæ comprobatur, cum poſſit eas iuxta voluntatem ſuam locare, vel adminiſtrare, aut diſponere ratione Pontificiæ poteſtatis omnia bona omnium Eccleſiarum, etiam in præiudicium alterius, ſubſiſtentibus cauſis. † Cum quod ab eo 16
procedit, ab ore Dei, dicatur procedere, vt docent Baldus *conſ.* 24. *ius Abbatialis per totum libro ſecundo*, cum aliis, Cardinal. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 43. *numero* 13. & quia, vt dicit Geminianus *conſ.* 35. *in princip.* † Poteſt pro 17
libito ſuæ voluntatis in totum tollere ius poſitiuum, & aduertit Caſtr. *conſ.* 415. *in facto numero ſexto verſ. item non obſtat.* † Quod licet Papa ſoleat ardua 18
explicare, ſiue expedire cum conſilio Cardinalium, & in alienatione bonorum, ſoleat interuenire ſubſcriptio, & conſenſus eorum : tamen Papam non obligari docet, quia non eſt qui dicat *cur ita facis?* & ſic potuerit dicere D. Ioannes de Solorzano *de iure Indiarum tomo primo, libro ſecundo cap.* 23. *numero* 72. ſacrilegij inſtar eſſe eximiam, & omnimodam Papæ poteſtatem, & authoritatem in dubium vocare ; & idem Geminianus *ſupra*, quod diſputare de poteſtate Papæ, eſt ponere os, in cœlum.

Ideo pluribus in comprobationem 19
omiſſis, dici videri in arduis negotiis poſſe quidem Pontificem maximum, ſed non debere ; vno enim verbo, ius: altero honeſtas ſignificatur, non debet, ſed poteſt, & ſic quamvis Papa non poſſit venire contra ordinationem Apoſtolorum ſine cauſa *ex dicto cap. ſunt quidam.* 25. *quæſt. ſecunda.* ea tamen exiſtente, valide poſſe diſpenſare, dummodo non lædat fidem. † Quia 20
Apoſtoli

Apostoli erant etiam Episcopi, qui vt Apostoli condebant sacram scripturam, vt Episcopi vero leges Ecclesiasticas, vt actu 15. & consilia praebebant, vt 1. *ad Corinth.* 7. glossa *in verbo Apostoli dict. cap. sunt quidam*; & sic quamvis Apostolus 1. *ad Timoth.* 3. admoneat Episcopum debere esse vnius vxoris virum, id est non bigamum, possit tamen cum eo ex causa dispensare; quia licet haec irregularitas fuisset inducta à Diuo Paulo, est tamen de iure humano, sicut resoluunt Sanchez *de matrim.* cum multis *libro septimo disp.* 86. *numero* 86. & Barbosa cum aliis *dicto libro primo de iure Ecclesiast. cap. secundo, numero* 125. *&* 126. *ad numerum* 103. legendus, vbi de difficillimis, in quibus dispensat Papa, respondent ad textum *in cap. secundo de bigamis*, dum ait non *licere* dispensare, id est vt importet non *licere* difficulta-
21 tem, non impossibilitatem. † Rectè enim fecerit; si in rebus arduis, & perdifficilibus suorum fratrum, & consiliariorum consilium, & assensum exiget, vt multis comprobat idem Monach. *in dicto cap. super eo*, Vbi Franc. *num.* 3. *de haeret.* Archidiac. *in dicto cap. sunt quidam* 25. *quaest.* 2. *& in cap. redemptor.* 12. *quaest.* 2. Felin. *in cap. fin. de Officio deleg.* §. 1. *ad cap.* 1. *de probation.* Cardin. *in cons.* 50. *& ad cap. perpendimus de sent. excommunic.* Bald. *in dicta l. cum multa cod. de bonis quae liberis*, Cardinal. Alex. *in cap. per venerabilem*, qui filij sint legitimi, Aretin. *ad leg. secundo ff. soluto matrim.* Anchar. *cons.* 295. Iason. *ad l. placet. cod. de sacro-sanct. Ecclesf.* Hostiens. & Ioan. Andr. *in cap. antiqua de priuilegiis.* Speculator *in tit. delegat.* §. *qualiter in fine*, Socinus *cons.* 95. *volum. tertio*, Albarotus *ad caput primum Episcop. Vel Abbat. in feudis*, Cardinalis Zabarella *de schismat. à numero* 99. Hieronym. Manfred. *eodem tract. decis.* 237. Anastasius Germon. *de indult. Cardin. in dicto* §. *quod tu Romanam à numero* 55. cum neque dubium sit Cardinales in grauioribus malis Ecclesiae impendentibus, cum Papa illis occurrere negligit, debere, & posse omnes neruos in eam curam intendere, ne quid Christiana Respublica detrimenti patiatur, vt eleganter docuit Manfred.
22 *de Cardinal. cap.* 28. † Indeque si quomodo deficiat Pontifex, Cardinales omnem administrandae rei habere authoritatem, vt Ecclesiae vniuersae corpus seruetur illaesum: nam etiam si Pontifex nullus extet, ad eas pertineat, necessitate cogente, aut periculo Christianis imminente, coetu sacro-sancto coacto, summa cum concordia prouidere, ne aliquid Christiana vniuersitas damni, aut incommodi accipiat *per cap. licet de vitanda de elect. cap. vbi periculum maius* §. *idem quoque eodem tit. lib.* 6. *cap. si duo contra fas, & cap. si quis pecunia dist.* 79.

Et hoc quidem ex ratione, nam, 23
& si Christus Petro, velut Ecclesiae Capiti, omnem omnino dederit potestatem, constituit tamen Apostolos, vt Petro in necessitatibus essent adiumento, cum & constituerit Principes super omnem terram, vt ait *Psalm.* 18. *&* 44. quorum locum tenent Cardinales *capite fundamenta* §. *docet de elect. libro sexto*, Vbi DD. nec enim verisimile esse dicunt omnes Christum velle sponsam suam Ecclesiam, quam ita dilexit, vt semetipsum sicut ait Apostol. *ad Ephes. capite quinto, quam & proprio sanguine redemerit, cap. pro humanis de homicid. libro sexto*, Orbatam omni auxilio iacere, sed Apostolos instituisse. † Et Apostolorum loco Car- 24
dinales, qui ei opem ferrent, eamque vsque ad finem regerent, ne Pastore amisso, vniuersus grex Christi deriperetur, *cap. ne pro defectu de elect. aut percusso*, oues eius dispergerentur, vt ait Domin. *apud Math. capite vigesimo sexto.* † Habent enim Cardi- 25
nales plenam authoritatem cum Pontifice, quia defuncto, penes illos residet potestas; ita vt etiam ius positiuum supplere possint, vt quibus legibus tunc subiacent, quandoquidem ipsis alij propriores non sunt summo Pastori, vt ex *dict. cap. fundamenta de elect. & cap.* 1. *de Offic. leg. libro sexto*, Vbi DD. plene tradit Germonius, vbi *supra à numero* 58. *&* 61. Barbosa planè videndus *de iure Ecclesf. capite secundo, & à numero* 98. *item & à numero decimo octauo.* † Vbi cum infinitis, pro- 26
bat Pontificis amplissimam potestatem, tam in declarando super iure Diuino, & naturali, quam in derogando, & disponendo super iure positiuo; item

item etiam quoad facultatem dispensandi.

27 Et quia aliorum Doctorum sententia fuit, distinguendo asserere, Papam de ordinaria potestate, non posse sine Cardinalium consilio, & consensu, ardua facere negotia *per dicta supra in vers. ideo* & per ea, quæ idem Barbatius ibi relatus vndequaque collegit, & quasi in fasciculum redegit *dict. quæst. secunda à numero* 11. *vsque ad vigesimum quintum.* De plenitudine vero potestatis, vel vt ipsi loquuntur de absoluta potestate, ipsum omnia quantumvis ardua sine Cardinalibus expedire posse, testimonio Alberici de Roseta *ad Rub. cod. de legib.* Ioan. de Anania *ad cap. firmissime de haret.* Ioan. Andr. *ad cap. sane de Clericis coniugatis*, Barbatiæ *cons. quinto volum. primo*, Cardinal. Alex. *ad cap. in istis dist. quarta*, Decij *ad Rubric. de constit. lect. secunda*, Anton. Burgen. *in repetit. cap. Canonum statuta numero* 110. *de const.* Ioannis Croti *in repetit. Rubr. eiusdem tit. de const. libro secundo numero secundo & tertio*, Vbi dicit eam esse Canonistarum sententiam: quæ & videtur comprobari ex his; quæ scribit Anastasius Germon. *de sacror. immunit. cap.* 5. *&* 11. *lib.* 3. ideo qualiter debeat sumi hæc ordinaria, aut absoluta Potestas in Pontifice, breuiter scribendum duxi.


28 Potestas igitur ordinaria dicitur, quæ in ius, & æquitatem super omnes excedere potest. Absoluta inquam secundum aliquos dicitur arbitrij plenitudo nulli necessitate subiecta, nulliusque publici iuris regulis limitata.

29 † Et sic mentione facta talis potestatis nullam exceptionem objici posse, nec dici *cur ita facis?* docent glossa *verb. veri in cap. quanto de authoritate, & vsu Pallij*, Bald. *in l. secundo numero* 40. *cod. de seruit.* Abbas *in cap. ad hæc numero septimo de rescript. & cons.* 84. *libro primo.* Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum numero* 98. *&* 103. Barbosa cum Angelo, Alberico, Afflictis, Castald. Rosas, & aliis *de iure Eccles. p. prima cap. secundo ex numero* 100. dicens ad hoc tendere quod affirmabat Caligula Alexandro Magno, vt re-

fert Sueton. in Caligula *cap.* 29. *memento tibi omnia, & in omnes licere.* † 30
Eo quod Principes erant instar Deorum in terra; at quia hanc communissimam distinctionem improbant Couarr. *variar. resolut. libro quarto sub cap. sexto & numero octauo*, Pinel. *in Rub. cod. de rescindenda vendit. p. prima, cap. secundo, numero* 24. *&* 25. Sarmiento *libro primo select. cap. octauo, numero* 20. Mendoza *libro primo de pactis cap. quinto, numero* 35. Menchaca *illustr. quæst. libro primo, cap. quinto, à numero* 15. Spino *in speculo de testam. glossa, primo Rubric. numero vigesimo quinto*, Matienzo *in l.* 3. *glossa* 12. *numero tertio tit.* 10. *libro quinto noua recopil.* ex aliquibus principiis. Ideo ne immoremur leges eundem Barbosam *dicto cap. secundo de iure Eccles. p. prima à numero* 103. Vnum tamen cum
eo dicendo *dicto numero* 100. † Quod 31
licet commune dicterium sit Doctorum, etiam quædam Pontificem exercere ex ordinaria potestate, quædam ex reseruata, quædam ex deuolutione iuris ad eum, quædam ex plenitudine potestatis, vt dixerunt Castro *cons.* 467. *viso puncto col. tertia in fine, & col. quarta in principio vers. redeundo, libro secundo*, quem refert Cardinal. Tusch. *litt. P. conclus.* 43. *numero septimo*, & alij: tamen quoad intentum, duplicem distinctionem iactam de potestate ordinaria, siue absoluta Pontificis, sub qua alias subdiuisiones contineri, omnes fere DD. vt Couarr. tradunt *dicto n.* 18. & verissimam esse confitemur.

Pro complemento *huius tractatus* 2. 32
dico primo, quod si Episcopus aliquid Canonicis ad deliberandum, velit proponere de re, nec ad suum, nec ad suorum commodum spectante, possit ipse Capitulum conuocare, vota ex-
quirere, & iuxta ea concludere. † Ab- 33
sente vero Episcopo, omnino hoc ab iis, qui sunt de Capitulo, ad quos illud de iure, vel consuetudine spectat
perficiatur. † Nec ad id Vicarius Epis- 34
copi sit admittendus, secundum Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 6. nisi forte Præses Capituli fuerit Vicarius, quia tunc ea qualitate, id facere posset, Andreas Valens. *ad tit. de his, quæ fiunt à*

Prælato sine consensu Capit. num. fin. sed dictum de non admittendo Vicarium Episcopi, in Capitulum, intelligunt Doctores, si Capitulum sit exemptum, refert decisum Sbrozius *in addit. ad tract. de Officio Vicarij libro secundo quæst.* 30. Barbosa *in dicto cap. sexto Trid. numero* 48.



D. D.



D. D. NICOLAI RODRIGVEZ, FERMOSINI, HISPANI, EPISCOPI AVSTVRICENSIS,

TRACTATVS TERTIVS:

De his quæ fiunt à maiori parte Capituli, vel cum Episcopo, aut sine eo.

Ad Titulum, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.

PRÆMISSVM.



VIA sunt plura, & quotidiana negotia, quæ sese offerunt tractanda inter Canonicos, & Capitulares Cathedralis Ecclesiæ in sua Aula Capitulari spectantia, tum ad ministrationem rerum, & negotiorum propriæ fabricæ, tum ad nominationem Ministrorum salarijs fabricæ viuentium; tum ad electionem legitimam, & ad quædam earum, sit etiam vocandus Episcopus, nec satis constet de authoritate, qua debeat fungi ipse, dum præsens fuerit, tam in sedendo, in votando, & in aliis honorificis, ei per Capitulares impendendis, etiam dum pergit ad Ecclesiam, vel in ea, aut extra Pontificalia, aut quasi acturus est; ideo nobis visum fuit etiam ab ordine titulorum, quos Compilator Decretalium intexuit, scilicet, *ne Sede Vacante aliquid innouetur*, de cuius materia abunde sub primo tractatu; etiam de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, de cuius etiam materia dictum est sub tractatu secundo, hunc tertium tractatum adiungere ad titulum, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, vti ad eandem rem spectantem; pro cuius cognitione aliquas quæstiones generales duxi præmittendas.

***

QVÆSTIO I.

An Capituli maior pars, præualeat in suffragio Capitulariter à singulis lato publicè, vel secretè, quando res spectat ad aliquas tanquam ad singulos, vel tanquam ad vniuersos, vel in communi, veluti ad vniuersitatem, collegium, vel communitatem? Et an iis, quæ pertinent ad singulos, tanquam ad vniuersos, valeat factum à maiori parte, minori parte reiecta? Et an constitui debeat differentia inter actus necessarios, siue voluntarios? Et quando dignosci valeat negotium, tractandum, respicere vtilitatem vniuersitatis, aut singulorum?

SVMMARIVM.

1 *Factum à maiori parte, & saniori Capituli, debet præualere, remota alia consuetudine, & appellatione: fallit,* n. 2. *& præualet etiam minore contradicente, vt* n. 3. *& intelligitur regula, vt* n. 4.

2 *Appellatio de eo, quod fit à maiori parte, quando admittatur?*

3 *Maior pars, etiam inter iudices præualet.*

4 *Maior pars præualet in votis circa res, quæ sunt vniuersitatis, non sic in his, quæ tangunt votantes, vt singulos* num. 5. 6. 7. *distinguendo inter actus voluntarios, & necessarios, vt* n. 8.

5 *Consensus singulorum requiritur in his, quæ ad vtilitatem singulorum spectant, &* n. 18.

7 *Alienare volens fundum, in emphyteusim obtentum à pluribus Dominis, omnium consensum debet habere.*

9 *Maior pars non præualet, quando votaret in magnum præiudicium, & violando alias iura, priuilegia, & consuetudines, si minor pars contradicat, præualet, vt* n. 10. & 11.

10 *Maior pars dicitur illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur.*

11 *Minor pars contradicens, non tenetur iustificare contradictionem coram cæteris de Capitulo, sed coram superiore.*

12 *Factum à maiori parte in his, quæ pertinent ad singulos, tanquam ad vniuersos, præualet, minori parte reiecta.*

13 *Iudicium integrum reputatur, quod plurimorum confirmatur sententia.*

14 *Sumptus soluendi sunt de mensa Capitulari, aut vniuersali in lite decreta à maiori parte votantium, etiam si, minor pars contradicat.*

15 *Res quando tangat omnes, vt singulos, subintelligitur posita differentia inter actus voluntarios, & necessarios, vt* supra n. 8.

16 *Negotium, quod Capitulariter tractatur, tunc dicitur pertinere ad singulos, vt vniuersos, quando agitur de re, cuius proprietas, & vtilitas, est ipsius vniuersitatis, ad singulos autem spectare, quando agitur de possessione rei, cuius fructus in singulos distribuuntur.*

17 *Pastus, & nemorum emolumenta ad vniuersitatem dicuntur spectare, cum ipsi applicantur.*

18 *Singuli de Capitulo poterunt contradicere, etiam à mille maioris partis, quando principaliter res cedit singulis separatim primo, & principaliter non in secundario.*

AD primam quæstionis partem, vt respondeamus, præmittenda est regula 1
illa generalis ex *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, nempe vt in Capitulis, vt debeat præualere factum, vel statutum à maiori, & saniori parte, appellatione remota, & consuetudine contraria; licet iurata non obstante; imo si quis iurasset seruare talem consuetudinem, priuaretur communione; donec ageret pænitentiam, nisi pars maior obiiceret aliquid rationabile: ita ordinarij Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Butr. Ancharr. Henriq. Panormit. Hostiens. Zened. Viuian. Alagona, Casal. & alij, quos refert Augustin. Barbosa *in dicto c. 1. n. 1.* vbi *n. 3* † 2
Præfatum dictum, quod appellatio non admittitur in facto à maiori parte, limitat vt procedat, quando appelletur ex rationabili causa: sic cum Crescent. Cotia *de appell. qu. 17. limit. 25 n. 2. qui n. 3.* asseruit dictum textum non seruari in Francia, Andreas Valens. *in Rub. ad nostr. tit. vers. quod vero*, vbi etiam si expressim contradixerint *ex cap. 1.*

cap.

cap. ex ore hoc tit. quo casu ait, si coram Superiore iustam causam appellandi, vel contradicendi probauerit, rescindi id, quod à maiori, & saniori parte, secus quando oportebat factum fuerit *ex dicto cap.* 1. vel si negotium tangat omnes, vt singulos, iuxta regulam textus, quod omnes tangit, & cum dicta declaratione, appellatione admitti, docent etiam Scaccia *de appell. q.* 17. *Limit.* 25. & quod actus gestus à nonnullis Capitularibus, maiore parte contradicente, sit nullus, Seraphin. *decis.* 1091. Barbosa *de Canon. cap.* 38. *num.* 3. *in fine.*

3 Quam quidem regulam, vt sustineatur factum à maiori parte, ampliant Afflictis *decis.* 1. *in secundo dubio*, Riccius *ad textum in l. quod maior. ff. ad municipal.* etiam in iudicibus, & Thesaurus *decis.* 1. addit, quod in Senatu, vbi stat Præses illa sententia tenet, data paritate votorum, quam, cum Præses concurrit, & de Franchis *decis.* 2. & cum eo Riccius ampliant in aggregatione nobilium sedili facta, quia præfertur quod fit à maiori parte, licet minor contradicat: hanc regulam constituunt etiam alij per textum *in l. per fundum ff. de seruitut. rusticor. prædior.* & per textum *in l. & sum hæredem ff. de pactis*, Capic. *in decis.* 152. *n.* 3. Innocent. *in cap. in nostra de iure iur.* Lapus *alleg.* 85. Bartol. *in l.* 2. §. *ex his ff. de verb. oblig.* Oldrad. *cons.* 302. Rom. *cons.* 352. Ioan. Bell. *in comm. iur sent. sub litera I*, Ioan. Oros. *in l. omnes populi ff. de iust. & iure n.* 54. Regnicolæ per textum optimum *in l.* 10. *tit.* 31. *p.* 3. ex qua probat Gregor. Lopez bene agens resolut. Zerollæ *in tract. de seruit. vrban. nu.* 7. *cap.* 46. Bernard. Diaz. *in reg.* 447. Socin. *reg.* 143. & cum Azeuedo, Lambertino, Marsilio, Corseto, Alphono, Plaza, Cosmas Nata, & aliis; Zenedo *collect.* 120. *n.* 1. Gratian. *reg.* 95.

4 Vnde iam pro dissolutione primi dubij dicendum est eam esse traditam à Doctoribus differentiam inter ea, quæ ad aliquos, tanquam ad singulos pertinet, vel tanquam ad vniuersos, vel in commune, veluti ad vniuersitatem, Collegium, vel communitatem, vt in istis tantum procedat iuris regula, *cap. quod omnes tangit* 29. *de reg. iur. lib.* 6. & *l.* 1. *in fine Cod. de authorit. præst. l. per fundum.* 11. *ff. de seruitutib. rusticor.* indeque fieri, vt si ciuitas, v. g. conuocato Concilio, quod dicitur *Concejo auierto*, non possit suo contractu, vel decreto obligare singulos vicinos, qui ibi non interfuerunt, quando agitur de propria, quæ omnes, vt singulos tangit; quia tunc, vt omnes obligentur, omnium desideratur approbatio, vt dicunt Auendaño *responso* 34.

Et sic in materia, de qua loquimur in 5 hoc tractatu, quando scilicet negotium de quo agitur singulos Canonicos concernit separatim, tunc singulorum consensus requiretur, vt præter adducta probant DD. ex glossa *in verbo institutum, vers. sed vt singuli textus in cap. cum omnes de constit.* Dueñar. *reg.* 295. Anton. Gomez. Azeuedo & alij, quos sequitur in terminis probans Barbosa *de Canonic. cap.* 38. *n.* 13. ipse *in collect. ad dict. cap. cum omnes à n.* 6. Diana *in p.* 1. *tract.* 4. *ref.* 29. qui id intelligit *sub dicto n.* 13. cum glossa *in cap. quamuis pactum de pactis lib.* 6. & cum Tyraq. *in tract. res. inter alios acta nu.* 10. & 11. de singulis, de quorum præiudicio singulariter agitur, secus si secundario: nam & eodem modo citatio eius, cuius principaliter interest, est necessaria, non autem illius, qui in consequentiam lædi potest, vt per glossam *in l. de vnoquoque ff. de re iudic. resoluunt* Bella, *cons.* 6. *tom.* 2. *commun. opin. pag. mihi* 283. *n.* 4. Surdus *decis.* 256. *n.* 1. Menochius *cons.* 311. *num.* 14. Gama Lusit. *decis.* 195. & 207. *n.* 2. Didacus Perez *ad leg.* 1. *tit.* 2. *l.* 1. *ordin. pag.* 93. Hypolitus *cons.* 113. *à n.* 54.

Est enim recepta alias iuris regula, quod 6 in his, quæ sunt communia pluribus, vt singulis minimè valet quod fit à maiori parte, nisi omnes consentiant, vt communiter receptum est per textum ibi *in dicta l. qui fundum*; ob idque notabiliter consuluerit Oldrad. *cons.* 34. † Quod si quis ob- 7 tinuerit fundum in emphyteusim à pluribus Dominis, & velit alienare cum consensu Dominorum, vnus tamen illorum contradicat, non possit fundum alienare in præiudicium contradicentis. † Quod in- 8 telligi debet in actib. voluntarijs, qui fiunt nulla cogente necessitate; in quibus ex hac secunda regula, & conclusione, necessum est, vt omnes consentiant ex glossa communiter recepta *in cap. cum omnes de constit.* Vbi quia nos latè egimus de materia, ideo ad ibi dicta lectorem remittimus, secus in actibus voluntariis, in quibus tunc maior votantium pars prævaleret, veluti in illis, quæ fieri debent à collegio, vel vniuersitate. † Nisi quando maior pars aliquid vel- 9 let facere in magnum præiudicium Ecclesiæ, vel vniuersitatis, violando iura, & priuilegia, aut laudabilem communitatis consuetudinem; eo quod tunc minor pars habeat iustam contradicendi causam, quæ prævalere debet, ne actus præiudicialis fiat.

Et

10 Et sic voluerunt Innocent. *in cap. accedentibus de priuileg.* Panormit. *in cap. veniens de priuilegiis*, Barbosa legendus *in cap. 5. de probationibus, sub nu.* 44. legendus *à num.* 38. quod in casu tanti præiudicij præualet minor pars contradicens, in tantum, vt vnus solus queat contradicere ne actus fiat: quare de Franch. *decis.* 2. *à n.* 25. per glossam *in dicto cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli in vers. rationabiliter*, & ibi *non statur semper maiori parti*, vbi Barbosa *num.* 6. notant, non esse standum semper maiori parti, nec pluralitati, quia maior pars est illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur:

11 Quod declarat amplius Albericus *in dicta l. quod maior. ff. ad municip.* in tantum procedere, vt minor pars contradicens, non teneatur iustificare suam repugnantiam coram cæteris de Capitulo, sed vt consulendus sit superior communitatis, vt determinet, an decretum à maiori parte, sit vt iniquum reuocandum, vel non, vt etiam notauit Panormitanus *in dicto cap.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.*

12 Ad secundam partem quæstionis in his, quæ pertinent ad singulos, tanquam ad vniuersos, dicendum est, factum à maiori parte Capituli valere, minori parte reiecta *ex dicta l. maior. ff. ad municipal.* nam factum
13 à maiori parte melius esse præsumitur. † integrum censeatur iudicium, quod plurimorum confirmatur sententia, iuxta doctrinam textus *in cap. prudentiam, in princ. de officio de leg.* Valboa *in dicto cap.* 5. *de prob. n.* 43. *& sub dicto n.* 38. vbi iuxta hoc dicterium procedere ait integrum titulum nostrum *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, & glossam 1. *in dicto cap. cum omnes de const.* vbi Decius *n.* 5. Felinus *à num.* 15. Padilla, *in l. aquam n.* 3. *cod. de seruitutibus*, Gomezius *tom.* 2. *Variar. cap.* 3. Dueñas *reg.*
14 295. & textum *in dicta l. quod maior.* † Quibus addo per hoc intelligi communissimam illam praxim Capitulorum Cathedralium, vt quoties aliqua lis decernitur, sequenda, sumptus, qui faciendi sint, decernuntur, per maiorem partem votantium, de bursa communi desumendos, non obstante contradictione aliquorum ex Capitularibus, cum ea lis iam decreta, tangat singulos, tanquam ad vtilitatem vniuersorum spectans; & sic quamuis quotidie soleat à nonnullis protestari, ne de bursa sua propria fiant; eo quod nolint litem à maiori parte resolutam moueri, adhuc contribuunt de massa mensæ Capitulari, communis iuxta portionem cuique Capitulari tangentem: vide infra, *vers. ad quartam.*

Ad tertiam quæstionis partem, quando res tangit omnes, vt singulos, vt constituatur regula *sub vers. est enim præcepta alia regula*, an constituatur differentia inter actus necessarios, vel voluntarios, ad effectum, vt omnes debeant consentire, seu sufficiat maior pars? ibi dictum est, & *sub vers. sequentib.* 15

Ad quartam quæstionis partem, quando dignosci possit, vt respiciat vtilitatem vniuersitatis, aut singulorum, vltra dictum hic *sub vers. ad secundam*, dico, quando agitur de re, cuius proprietas, & vtilitas, est ipsius vniuersitatis, tunc actum ad ipsam vniuersitatem spectare. Quod si vniuersitatis proprietas sit singulorum, vtilitas tunc ad singulos pertinebit, vt aduertunt Ioan. Andr. *in cap. cum nunc. de testib. n.* 4. Ancharran. *in cap. insuper eodem tit. n.* 5. subdens ad singulos spectare, quando agitur de possessione rei cuius fructus in singulos distribuuntur: & inde Angelus potuit dicere *in l. omnibus nu.* 2. ad vniuersitatem spectare, quando agitur de re, cuius emolumentum in Arca communi deponitur, & non singulorum. 16

Quare eodem modo procedere dicunt DD. quando agitur de pastis, & nemoribus, quando scilicet ius pascendi, & lignandi ab vniuersitate venditur, & pretium ipsi vniuersitati reseruatur; quia tunc ad vniuersitatem, non ad singulos spectare firmant Felin. *in dicto cap. insuper de testibus, n.* 2. Afflictis *decis.* 400. *nu.* 7. Hieronym. de Monte *de finibus regund. q.* 58. *num.* 5. Alex. *cons.* 141. *nu.* 9. *volum.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1358. *num.* 3. Gama *decis.* 98. *numero* 1. & addit Valboa *in dicto cap.* 5. *de probat. num.* 48. *in fine*, idem esse, quando agitur de proprietate rei, v.g. de fundo, de cuius fructibus singuli de vniuersitate alendi sunt. 17

Econtrario per glossam *in dicto cap. cum omnes ibi sed vt singulis, de constit.* factum à maiori parte in his, quæ sunt communia pluribus, vt singulis etiam, si essent mille, non valet, nisi omnes consentiant, intelligendo de singulis, de quorum præiudicio principaliter agitur, secus si secundario per glossam *fin. in cap. quamuis pactum de pactis, lib.* 6. communiter recepta: ita Tyraquel. *in tract. res inter alios acta in princip. num.* 10. *&* 11. sic vt contradictio vnius sufficiat in his, quæ iure singulari modo dicto, vt per Abbatem. *numero* 7. *vers. & deo*, Butr. *nu.* 18. 18

Beroi

Beroi *n.*58. Cardin. Cavaler. *decis.*134.*n.*5. Barbosa *in dicto cap. n.* 6. ita etiam intelligendi Dueñas *regula* 295. Gomæ *tom.* 2. *variar. cap.*3.*n.* 14. Azeued. *ad curiam Pisanam lib.*2. *cap.* 14. Villadiego, *in tract. de rebus Eccles. non alien.lib.* 1.*n.*7. *&* 8.*& cap.* 102.*n.* 7. Diana *p.* 1. *tract.* 3. *resolut.* 29. & alij relati à Zenedo, *collect.*120. *ad decretales*, & quia *sub cap. tertio loco de probat.* Latè egi de illa quæstione *in* 29. *vers. ad secundam*, quando causa dicatur respicere commodum vniuersitatis, vel singulorum; ideo ibi dicta hic erunt adiungenda.

QVÆSTIO II.

An ciuitas, vel communitas, seu villa, conuocato Concilio publico, possit suo contractu, vel decreto obligare suos Vicinos? Et an singuli de vniuersitate conueniantur pro eo, quod vniuersitas debuerit? Et an absentes Consiliarij, siue Capitulares, debeant vocari ad actus Capitulares? Et qui absentes dicantur? An maior pars ad condonandum Regi sufficiat? An aliquis possit se subscribere determinationi à maiori parte Comitiorum, licet ipse contrarium votum emiserit? Et an quando in Capitulo à maio ri parte, certo scitur concludendum, seu statuendum pro re aliqua iniusta, & iniquo donatiuo, possit aliquis illa die Domi manere, sine periculo peccati mortalis, ac onere restitutionis? An statuto stante, vel homicida plectatur, nisi pacem ab hæredibus habuerit, sufficiat habere à maiori parte hæredum? Et quid si maior pars creditorum inducias debitori concedat? *remissiuè.*

1 QVæstiones omnes, quia conducunt ad materiam nostri tractatus optimè possent hic repeti. Sed quia de omnibus dixi *sub dicto cap. cum omnes de constit. q.*2. *&* 3. *& cap. tertio loco, de probationib. à q.*1. & ibi *sub q.*2. *&* 3. ideo nunc ad alia pro materia transitum facimus, sed non desinas illa, perlegere, vt plenè intelligas, qualiter valeant facta à maiori parte Collegij, Vicinorum, siue Capituli, & quando necessum est, vt à singulis probetur.

2 Ad vltimũ, quid si maior pars creditorũ inducias debitori præstiterit? resolues, vt dixi *in c. fin. de libelli oblatione, q. fin. sub* §. 4.

QVÆSTIO III.

An statutum factum à maiori parte in rebus Collegij, vniuersitatis, vel communitatis valeat? An vniuersitate Congregata, ad assentiendum, vel dissentiendum tacentes consentire videantur? *remissiuè.*

QVia etiam de his duabus, quæstionibus egi *in cap. cum omnes de constit. q.*1. *vers. ad secundam*, *& vers. ad tertiam à n.*12. quæ etiam pro materia nostri tractatus conducunt; ideo cum opus tibi sit ibi legito.

QVÆSTIO IV.

An Capitulum possit statuere super his, quæ tangunt statutum generale Ecclesiæ, vel iura Episcopi sine consensu eiusdem? Et quid si maior pars Collegij vellet decernere, statuere, & derogare in præiudicium minoris partis? Et an possit Capitulum concordiam facere super iuribus suæ Ecclesiæ; sic vt liget successores? Et de alijs statutis validè, vel inualidè

per Capitulum faciendis? Et quæ requirantur, quando omnimoda potestas residet penes communitatem, seu Capitulum faciendi statuta?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum nequit statuere super his, quæ tangunt statutum Ecclesiæ generale, vel iura Episcopi sine eius consensu.*
2 *Capitulum super his, quæ spectant ad Capitularia interna Capituli, potest statuere pro arbitrio sine consensu Episcopi, vt* n. 3. *exemplificatur* ibi in fine n. 4.
4 *Statuere potest Capitulum in pertinentibus ad ordinationem Chori, & ad Diuinũ cultum, & seruitium Ecclesiæ, fallit vt* n. 14.
5 *Statuere nequit Capitulum, nec de consensu Episcopi in his, quæ fuerint iuri cõtraria.*
6 *Statutum in Hispalen. portionis fuit declaratum nullum, quod factum fuerit à Capitulo* de Osuna, *ne admitterentur descendentes ex radice infecta.*
7 *Statuere nequit Capitulum sine Episcopo super negotiis arduis suæ communitatis* n. 8. *vbi exemplificatur.*
8 *Negotia ardua, aut difficilia, deferunt aliquantulum, &* n. 9.
9 *Augere, vel minuere Prabendas, vel decernere nouum circa residentiam, nequit Capitulum sine Episcopo.*
10 *Maior pars nequit statuere in praiudicium minoris partis Capituli, nisi quando vellet contra priuilegium, aut exemptionem.*
11 *Officialis confirmatio facta per vniuersitatem, vno reluctante (secundum Franchis) non valet, nisi contradictio fiat post confirmationem.*
12 *Concordiam facere potest Capitulum super iuribus Ecclesiæ in dubiis iam ortis, quæ liget Canonicos, & successores, interueniente Episcopi authoritate.*
13 *Transactio facta ab Episcopo cum Capitulo, & super decimis, num teneat? remissiuè.*
14 *Capitulum grauando aliquem ex seruitoribus Capituli, vt v. g. propriys expensis, Præcentor ponat in Choro Succentorem, & eum grauiter mulctando, nihil fecit, & quare,* n. 15. & 16.
15 *Capitulum nequit decernere in eo, quod sit iurisdictionis pœnalis.*
17 *Capitula, vt rectè statuant, requiruntur, locus, & quod in Congregatione, per duas saltim partes.*

AD primam quæstionis partem, an Capitulum possit statuere super his, quæ tangunt statutum generalem Ecclesiæ? Ex suppositis quæ dixi *in Rub. de const. q.* 10 *de Capitulo Sede Vacante*, vt faciat leges, & de eodem supra *sub tract.* 1. *q....* & vice versa, quæ dixi de statutis, quæ possint fieri ab Episcopo in dicta *Rub. sub q.* 9. *& supra tract.* 2. *sub q...* iam nunc dico Capitulum non posse statuere super his, quæ tangunt statutum generale Ecclesiæ, vel iura Episcopi sine consensu eiusdẽ, vt docent Innocent. *in dicto cap. cum omnes, de constit. n.* 1. Abbas *n.* 4. Butr. *nu.* 45. Barbosa 8. *&* 9. Felin. 9. Beroius 36. & 46. Calderin. *cons.* 2. *sub tit. de constit.* vt sequitur Rota, *decis.* 11. apud Farin. *p.* 2. *recent.* Benedictus *Capra tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *de Episcopis, & Cleric. n.* 24. *pag.* 154. Marescot. *Variar. lib.* 2. *cap.* 32. *n.* 22. *&* 23. Greg. 15. *decis.* 66. *n.* 11. sicut è contra lex, vel statutum non valet sine consensu Capituli, iuxta dicta *in d. tract.* 2. *hic d. q....* Abbas *in cap. quanto n.* 4. *de his, quæ fiunt à Pral. sine consensu Capituli*, Armendar. *in præmio addit. ad recopilation. leg. Nauarra n.* 128.

Quod si vellet Capitulum statuere super 2 his, quæ concernunt particularia ipsius Capituli negotia, vt valeat statuere, non dubitatur; & sic circa negotia, quæ ipsos Capitulares solum tangunt, & non Episcopum, nec statutum Ecclesiæ sine consensu Episcopi, id facere posse docent DD. per glossam *in verb. statum. in cap. statutum de verb. signif. lib.* 6. DD. & præcipnus Imola *in dicto cap. cum omnes*, Decius, & Felinus, *in cap. cum accessissent eodem tit.* 9. vbi Abbas, *dicto n.* 4. *& in c.* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.* Menoch. *cons.* 28. *n.* 33. Sess. Aragon. *decis.* 70. *n.* 14. *tom.* 1. † Latè Auguianus *de legibus*, 3 *lib.* 2. *controu.* 4. *n.* 12. Vbi intelligit posse statuere spontè, & pro arbitrio suo absq; Episcopo in spectantibus ad suam communitatem, seu Collegium, Beltram. *cons.* 262. *volumine* 8. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. quæst.* 675. Vbi intelligit de statutis, quæ non tangunt Episcopum, nec statum Ecclesiæ, sed negotia singularia, puta, quod certo modo quotidianas distributiones, seu obuentiones distribuant, Lotherius *de re benefic. lib.* 2. *q.* 14. *n.* 88. Seraphin. *decis.* 530. *n.* 4. Vgolinus *de Officio, & potest. Episcop. p.* 1. *cap.* 19. *n.* 1. *vers. quare.* Rota *decis.* 66. apud Farin. *num.* 1. *p.* 2. *in posthum.* alias *p.* 2. *recent.* Barbosa *de Canonic. cap.* 42. *nu.* 15. *&* 16. cum Calderino, Butrio, Abbate, Decio, Ferreto, Marescoto, Cardoso, & Benedicto Capra. † 4 Et

Et sic etiam posse statuere sine Episcopo in concernentibus ordinationem Chori, docent decisum Gregor. 15. *dicta decis. 66. n. 11.* Gratianus *discept at. forens. cap. 481. n. 3.* Rota *in Illerden. statuti 19. Maij 1599. coram R.P.D. Corduba, & in Paduana Sedilium 16. Ianuarij 1618. coram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato impressa* per Farinac. *decis. 606. numero secundo part. 2. in posthum.* alias *part. 3. recent. & in concernentibus Diuinum cultum, & seruitium Ecclesiæ*; item dixerunt decisum eadem Rota. *decis. 423. numero primo & decisione 474. numero 2. & 6. part. 4. recent.*

5 Quæ quidem sunt intelligenda, habere locum, vbi statuta non fuerint iuri cõmuni contraria, tunc enim dicunt DD. nec sufficere, vt interueniat Episcopi consensus, cum requiratur beneplacitum Apostolicum; eo quod Capitulum, nec interueniente consensu Episcopi, possit statuere contra ius commune, & Oldrad. *consil. 295. numero 6.* Federic. *de sen. consil. 17. per totum,* Alex. *consil. 106. num. 2. lib. 2.* Barbosa *dicto cap. 42. de Canon. num. 17. & de iure Eccles. p. 1.*
6 *cap. 30. eodem nu. 17.* † Referens resolutum *in Hispalen. portionis de Osuna 10. Februarij 1625. coram bonæ memoriæ Patriarcha Mancanedo*, vbi fuit declaratum inualidum statutum à Capitulo conditum, quod descendentes ex genere infecto, nempè iudæorum Maurorum, hæreticorum, non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, cum huiusmodi statuta sint contra ius commune, de quo *in cap. cum te de rescript. vt censuit* Rota *in Corduben. dimidia portion. 28. 1618. coram R.P.D. Merlin.* optimè Ferentil. *in annot. ad decis. 750.* Buratti, & in aliis adductis per Theodosium & Rubeis *singul.* Rotæ *tom. 1. p. 6. obseruat. 5. §. 7.* ad quod conducunt plura, quæ adduxi, ex Diana, & Domino D. Ioanne de Scobar. *in cap. fin. de præsumpt. sub q. 3.* latè repetit etiam idem Barbosa *in dicto cap. cum omnes de constit. n. 9.*

7 Item sunt intelligenda præter quam in negotiis admodum arduis, quia in his statuendo Capitulum, siue constituendo per viam constitutionis, quantumuis ad Capitulum spectet priuatiue, nihil sine Episcopo disponere valet, optimè legendus Angian. *de legibus dict. lib. 2. dicta contr. 4. n. 14.* Vbi sic resoluit per glossam magistralem *in cap. 2. §. cæterum. de verb. signific. libro sexto.*

8 Et quod inter negotia ardua, & difficilia, aliqua in iure nostro reperiri docet Barbosa *in dicto cap. 42. de Canonic. num. 16. circa finem, & de iure Eccles. dicto libro 1,*
cap. 30. eodem n. † Ex quorum numero dicit esse, augere, vel diminuere Præbendarum numerum, de qua facultate dixi latissimè, *sub cap. cum accessissent de constit.* Vbi glossa, & DD. & decernere nouum, vel aliquid inducere circa residentiam Canonicorum, quod Capitulum sine Episcopo facere nequit, vt etiam tradiderunt DD. in *cap. cum consuetudinis de consuet.* ex qua doctrina dicit Barbosa *supra*, ortam fuisse decisionem textus *in cap. ex parte de constit.* Vbi statutum ab Honorio III. augmentum, siue diminutionem Præbendarum iuxta quæ latè ibi dixi videnda, & similia negotia ob dictam rationem iudicio Episcopi reseruari, refert Anguian. supra dicta *contr. 4. numero decimo sexto, libro secundo de legibus.* 9

Ad secundam quæstionis partem, quid si vellet Collegium, seu Capitulum statuere in præiudicium minoris partis? & quia *ex dictis supra sub quæst. 33.* posse statuere affirmandum est, ac tenent Felin. *in dicto cap. cum omnes, de constit. num. 17.* Barbosa *ibi, numero 5.* sed hoc limitatur quando vellet statuere contra priuilegium, seu exemptionem; tunc enim dicunt, vt vnus possit contradicere, atque illud impedire, vt docuerunt Abbas *in cap. veniens numero 21. post princip. in fine de præscript.* Felin. *ibi numero 4. vers. dum allegat*, idem *in dicto cap. cum omnes numero secundo, vers. fallit secundo.* Cochier. *de iurisdict. ordin. in exemptos part. 3. quæst. 26.* 10

Et sic videri, vt in cõfirmatione Officialis facta per vniuersitatem, vno reluctante, non teneat factum secundum Franch. *decis. 609.* & Viuium *decisione 129.* pulchrè agentes, vt notat etiam Riccius *collect. 316.* ad textum *in l. quod maior ff. ad municip. pro ornatu textus in auth. de defensoribus, ciuit. paragrapho fin. quem pulchrum appellat,* quod Riccius sublimitat illo reluctante, post confirmationem, nam contradictio est facienda in tempore contradictionis, vt dixit cum Anania decisum in causa Marchionis Sancti Lucidi, *alleg. 15.* indeque, vt dictum *sub dicta quæstione trigesima tertia,* nunc addimus cum eodem de Franchis *in decisione 97.* Franc. Marco *in decisione 489.* Riccio *in collect. 981.* ad textum *in l. plane ff. quod cuiusque vniuersit. in his,* quæ sunt pluribus, vt singulis, necessarium esse consensum omnium. 11

Ad tertiam quæstionis partem, an possit Capitulum concordiam facere super iuribus Ecclesiæ? & dicendum est 12

posse nomine Ecclesiæ super eisdem dubiis
in controuersiam deductis, quæ liget Ca-
nonicos, & veniat seruanda etiam inter
successores, si interueniat authoritas, &
decretum Episcopi, adhibita causæ cogni-
tione, & præuio diligenti tractatu, vt pro-
bant DD. per textum, Abbas *à numero 1. in
cap. de cætero numero 4. & 5. de transact.* &
ibi Cardin. *sub numero 2.* Natta *cons. 441.
numero 9.* Rota *decis. 759. numero 1. p. 2. re-
cent. & in Eluen. distrib. 25. Iunij 1629. coram
R.P.D. Duran. inter eius decisiones impressas
216. & in Alexandrina funeralium, 1. Iulij
1630. coram R.P.D. Merlino*, quæ reperitur
impressa *p. 5. recent. decis. 402.* faciunt in
comprobationem plura, quæ dixi *sub cap.
quia v. de iudiciis quoad obligandos successo-
res.*

13 Sed an transactio facta ab Episcopo cum
Capitulo, successorem liget? in terminis Ro-
ta *decis. 218. dict. p. 4. recent.* Et an transactio
super decimis cum Capitulo valida sit? egit
eadem Rota *decis. 270. dict. part. 4. re-
cent.*

14 Ad quartam partem dubij, quia solent
Capitula Ecclesiarum statuere, mulctando,
ideo & sic vt supra hic dictum est in princ.
quod *si vellet*, & in *vers. quæ quidem*, vt non
valeant statuta iuri contraria; ideo si v. g.
aliqua Cathedralis statueret, vt Præcentor
non fuerit præsens in choro festis duplici-
bus ad omnes horas diurnas, quam noctur-
nas per se, & non per substitutum, mulcte-
tur tribus ducatis pro vnoquoque die ap-
plicandis alteri seruitori, & quod teneatur
21 præsentare succentorem idoneum admit-
tendum à Capitulo qui seruiat singulis die-
bus in choro, & assignetur illi salarium
quadraginta Ducatorum. Et videtur tale
statutum non fore obseruandum factum
sine authoritate Prælati; quia & si compe-
tat Capitulo ius statuendi super eo, quod
ad ius commune redditur ad doctrinam
Abbatis, Hostiens. Felini, Decij, Ioan. An-
dreæ, *in dicto cap. cum omnes de constit.* & per
alia, quæ adducit Barbosa *de Canonic. dict.
cap. 42. sub num. 18. vers. de statutis*, idem *de
iure Eccl. dicto cap. 30. p. 1. sub eodem num. &
vers. &* per textum *in cap. statutum de hæret.
lib. 6.* Gemin. *in cap. 2. §. cæterum de verb. si-
gnif. lib. 6.* Ferretus *cons. 286.* per se faciendo
statuta pro sua Ecclesia, quæ intra eadem
practicentur.

15 Tamen in prædicto dubio respondetur
negatiuè, non posse statuere super residen-
21 tia, vel super statu Ecclesiæ sine consensu
Episcopi, maxime, quando statuit circa im-
positionem pœnæ, quia est iurisdictionis,
quæ non cadit in Capitulum, nisi Sede Va-
cante, notarunt post Federic de Sen. Felin.
in dicto cap. cum omnes n. 9. Butrius *in cap. con-
stitutus num. 25. de rescript.* Oldrad. *cons. 181.*
glossa *in verb. statutum, in dict. cap. 2. de ver-
borum signific.*

Præterea, quia per tale statutum liberas- 16
set se Capitulum à solutione salarij de-
biti succentori, quoniam vult per Præ-
centorem illi assignari annis singulis scu-
ta quadraginta, cum debeat illud de suo
prouidere Capitulum. Tum etiam quia
prædicta pœna trium Ducatorum, pro
qualibet intermissione exercitij decreta,
est alterata à cõsueta in notabili quãtitate,
& commodum priuatæ cuiusque bur-
sæ, nec respiciat communem cultum: ita
in terminis ex aliis principiis fuit decisum
per Rotam *in Illerden. statuto 3. Decemb.
1593. coram R.P.D. Corduba. impressa per
March. parte prima, paragrapho primo,
pag. 553.* quam transcripsit Barbosa *in
dicto capite quadragesimo secundo de Ca-
nonic. dicto numero 18. & dict. cap. 30. parte
1. de iure Eccles. sub eodem num. omnino vi-
denda.*

Ad vltimam partem breuiter cum An- 17
guiano, *de legibus, dict. contr. 4. num. 30. 31.
32. & 33.* Vbi proximè *numero decimo sep-
timo, vers. aduerte*, respondetur quod in illis
casibus, in quibus omnimoda potestas fa-
ciendi statuta, residet pænes Capitu-
lum, siue totam communitatem, quatuor
potissimum desiderari requisita, vt sub-
sistat, & valeat conditum statutum.
Primò, vt statuentium consensus, non
in quolibet loco, sed in domo, & parte
publicis Congregationibus designata præ-
stetur Capitularibus, non quomodo-
cumque, vel singulariter, sed per mo-
dum communitatis adstantibus. Secundò
quod adsint, præsentes sint; quæ duæ sal-
tim partes Capitularium. Tertiò, vt om-
nes aduocentur. Quartò, vt maior pars
illorum, qui adsint statuto, consentiant.
Et addunt Quintò, vt maior pars illorum,
qui statuto Ecclesiastico consentiunt,
sit sanior, hoc est, constet ex
personis maioris momenti;
quæ *à quæstione se-
quenti* plenius de-
clarantur.

***

QVÆSTIO V.

An in congregatione Capituli, requirantur saltim duæ partes Capitularium, vt actus valeat, Vbi in quibus casibus verificetur? Et quod regulariter dicitur maior pars votantium, approbat actum Capitulariter factum, quomodo practicetur? Et an quando contigerit, vt velint Capitulares reuocare actum, debeat idem saltim numerus interuenire? Et an nomina Canonicorum sint exprimenda in instrumentis, quæ fiunt à Capitulo? Et quid dicendum, quando requiritur ad actum, non tantum maior pars, sed etiam sanior, qualiter hoc valeat practicari? Et per quos votantes.

SVMMARIVM.

1 *Duæ partes requiruntur votantium in congregatione vniuersitatis, & videtur, vt sint ex tribus, vt in casu* n. 4.

2 *Vniuersitas in his, quæ sunt communia singulis, vt vniuersis obligatur cum duabus partibus.*

3 *Vniuersitatis negotia, vt Rector expediat, exposcunt, vt interueniant Capitulariter duæ partes votorum.*

5 *Procurator vniuersitatis legitime non constituitur, nisi à duabus partibus, quod præsumitur sic factum, vt* n. 8.

6 *Procurator à Canonicis potest constitui, & si Capitulariter congregati non sint, & quo testimonio talis constitutio certioretur* n. 7.

9 *Maior pars intelligitur respectu minoris, quando electio fit à singulis, vt vniuersis.*

10 *Electio formalis dicitur cum fit à maiori parte respectu totius, non aliarum partium vt* n. 14.

11 *Maior pars Capituli dicitur respectu totius Capituli, non respectu partium. Exemplificatur.* n. 12.

13 *Maior pars respectu Patronorum non connumeratur, sicut in electionibus Canonicis.*

15 *Maior pars votorum connumeratur respectu eorum, qui in eadem electione votum habuerunt intra Capitulum congregati.*

16 *Capitularis, qui relicta sui voti schedula in manu Præsidentis egreditur à Capitulo est ac si non votaret.*

18 *Vota danda sunt in ipso actu scrutinij, non ante, nec post.*

19 *Canonici debent ad reuocandum actum sic interuenire Capitulariter, sicut ad faciendum.*

20 *Mandatum Capitulariter factum non potest reuocari per aliquos tantum.*

21 *Procurator constitutus à collegio, nequit reuocari per paucos.*

22 *Actus Capitulariter facti non reuocantur, nisi cum dissensu solemni in Capitulo.* num. 24.

23 Cap. quia propter de elect.

25 *Actus, qui requirit ad validationem, vt fiat Capitulariter, idem requirit eius confirmatio.*

26 *Nomina Canonicorum interuenientium, quando instrumentum conficitur, tutius est, vt in eo sigillatim exprimatur ad instrumenti validationem, vt* n. 27.

28 *Instrumentum Capitulariter confectum valet, & si non subscribatur à singulis ex Capitulo.*

29 *Actus Capitulariter faciendus, qui requirit, vt fiat, non solum à maiori, sed etiam saniori, aliter non valet, vt* n. 30. *iuxta ius, quid in praxi?* n. 33.

31 *Maior pars intelligitur numeri, sanior pars respectu zeli.*

32 *Sanior pars præualet maiori, quando illa nititur ratione, & nisi in numero magnus esset excessus. Vide* n. 36.

33 *Maior pars votantium iam hodie in Capitulis præualet minori saniori; sic vt ab ea collegialiter decretum exequatur.* num. 34.

34 *Maior pars in electionibus etiam Canonicis, est quæ tantum attenditur, si persona electa, non sit clare indigna,* num. 35.

36 *Sanior pars dicebatur inueniri inter Canonicos magnæ authoritatis, & prudentia, quærentes vtique veritatem, & vtiliora Capitulo.*

37 *Canonici prudentiores male facient, & peccabunt, vt* n. 38. *si non adsint in*

Cc 3 *Capitulis*

Capitulis ad votandum, non ad id valent compelli, cum possint per Procuratorem votare, excepta electione.

39 *Minor pars etiam hodie praualet, quando maior priuatur in poenam.*

1 AD primam quaestionis partem, videtur affirmandum per doctrinam textus *in l. plene ff. quod cuiusque vniuers.* Vbi DD. probant in congregatione vniuersitatis requiri, saltim duas partes omnium habentium vocem in dicta vniuersitate; & sic dixit Afflictis *in decis.* 373. quod censetur totius vniuersitatis, quod
2 fit cum duabus partibus vniuersitatis. † Propter quod Capicius potuit referre decisum *decis.* 4. vt vniuersitas obligetur in his, quae sunt communia pluribus, vt vniuersis, debeant adesse saltem duae partes vniuersitatis; indeque Franc. Marcus infert *in decis.* 225. *p.* 1. *& in decis.* 783. quod in actu vniuersitatis requiruntur saltim duae partes vniuersitatis, & illud dici factum à maiori parte, *vt in de-*
3 *cis.* 226. † Et sic Bellamera *in sua solemni decis.* 275. refert quod, vt Rector expediat negotia vniuersitatis, requirantur duae partes, Ricc. *collect.* 981. *ad textum in*
4 *dicta l. plane.* † Itaque optime in casu decisionis Lucanae suffragiorum 1642. die 7. Aprilis, fuisse decisum in illa Collegiata, cuius Clerus constat quindecim personis, nempe Priore, octo Canonicis, & sex Capellanis, qui vocem habent in Capitulo à maiori parte factum conualuisse, quam ad litteram refert Diana *p.* 7. *post omnes tractatus sub decis.* 7. *per textum in cap.* 1. *de his, quae fiunt à maiori parte Capituli*, vbi DD. *& in l. quod maior ff. ad municip.* & cum Ioanne Andrea *in cap. quod omnes de reg. iuris* Abbas *cons.* 57. *lib.* 2. *n.* 1. Cassadoro *decis.* 2. *n.* 2. *de iure patronatus*, & quamuis ex aduerso oppositum fuisset, duas saltim tertias partes debuisse interuenire: tamen aduersus hanc oppositionem oppositum fuit, nempe non probasse oppositores, vt necessum erat, nempe quod resolutiones Capitulares factae cum minori numero fuerunt irritae.

5 Item verificatur relata assertio in constitutione Procuratoris; siquidem Mynsing. *cent.* 1. *obseru.* 82. dixit quod procurator constitutus à minori numero duarum
6 partium vniuersitatis, non valet. † Tamen pro praxi quotidiana Ecclesiarum, dico Capituli mandatum procurae, esse validum, licet in eo, non dicatur Canonicos Capitulariter fuisse congregatos, & Capitulari nomine procuratorem constitutum. † Si dicatur, enumeratis pluribus 7
Canonicis Capitulum congregatum in tali capella, constituisse procuratorem: ita Achilles de Graff. *decis.* 291. *alias* 2. *de his, quae fiunt à maiori parte cap.* † Vbi aduertit 8
n. 3. praesumi Capituli duas partes fuisse praesentes in constitutione Procuratoris, Barbosa *de Canonicis cap.* 38. *n. fin.*

Ad secundam quaestionis partem, quando scilicet dicatur, vt maior pars votantium approbet actum, &c. In quo breuiter distinguitur, quod si electio facienda, spectat ad singulos, vt vniuersos exemplo, in collegio, vniuersitate, & Capitulo, &c. tunc maior pars intelligatur respectu totius collegij, aut Capituli, & non respectu minorum partium. Vel spectat ad singulos, vt singulos, & tunc, vt maior pars intelligatur respectu minorum partium: hanc distinctionem pulchram vocant Boër. *decis.* 111. Franc. Marcus *decis.* 602. *p.* 1. Gratian. *decis.* 183. Riccius *collect.* 316. *in fine*, vbi notabiliter docet hac distinctione posse multa iura concordari. 9

Sed quia adhuc laborat intellectus, 10
omissis, quae adduxi *sub cap. quia propter. de elect.* circa maiorem partem, quae facit formalem, ac Canonicam electionem *ibi sub q.* 1. 2. *&* 3. applicando dicta ibi *q.* 4. Ideo ego breuiter cum Andrea Valens. *ad dict. tit. de his, quae fiunt, à maiori parte Capit. vers. maior*, & cum Zerola *p.* 1. *vers. Capitulum* §. 13. † Dico maiorem partem 11
Capituli dici, respectu totius Capituli, non autem respectu partium. † Indeque 12
si duodecim sint Canonici, & tres eligant Titium, tres Sempronium; sex vero Maeuium, nulla istarum partium, possit dici maior Capituli, sed esse necessum, vt saltem sint septem ad maiorem partem constituendam. † Quamquam obtineat 13
aliud in maiori parte Patronorum, siue laicorum, siue Clericorum, quando praesentant, vt singuli: nam tunc sufficiat habere maiorem partem respectu minorum partium, veluti, si ex sex Patronis duo praesentent Titium, vnus Sempronium, & tres Maeuium, hi tres praeualent.

Haec inquam doctrina in se vera est ad 14
iustificandos omnes actus, qui solent in Capitulo fieri; & ideo in electionibus Canonicis, illa maior suffragiorum pars, est sumenda respectu totius, non respectu aliarum partium, cum ad validitatem ipsarum non sufficiat habere maiorem partem suffragiorum respectu minoris, sed vlterius

vlterius requiri, vt habeatur maior pars, respectu totius Capituli, Abbas *in cap. Ecclesia vestra num.* 1. *& 4. de elect.* Franc. Marc. *decis. delphin.* 1032. *& decis.* 1504. *n.*1. Roch. Lambert. Mirand. quos refert, & sequitur Barbosa *de Canon. dicto cap.* 38. *n.*9. referens decisum *in Maten. Monasterij* 25. *Iunij* 1621. *coram Coccino, & in Tarracinen. Abbatia* 14. *Ianuarij* 1630. *coram Duran. & in Pampilonen. Canonicatuum coram Pirouano, & Farentil. ad decis. Buratti* 809.

15 *n.*10. † Qui *n.*11. *&* 12. cum multis probat in hoc numero solum computari eos, qui in eadem electione votum habuerunt; non enim ait augere numerum eligentium vota extra Capitulum, & post factum scrutinium data; nec habendam esse rationem ait in huiusmodi computatione de votis illorum, qui recedunt à loco, vbi facienda est electio *per textum in cap. cum nobis*, Vbi DD. *de elect.* nec illorum, qui noluerunt votare per glossam *in verbo quo facto, ante fin. vers. & in rebus in Clem. quo circa*, vbi Viralinus *n.*29. *vers. aut fuerint vocati de electione*; sic per Rotam decisum in casum in Cæsar-Augustana *elect.* 20. *Martij* 1623. *coram Coccino confirmata* 21. *Iulij* 1624. *coram Buratto*, vt ipse etiam di-

16 cit *decis.* 812. † Et antea idem Barbosa *de Canon. cap.*14. *n.*17. dum dicit, quod debent ipsi Canonici votantes votare in Capitulo, non extra; ita vt voces eorum, qui votauerint extra Capitulum, non sint connumerandæ ad augendum numerum, cum Butr. Anchar. & Abbate *in cap. auditis, & cap. Ecclesia de elect.* & sic DD. *per textum in cap. penult. §. fin. de elect. lib.*6.

17 † Idem esse dixerunt si consignata voti cedula in manibus Præsidentis, non aliter, spectato scrutinio, continuo à Capitulo

18 exierint. † Cum vota dari debuerint in ipso actu scrutinij, non ante, vt etiam dixerunt Abbas *in dicto cap. quia propter. n.*12. Butrius *in cap. in genesi n.*22. *&* 28. *fin.* & ibi Abbas *n.*11. *de elect.*

19 Ad tertiam quæstionis partem, quando contigerit, vt velint Canonici reuocare actum, an debeat idem saltem numerus Capitulariter interuenire? Et pro affirmatiua sententia satis liquidè vltra regulas generales, vt contractus per quasque causas nascitur, per easdem dissoluitur, in terminis de facto à Capitulo ab eodem etiam in Congregatione Capitulari solemniter reuocando, Rota *in Hispaniarum mandato* 15. *Decemb.* 1625. *coram Coccino, & 2. Martij* 1626. *coram eodem* impressa per Ludouicum Posthum. *post suum tract. de manotenendo decis.* 199. Seraphinus *decis.* 1247. *n.*2. Barbosa *dicto cap.* 38. *n. fin.* † Dicentes, 20 quod mandatum Capitulariter factum non potest reuocari per aliquos de Capitulo, nec vti singulos, nec Capitulariter, si sit minor pars Capituli; & sic quoad reuocandum Procuratorem semel à Capitulo constitutum, per duas partes Capituli non posse, nisi Capitulariter reuocari; eo quod sic eo modo debuerit reuocari, quo processit institutio, vt docuerunt Berojus *in cap. cum omnes de const. n.*85. Federicus de Sen. *cons.* 100. *n.*5. *vers. vbi autem esset constitutus.* † Vbi quod Procurator constitutus 21 à Collegio, reuocari non potest per paucos, quamuis nec per maiorem partem, nisi collegialiter.

Et confirmatur ex eo, quod generale 22 sit in omnibus actibus explicandis per Capitulum, & vniuersitatem, vt collegialiter, & simul in vnum, consensus, vel dissensus præstetur.

Et sic Butrius *in dicto cap. in genesi n.*28. 23 postquam dixit formam *dicti cap. quia propter, de elect.* non habere locum in electionibus inferiorum Dignitatum; subdit si ille tamen actus spectet ad Capitulum, fiat per Capitulum à Congregatis, vt Capitulum, & simul in vnum: nec contrarium probat Cardos *cons.* 103. *n.* 10. dum dixit sufficere, quod Canonici singulariter consentiant; dummodo in Capitulo, quia per illud aduerbium *singulariter*, non excludit simultaneum Capituli consensum, sed excludit communem illam electionem post scrutinij publicationem ab vno nomine Capituli per verba singularis numeri faciendum in terminis *dicti cap. quia propter & dict. cap. in genesi*, vt explanat ibi glossa *verbo communiter, & verbo repeti* Abbas ibi *notab.*4. *in* 3. *requisito, ex cap. sicut de elect. lib.*6. Iuxta quæ latè ego dixi ibi vtrobique videnda, & applicanda, Barbosa *de Canonic. dict. cap.*14. *n.*19. *in fine*, per Rotam *in Hispalen. Canonic.*18. *Februarij* 1619. coram Buratto inter eius impressas *decis.* 380. † Quare optime Compostella *in* 24 *cap. bona el.*2. *n.*5. ibi Innocentius *num.* 7. *in verbo temere de postulat. Prælator.* Barbosa *de Canonic. cap.* 35. *n.*17.18. *&* 19. adnotarunt quod acta per Canonicos in Capitulo, non possunt ab eisdem Canonicis reuocari, nisi Capitulariter congregatis, repetendo iam dictum de reuocando Procuratorem, etiam collegialiter, non per paucos, nec etiam per maiorem partem, nisi collegialiter cum Federico de Senis *dicto cons.* 30. *n.*5. *vers. Vbi autem esset constitutus.*

25 *stitutus.* † Et sic deducitur, quod quando actus, requirit, quod Capitulariter sit factus, etiam ratificationem Capitulariter faciendam esse refert Beroius *in dicto cap. cum omnes de constit.* quod sequuta fuit Rota *in Hispanar. Mand.* 15. *Decemb.* 1625. coram Coccino, vt iam adducta fuit hic.

26 Ad quartam quæstionis partem, an nomina Canonicorum sint exprimenda in instrumentis, quæ fiunt à Capitulo? Video in hoc puncto longè agere Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. q.* 644. qui cum Ancharano *in cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.* tenet, vt sufficiat dici à Tabellione, vel Notario, Capitulum, vel Collegium talis Ecclesiæ tale quid fecit, absque eo, quod exprimi debeant nomina Canonicorum, præcipue quando sumus in casibus, non requiritur subscriptio Canonicorum; pro vt requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ *in cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. de quo iam hic *sub q.* 33. *& sub.* 2. *tract.*

27 Sed quia idem Genuensis concludit tutius esse ad euitandas fraudes exprimere nomina concurrentium Capitularium, saltem, quando Collegium est paruum, vt videtur sequi Barbosa *de Canonic. cap.* 37. *n.* 31. & ordinaria praxis Capitulorum Cathedralium, & oppidorum Concilij, vulgo *concejo*, seu Collegiorum, ac vniuersitatum, sit vt instrumenta incipiantur, mentionando Congregationem, & quos intra illam interuenerint, fidem præstando, quod ea votantium pars sit maior cæterorum; ideo nobis visum est non valere, alias contractus instrumentum, seu alterius obligationis, qua hinc inde partes obligantur, sigilatim numerus in ordine, ad Capitulum maior non exprimatur per

28 nomina propria. † Et sic valere, alias dicimus, & si Canonici interessentes; aut alias votantes in Collegio, aut vniuersitate, tale instrumentum non subscribant ex doctrina Fontanellæ *de pactis nuptial. tom.* 1. *clausula* 2. *sub n.* 2. dicentis, quod omissio subscriptionis Canonicorum in contractu necessariæ, non inualidat contractum celebratum per eos Capitulariter.

29 Ad vltimam quæstionis partem, quid dicendum, quando exigitur ad actum Capitulariter celebrandum, non solum maior pars, sed sanior? & iunctis hic, quæ de electione Canonica dixi *sub dicto cap. quia propter de elect. ibi quærenda, & applicanda*, video quod Andreas Valens. *in Rub. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit. in vers. deinde*, dicit quod vbi ad actum aliquem consensus requiritur maioris, & sanioris partis, non sufficit consensus maioris partis, nisi ea simul fuerit, & sanior, *ex cap.* 1. *& fin. eod. tit.* quia vbi duo requiruntur coniunctim, alterum eorum non sufficit, per Iustin. *in §. si illud de hæred. instituend.* & per textum *in l. si hæredi plures ff. de condit. instit.* † Et confirmatur, 30 quia de iure potestas Capituli in maiori, & saniori parte consistit, vt multis probat Barbosa *de Canonic. cap.* 38. *à n.* 3. non enim ait *num.* 4. *ex dicto cap. quia propter de elect. vers. maior, & sanior pars Capituli*, satis est maior pars numero, nisi, & ratione sanior probatur: ita cum Miranda, & Tamburino, sic etiam explanauit Iulius Labor. *variar. lucubration. tit.* 4. *cap.* 19. *n.* 83. subdens *n.* 84. † Quod particula illa 31 *maior* intelligitur respectu, numeri, & alia *sanior*, denotat authoritatem, zelum, & electorum meritum. † Nam & si maior 32 pars aliquid decernat rationi tamen, vel pietati minime niti probetur, tunc minor pars sanior, sit pro maiori habenda per textum *in cap. fin. dict.* 9. *dict. cap. Ecclesia vestra de elect.* & per textum *in cap. coram* 35. *de elect.* per quem probant, etiam DD. id fore amplectendum, quod sanior pars Capituli sentit; non vero, quod maior pars numeri, Ioan. Garcia *de nobilit. glossa* 3. §. 2. *n.* 20. *in medio*: nam, vt etiam dixit Menoch. *de præsumptionibus lib.* 9. *præsumpt.* 84. *num.* 4. pars sanior, præfertur maiori numero, nisi in numero magnus esset excessus.

Tamen quia tam iuridica, & clerica 33 doctrina nunquam visa est practicari in Capitulis Cathedralium, nec in aliis Conciliis, vel vniuersitatibus, aut Collegiis, in quibus quod à maiori parte decernitur Capitulariter id sæpe sæpius exequitur, non obstante qualibet contradictione votantium, & si exprimatur, vt in plurimum suffragia daturi soleāt colloquēdo ante ingressū in Capitulo, aut Concilio aggregari ad votandum contra minorem, sed saniorem partem Capitularium, & viciniorum, qui quia appetunt votare iuxta propriam conscientiam, nihil de maiori parte, aut minori parte cogitant, sed de conformando se cum Deo, & ratione vtiliora communitati proprio suffragio quærendo (quod vtinam semper præualeret;) imo si desideraretur appellatione interposita, iuxta dicta *supra sub dicta q.* 33. Vt sanior sequeretur votorum pars, at rixas excitarent continuas, & magnas omnes in Congregatione, aut sub Capitulo viuentes. † Ideo 34 tam

tam in electionibus Canonicis, quam in aliis actibus Capitularibus, sit maximè stante, & distante hodie Sacri Concilij dispositione *sess.* 25. *de regul. cap.* 6. in praxi obseruatur, vt non amplius inquiratur, póst factum scrutinium quænam suffragiorum pars sit sanior, sed tantummodo maior, seu eorum minor numerus respiciatur, cum in hunc sensum maior pars Capituli ipsius sanior præsumatur.

35 † Si persona electa non sit clare indignior, aut actus resolutus perperam decretus nimis, vt docuerunt Franc. Marc. *in delphin. decis. lib.* 1. *num.* 3. *decis.* 782. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 13. Sigismundus à Bononia *de elect. dubio* 38. Barbosa *dict. cap.* 38. *num.* 8. & alibi, Iulius Labor. *var. lucubrat. tit.* 4. *lib.* 19. *de elect. n.* 89. Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 6. *numero* 21. Rota *in nullius, seu Pampilonen. Canonicatus de Roncesf. Vallesf.* 12. *Maij* 1628. *coram Dunnoceto.*

36 Quod si desideres scire, in quibus alias Capitularibus de iure sanior pars in minori parte votantium inueniretur, breuiter respondetur; in his enim saluari, de quibus habetur, vt sint magnæ authoritatis intra Capitulum, vt sunt illi, qui nimia prudentia pollent, quærentes vtique veritatem, & qui prætendunt potius vtiliora Capitulo,

37 quam sibimet. † Et propter istos potuerunt Genuens. *in practicabil. quæst.* 239. Barbosa *de Canonicis q.* 27. *n.* 30. mouere quæstionem illam, [an scilicet propter interesse Ecclesiæ, possit Canonicus magnæ authoritatis, & prudentiæ compelli ad dandam vocem in Capitulo per se ipsum, & non per Procuratorem?] Et licet resoluant pro negatiua dicendo, vt possint Canonici dare vocem in Capitulo per Procuratorem in omnibus negotiis peragendis, excepta electione, *cap. quia propter.* §. *illud de elect.* de cuius formulario veteri, & nouiori ibi dixi *sub* §. *electiones & per quatuor quæstiones.* †

38 Tamen idem Genuens. credit sine peccato Canonicum Cathedralis Ecclesiæ à Capitulo abesse non posse cum periculo alicuius damni Ecclesiæ; quod sic teneo per dicta hic *sub q.* 33. & per notata *q.* 34. & 35. per

39 resoluta *infra q. fin.* † Tum quia, vt iam ibi notaui, & *sub hac quæstione de iure*, quandoque minor pars vincebat maiorem, vti etiam nunc exemplificatur, vti quando maior in pœnam priuationis ob culpam aliquam incidisset, vt refert Barbosa *de Canonicis cap.* 38. *n.* 14. per textum *in cap. bona el.* 1. *cap. cum nobis de elect.* Vbi plenè DD. & nos aliqua.

QVÆSTIO VI.

An Episcopus valeat conuocare Capitulares, vt se congregent, quando eis aliquid proponere velit? Et an possit illos cogere ad declarandum sibi quæ negotia ab ipsis sint in Capitulo tractanda? Vel vt sibi præstent copiam actorum? Et an Episcopus, vel eius Vicarius possint interuenire in actibus Capitularibus vna cum Canonicis? Et an in negotiis agendis per Episcopum cum consensu Capituli, vox Episcopi cum vno, vel duobus Canonicis faciat maiorem partem, & sit attendenda, qualiter exemplificetur? Et sic, an si contingat in electionibus Canonicis, vt Doctoralis, & Magistralium, aut aliis tractatibus, in quibus Episcopus habet suffragari, & vnus Canonicus, quod votantes in duas æquales partes, diuidantur, præcellat ea votantium pars, cui adhæret Episcopi votum? Et an dictum *q.* 36. de duabus partibus Canonicorum, necessario præsentiam facturis in actibus Capitularibus, practicetur in omnibus negotiis?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest suum Capitulum conuocare, vt se Capitulariter congreget, in spectantibus ad Dignitatem Episcopalem.*

2 *Episcopus, vel eius Vicarius Canonicus potest interuenire in actibus Capitulari-*

*bus, si non agatur de proprio interesse, & n.*14.

3 *Decanus, seu alius Præses possunt conuocare Capitulum in diebus solitis, aut extraordinariis, si opus sit, dum hora Canonicæ non impediantur, &* numero 8.

4 *Episcopus nequit impedire, vt congregentur Canonici in Aula Capitulari ad tractanda negotia.*

5 *Canonici considerati, vt collegium, faciunt corpus sine Episcopo.*

6 *Decanus semper intelligitur quandocumque fit mentio, de Capitulo. Et quare n.*7.

7 *Decanatus Dignitas inter alias splendescit.*

8 *Decanus, seu Præses tenetur congregare Capitulum, quoties instatur per Canonicos, aut quando seruitio Ecclesiæ expediri videbitur.*

9 *Decanus valet sine licentia Episcopi congregare Capitulum, si sine ea solent congregari.*

10 *Episcopus quando potest cogere ad congregandum Capitulum, debet illos relinquere solos.*

11 *Episcopus nequit cogere Capitulares, vt sibi declarent negotia tractata intra Capitulum.*

12 *Episcopus, & si habeat facultatem congregandi Capitulum, sed non in propria domo, sed in loco alias solito, vt sacristia.*

13 *Episcopus valet Canonicos compellere, vt sibi præstent copiam actorum Capitularium.*

15 *Episcopi vox, tanquam talis, valet tantum, sicut alias vox integri Capituli, nisi excipiatur, vt* infrà à n. 14. *secus si, vt Canonicus interueniat. Vide* à n.16.18. & 19.

16 *Episcopus titularis Tantum, qui vt Canonicus alterius Ecclesiæ intrat in Capitulo habet eam vocem, ac quilibet alius, & si magis ponderatiuam.*

17 *Episcopus Titularis vtitur Rocheto, & aliis insigniis, & præcedit aliis in sessione.*

18 *Episcopus in conferendis Prabendis simultaneè, habet tantam vocem, quantam ex alia parte integrum Capitulum, si Episcopo de iure speciali ius eligendi ad Episcopum, & Capitulum spectet simul,* num.19. *non sic si de iure communi* numero 20. *quod impugnatur,* n. 21. & 22.

21 *Papa legitimè prouidet quando Episcopus, & Capitulum sese impediunt in prouisione simultanea.*

22 *Episcopus, vt caput, & Capitulum, vt membra constituunt in Ecclesia vnum corpus.*

23 *Episcopus prouidet in Cathedralibus Dignitates, & si vna cum Canonicis alias Prabendas prouideat.*

24 *Episcopi hodie in electione Doctoralis, Magistralis, & Canonia Scripturæ, ac Pœnitentiariæ, & si intret ad votandum, vt talis, non habet, nisi vnam tantum vocem, qualem quilibet alius Canonicus, &* n.25.

25 *Episcopus solebat in mensibus ordinariis prouidere Canoniam Sacræ Scripturæ, hodie non, nisi Capitulariter in Regnis Castellæ, Legion. & aliis nostræ coronæ, vt* num. 26. *idem de pœnitentiaria, vt* à n. 27.

27 *Pœnitentiaria in Cathedralibus, qualiter olim prouidebatur, qualiter hodie* n....

28 *Episcopus in electione Prabendarum de Officio, non habet præeminentiam in suo loco, & quid practicetur in æqualitate votorum?* remissiuè.

29 *Maior pars in negotiis leuibus tractandis, solet inter Canonicos practicari, si v. g. in Capitulo, ex omnibus tantum tertia pars inuenitur, & illorum maior pars aliquid decernat, sedendo, aut stando, etiam extra Capitulum in aliqua Ecclesiæ parte, &* num. 30.

30 *Maior pars ex duabus congregatis, nonnisi in grauioribus prærequiritur.*

AD primam quæstionis partem, Laconicè respondetur, vt possit Episcopus suum Capitulum conuocare, quando Canonicis aliquid deliberandum proponere vult, sed hoc non semper, nisi tantum in spectantibus ad Episcopalem Dignitatem, in quibus ipse iudex esse potest, non vero in aliis, & audire vota Canonicorum, ac concludere iuxta maiorem partem suffragiorum, dummodo res, de qua agitur ad suum, vel suorum commodum non spectet: sic refert decisum Armendarez *in addit. ad recopil. leg.* Nauarræ *l.7. lib. 2. tit. 18. Episcopis numer.* 95. Barbosa *de Canonic. cap.* 35. *numero* 7. † Vbi *numero* 8. refert sequentem Sacr. Congreg. Concilij censuram de die 2. Martij 1619. ibi censuit, quod Episcopus, vel eius Vicarius Canonicus potest interuenire in actibus 1 2

actibus Capitularibus; dummodo non agatur de interesse suo non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

3 Et quia in aliis vtique negotiis tangentibus ad Capitulum, ea facultas moneat penes Præsidentem Capitularem, Decanum, scilicet aut alium antiquiorem Præbendatum conuocandi Capitulum, vel in diebus solitis in quaque septimana, quales sunt feriæ 2. & feriæ 6. nisi contingat necessitas, nam tunc illos conuocare valebit, in qualibet alia die, horis solitis; dummodo horæ Canonicæ non impe-
4 diantur psalli. † Ideo non erit in facultate Episcopi illos ad se se congregandos
5 impedire. † Quia sicut iam supra in princip. secundi tractatus dictum fuit Canonicos cuiusuis Ecclesiæ bipartito cerni, & considerari possunt vno modo, in quantum repræsentant illam Ecclesiam Cathedralem, & tunc non poterunt vnum corpus constituere sine Episcopo, quorum ipse caput est, de quo non est hic sermo, sed de alio inquam modo, quando considerantur Canonici, vt Capitulum, seu Collegium; nam in hoc casu, etiam si Episcopus non interueniat, erunt, & sunt vnum corpus iuxta iura expressa *in cap. Capitulum Sanctæ Crucis de rescript. cap. dilecta de excessibus Prælator.* cum tunc Episcopus, non sit Capituli pars, vt probat textus *in cap. irrefragabili vers. excessus de excessibus Prælat.* adnotauit Abbas *in cap. eam te de rescript. num.* 3. Anguian. *de legibus lib.* 2. *cont.* 4. *num.* 4. de primo casu loquuntur Doctores per verba textus *in cap. requisisti de testam. ibi Apostoli coniugio copulatus.*

6 Hinc inquam prouenit vt quandocumque Capituli mentio fiat, debeat comprehendi Decanus; quippe quod de Capitulo existit, & sub nomine Capituli tamquam pars sub toto inuoluatur, & contineatur, vt voluit glossa *in cap. cum inter vniuersas* 18. *de elect. & glossa verbo nullatenus* per textum *ibi in cap. post electionem de concess. Præbenda*, nec necessium esse, ait Barbosa *de Can. cap.* 42. *sub num.* 26. *vers. hinc etiam de iure Eccles. cap.* 30. *p.* 1. *eodem num. & vers.* Vt Decani mentio fiat, ad hoc, vt censeatur comprehensus sub nomine Capituli. †

7 Cum negare non possit fulgere, & coruscare, seu splendescere inter alios Dignitatem Decanatus, vt pote quæ dignior, & nobilior est, teste Cassaneo *in Catalogo gloriæ mundi p.* 4. *consid*-
erat. 37. Boër. *de authoritate magn. Concilij à num.* 71. iunctis his, de quibus Barbosa late egit *eodem tract. de Canonic. cap.* 7. & nos *sub cap.* 1. *de ætate, & qualit. ordinandorum*, & alibi optime, dixit etiam legendus Andian. *dict. tract. de legib. lib.* 2. *contr.* 4. *n.* 5.

Itaque Decanus, cuius solet præcipua esse cura in Cathedrali, siue Præses Capituli, tenebitur quoties instabitur per Canonicos, aut quandocumque seruitio Ecclesiæ sibi expediri videbitur Capitulum conuocare, vt censuit Sacra Congreg. negotiis Episcopor. & regular. præposita *in vna Pisaua sub die* 6. *Octob.* 1617. non ad sui libitum, sed temporibus, vt dictum est, consuetis, Raguz. *de voce Canonic. in Capit. quæst.* 21. *num.* 1. 8

† Nec ad sic congregandum Capitulum, licentiam Episcopi desiderari, si absque ea congregari soleat; decreuit Sacra Congregatio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita 20. Augusti 1601. Vt sequitur Barbosa *dicto cap.* 35. *de Canonic. n.* 1. & 4. 9

Notandum vero est, vt quamuis sicut dictum est *numero* 1. Vbi de suo, vel suorum commodo agitur, possit Episcopus Capitulum congregare, & rem proponere; debet tamen relinquere Canonicos solos, vt ipsi libere rem discutiant, & determineunt, sicut resoluunt Hieronym. Venerus *in examine Episcoporum lib.* 4. *cap.* 29. *à numero* 37. Barbosa *supra numero* 9. quia hoc in casu, nullam eum habere vocem decisiuam, contendunt dict. Venerus *supra numero* 4. Galet. *in Margarita casuum conscientiæ verb. Episcopus ante penult.* Armendar *in dicta l.* 7. *de Episcopis num.* 84. 10

Ad secundam partem ex dictis infertur, vt quamuis detur in Episcopis facultas dandi Canonicis licentiam ad se congregandum, non inde sequi, vt possit illos cogere ad sibi declarandum quæ negotia in Capitulo proponere velint: sic declarauit eadem congregatio negot. Episcopor. & regular. præposita 25. Februarij 1603. & fulcitur. 11

Quod si Episcopus habeat controuersiam cum Capitulo, non poterit domi suæ illud congregare; debet enim ad Aulam Capitularem accedere, in qua solitum est Capitulum semper conueniri: ita Venerus *dict. cap.* 29. *n.* 41. Riccius *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *decis.* 286. Armendarez *ad leg.* 7. Nauarræ *tit. de Episcopis numero* 96. & addit Barbosa *dicto cap.* 35. 12

de Canonicis n. 11. nec in aliquo casu posse Canonicos adstringere, vt domi suæ Capitulum conuocent, si fuerit solitum, vt fiat in Sacristia, vel alio Ecclesiæ loco, vt censuit Sacra Congregat. negotiis Episcopor. & regular. præposita sub die 1. Februarij 1583.

13 Ad aliud inquam dicendum est, vt possit compellere pœnis, & censuris, vt sibi Canonici præstent copiam actorum Capitularium, vt censuit eadem Sacra Congreg. *sub die 6. Martij & 22. Aprilis* 1569. Barbosa *dicto cap.* 35. *n.* 5. *in fine*, ad quæ conducunt plura, quæ de exhibendis instrumentis dixi *sub cap.* 1. *de prob.*

14 Ad tertiam quæstionis partem, an Episcopus, vel eius Vicarius possint interuenire vna cum Canonicis in actibus Capitularibus iam hic dictis, & affirmatur iuxta decisionem Sacræ Cong. Concilij iam *sub num.* 1. relatam, & iuxta doctrinam ibi positam.

15 Ad quartam quæstionis partem, an in negotiis agendis per Episcopum cum consensu Capituli, vox Episcopi cum vno, vel duobus ex Canonicis præualeat? In quo dubio distinguendum esse putarunt Hostiens. *in cap. postulastis de concess. Preb.* & post longam disputationem Marc. Anton. Genuens. *in pract. Ecclesiast. q.* 643. Barbosa ipsos referens de Canonicis *dicto cap.* 42. *sub n.* 25. *vers. an in negotiis*, idem *sub eodem n. & vers. de iure Eccles. dicto cap.* 30. *p.* 1. nempe inter Episcopum, qui interest Capitulo, vt Canonicus, & inter illum, qui interest tanquam Prælatus, vt in primo casu respectu numeri, non sit maioris authoritatis, quam sint voces aliorum, sed æqualem esse cum aliis, & censeri vnicam; in secundo autem casu, tantum valere, eius vocem solam, quemadmodum omnes voces totius Capituli per se, & sic vt censeatur habere Episcopus dimidiam partem, tenuit Cardosus *in praxi iudicum verb. Capitulum n.* 14.

16 Hæc ergo doctrina vera est, sed eget exemplis, vt verificetur in vtraque distinctione, eo quod Canonici, & Capitula, si veniat Episcopus ad votandum, cum aliter nolint admittere, nisi, vt vnum Canonicum suffragium dantem absque vlla præcedentia ad constituendam votorum maiorem partem, cum si loquamur, non in Episcopo proprio, sed tantum titulari, qualis v.g. dicitur in Ecclesia compostellana Episcopus Brusicæ in partibus infidelium obtinente in illa Ecclesia Canonicatum; videtur dicendum cum Veneto *de examine Episcopor. dict. cap.* 29. *n.* 30. quod & si talis Episcopus in Capitulo intrans habeat vnum suffragium, sicut vnus de Capitulo, tamen magis ponderatiuum propter eius authoritatem. De quo 17 etiam titulari dicitur in dict. declar. Sacræ Congreg. ratione Episcopatus posse vti, debereque habitu ordinario, quo vtuntur Episcopi in Romana Curia; id est Rocheto supra Subtana, & Manteleto violacei coloris, & debere præcedere omnibus aliis Canonicis eiusdem Ecclesiæ, & sedere in primo stallo, vltra omnes, vt fit, & seruatur Romæ simili casu, veniente in tribus Ecclesiis Patriarchalibus S. Ioannis, S. Petri, & Sanctæ Mariæ maioris; & sic declarauit & in Ecclesia dicta Compostellana seruari mandauit sub die 11. Iulij 1617. Vt dicit sic obseruari Sigismund. Scaccia *de appell. in dictis prædictis Patriarchalibus quæst.* 8. *num.* 60. *in fine*, refert Barbosa *dicto cap.* 26. *num.* 4. qui & *sub num.* 5. alias adducit clariores, vnam 13. Nouemb. 1621. in vna Calaritanæ in Sardania, in qua censuit: [Episcopo titulari, qui in Calaritana Ecclesia Canonicatum obtinet in choro, Capitulo, & processionibus, aliisque actibus supra omnes eiusdem Ecclesiæ Dignitates, & Canonicos præcedentiam competere.] Et in alia Congreg. Concil. in Florent. 24. Iulij 1632. ibi: [Declarauit Episcopum titularem habentem in Cathedrali, subesse cum aliis Canonicis visitationi sui Episcopi.]

Et quoad vnam partem distinctionis; 18 nempe vt quando assistit Episcopus, vt Prælatus habeat per se tantam vocem, qualem habent ex alio latere omnes Canonici, exemplificatur in conferendis Canonicatibus, aut aliis Dignitatibus, siue beneficiis Cathedralis Ecclesiæ simultaneè, in quibus tantam habet potestatem solus Episcopus, quantam omne Canonicorum collegium, & ècontra, vt docent DD. ex doctrina textus *in l. Titio, & hæredibus ff. de vsufructu, l. mulierum liberis ff. de hæredib. instit.* Selua *de benefic. p.* 2. *quæst.* 17. *num.* 9. Rota *decis.* 783. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancel. glossa* 45. *à num.* 51. Nicolaüs Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 28. Lotherius *de re benef. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 39. ergo si dicta de titulari Episcopo ita præcellunt cæteros confratres, Dignitates, & Canonicos, quid mirum, vt magis elucescant in Episcopo proprio eiusdem Cathedralis Ecclesiæ.

Tamen

19 Tamen in hoc vltimo Rota *in vna Cæsar-Augustana electionis*, 20. *Martij* 1623. *coram Coccino*, censuit opinionem adductam Hostiens. *in dict. cap. postulastis de concess. Preb.* tenentis tantam esse vocem Episcopi, vel alterius Prælati, quantam solius Capituli, habere locum, quando de iure speciali ius eligendi spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, vel ad Prælatum, & Capitulum.

20 † Non ita, quando de iure communi electio spectat ad Prælatum, & Capitulum simul, quia tunc vox Prælati computatur pro vna voce, vt tenuerunt Collect. *in dicto postulastis, n.* 5. Abbas *num.* 14. Imola. *num.* 15. *vers. quod tamen an sit verum*, Ancharran. *n.* 9. *vers. contrarium determinat ipse* Cardinalis *n.* 5. Ioan. Andr. *nu.* 10. & latissimè *in cap. penult. de appell.* Federic. de Senis, *cons.* 1. *ex num.* 7. Abbas *cons.* 37. *num.* 2. *in fine*, & *num.* 3. *p.* 2. & refert sic decisum Barbosa *de Canonic. cap.* 14. *num.* 8. *in Placentina voti* 26. *Aprilis*, 1599. & 6. *Nouemb.* 1600. & 16. *Decemb.* 1604. *coram Pena.*

21 Sed quia idem Gonzalez. *dicta glossa* 45. *n.* 58. Garcia *dicta p.* 5. *cap.* 4. *à num.* 29. & 33. legendus, quos videtur sequi idem Barbosa, *dicto cap.* 14. *n.* 9. & 10. dicunt quod si Episcopus conferat vni, & Capitulum alteri, neutra collatio valeat, quia ad inuicem se impediunt; & sic Garcia ostendit ex multis Sacræ Rotæ decisionibus, quod cum neutra collatio valeat, si Papa prouideat tertio, etiam sequenti die, ille dicatur habere potius ius, & quod eius prouisio sit bona, vt referunt idem Gonzalez, & Barbosa, plures prouisiones sic factas à Papa

22 effectum habuisse. † Ergo cum de iure communi, & communi Doctorum sententia, prouisio Præbendarum, Dignitatum, & Canonicatuum simultaneè pertineant ad Episcopum, & Capitulum, quia Episcopi vti caput, & Canonici vti membra, constituunt in Ecclesia vnum corpus, *ex cap. nouit. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.* vti Doctores docent *per glos. in cap. cum Ecclesia Vulterana. de elect. verbo postulauit.* & *in cap. fin. de supplenda neglig. Prael. verbo communiter*, quos congerit ibi Barbosa, & *in dicto cap.* 14. *de Canon. nu.* 2. plures addneens decisiones, & declarationes; sic vt vno eorum impedito (id est Episcopo, aut Capitulo) alter solus conferat, vt dixerunt, etiam Flamin. Paris. *de resignat. beneficior. lib.* 7. *q.* 23. *nu.* 39. Cardinal. Tusch. *tom.* 3. *litt. E, conclus.* 162. Oldradus, *cons.* 200. *principium*, Federic. de Senis *cons.* 1. *n.* 7. *vers. præterea*; sequitur relatam distinctionem de iure speciali competere Episcopo vnam vocem integram, non quando electio ad eum, & Capitulum spectat de iure communi, non esse integram; præcipuè si consideremus iam nunc in pluribus Cathedralibus Ecclesiis Episcopum sine Capitulo per se solum prouidere Canonicatus, vt in hac alma Austuricens. nobis competit; imo idem Nicolaus refert. *dict. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 27. quem sequitur idem Barbosa *dicto cap.* 14. *n.* 5. in multis Ecclesiis Hispaniæ. † Quamuis in Præbendis Capitula habeant collationem cum Episcopo; 23
in prouisione tamen Dignitatum nihil habere, sed ad solum Episcopum spectare, vt in Ecclesia Burgen. Segouien. Carthagin. & Abulens. postea, etiam referunt Lotter. *de re benefic. dict. p.* 2. *q.* 21. *n.* 19. Theodos. de Rub. *in singul. Rotæ tom.* 2. *pag.* 2. *circa stylum* 77. *pag.* 25.

Et hanc partem, vt potius Episcopus, si 24
tanquam Prælatus assistat ad prouisionem Canonicatuum, quod tantum simplicem vocem habeat vnius voti, qualem habet quilibet alius Canonicus de Capitulo iure singulari, contra Episcopos stabilitum esse patet ex Bullis electionum, quæ fiunt in Cathedralibus de Canoniis Doctorali, Magistrali, alterius etiam Sacræ Scripturæ, & Pænitentiariæ. Nam de primis duabus Doctorali, scilicet, & Magistrali iuxta formularium à Pontificibus Sixto IV. sub data Calend. Decemb. anni 1474. & Leonis X. per suum motum proprium. *cum dudum.* sub data Calend. Aprilis, 1520. quas Bullas, & earum litteram referendo, longe explanant Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. glossa* 9. §. 2. latissimè Nicolaus Garcia omnino videndus, *de benefic. dict. p.* 5. *cap.* 4. *à n.* 167. per plures alios D. Ioan. de Solorzano. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *à n.* 41. Machado *de perfecto confess. lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 1. *docum.* 5. *n.* 3. patet singulariter ad tollenda dubia expressum fuisse prouisionem faciendam esse per Episcopum, & Capitulum, computato scilicet voto Episcopi pro vno in *ver. sequenti*, dictæ Bullæ Sixti, quæ incipit *Sixtus.*

Quod inquam etiam practicatur hodie 25
in prouisione, ac electione Præbendæ Theologalis, quæ communiter appellatur Sacræ Scripturæ iuxta Sacri Concil. Trid. decretum erectæ, vt refertur *sess.* 5. *cap.* 1. de quo latè plura dixerunt Zerola *in praxi fori Episcop. p.* 1. *verbo. Prabenda Theologalis*, Homobon. de bonis *de humana vita statibus, cap.* 11. *in princip.* & Nicol. Garcia *de benefic. dict. p.* 5. *cap.* 4. *à n.* 51. Moneta *de distribut. p.* 2. *q.* 10. & *de commutat. vltimar. volunt.*

lunt. cap. 10. *à n.* 191. Machado *de perfecto confes. lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 5. *docum.* 6. Barbosa præter relata *in Bullario, & decisionibus Apostol. verbo Canonicus Magistralis, & in dicto cap. Trid.* vbi Farin. & Marcilla, ipse *de Canonicis, cap.* 27. *& in pastorali p.* 3. *alleg.* 56. de cuius prouisione habetur iure communi, & Concilij, vt solus Episcopus illam prouideat, si vacet in mensibus suis ordinariis; sin autem in Apostolicis Pontifex, vt referunt Garcia *dicto cap.* 4. *n.* 162. *&* 164. Gonzalez, *glossa* 9. §. 2. *nu.* 83. idem Barbosa *dicta alleg.* 56. *nu.* 4. *& de Canonic. dict. cap.* 27. *à n.* 12. qui *nu.* 17. cum eodem Gonz. *dicto* §. 2.
26 *glossa* 9. *n.* 80. & Garcia *dicto cap.* 4. *n.* 165.† Dicit iam hodie in Regnis Castellæ, & Legion. Canonicatus, & Præbendas Theologales Sacræ Scripturæ in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & nonnullis Collegiatis prouideri ab Episcopis per concursum in quibuscumque mensibus vacent indifferenter, ac si essent Præbendæ Magistrales, & Doctorales, & non conferri a Sede Apostolica, sicut cætera beneficia; & sic idem Garcia *dicto cap.* 4. *n.* 167. subdit de hoc forsan esse aliquod indultum Apostolicum, quia aliter non seruaretur.

27 Et maximè confirmatur vlterius ex electione, & prouisione Prębendæ Pænitētiariæ in Cathedralibus, quæ cum esset erecta per Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 8. de cuius exercitio tractant ibi adducti à Barbosa; item *sub cap.* 26. *de Canonicis*, de quo etiam dixi alibi; ac de iure Pœnitentiarij institutio, & electio personæ ad solum Episcopum absque consensu Capituli pertineret, quando Præbenda vacaret in mense ordinario, ad Papam, si in mense Apostolico; sic vt Capitulum nequiret se intromittere in electione Pænitentiarij, licet collatio ad ipsum spectaret, quamuis Episcopus esset absens, qui de iure, vbi fuerit, poterat illum eligere, sicut in nonnullis Cathedralibus extra hoc Regnum practicatur hodie, de quo latè Nicol. Garcia, *dicta p.* 5. *cap.* 4. *n.* 138. Flamin. Paris. *de confiden. q.* 45. *nu.* 17. Mantica *decis.* 56. Gonz. *in reg.* 8. *Cancel. glossa* 9. §. 2. *à n.* 84. Zeballos *comm. contr. q.* 897. *n.* 288. Zerola, Riccius, Armendar. & alij, quos refert idem Barbosa *in dicto cap.* 8. *Trid. & in dicto cap.* 26. *de Canon.* Sed iam hodie indulto, ac Bulla Greg. 15. quam ad litteram refert idem Barbosa *dicto cap.* 26. in Regnis nostris Castellæ, & Legion. cuius data anni 1621. incipit *supremæ dispositionis* intra sermones per Ordinarios, & Capitula prouideri iuxta formularium in vocatione oppositorum, & editorum fixatione, vt cæteræ Præbendæ Doctorales, Magistrales, & Theologales, prouidentur, reseruando Bullarum expeditionem summo Pontifici; si contingat vacare in mensibus Apostolicis, quod audio etiam à Capitulis non obseruari nonnullis, cum absque tali expeditione conferant, mittantque in possessionem illlico electum; sed num bene, & securè, dubito nunc, ergo.

28 Ex quibus concluditur non habere in his Præbendis Episcopum præeminentiam in suo voto, quia si ita esset non exigeretur in dictis Bullis Sixti, & Leonis, vt in æqualitate votorum hinc inde pro duobus ex oppositoribus prætendentibus deueniretur ad sortes, vt practicabatur quotidie, vel ad qualitates vulgo *delos empatados*; & sic vt melius fieret, & sine laboribus, ac expensis vulgo *delos empatados*, iam hodie statutum est, vt qui excedit in annis eligatur Canonicè, vt dixi *vbi supra*.

29 Ad vltimam quæstionis partem an dictum scilicet *q.* 36. *præcedenti*, de duabus saltim partibus Canonicorum Congregandis in Capitulo, prærequiratur etiam, cum negotia inibi tractanda fuerint mediocria, siue leuia; in quo casu, vt percepi ex vsu, & practica plurimarum Cathedralium, non requiri existimo, cum sæpius etiam viderim, tam in hac Alma, cum essem Canonicus Doctoralis, quam in Vallisoletana, quando eram Canonicus Pænitentiarius; quod si nouem, aut decem inuenirentur, quæ erat tertia pars vna ex tribus, etiam nec sedendo in Capitulo, sed stantes in corpore Ecclesiæ in claustro, aut sacristia, seu qualibet alia Capella, aut in choro, si non celebrarentur pro tunc officia Diuina, tunc quod maior pars ex Congregatis in voto esset, exequeretur, veluti si v.g. decerneretur super inuisendo aliquo Principe, Præside, Prælato, vel in alio quouis negotio parui momenti; & iuxta hoc intelligi debet dictum Andreæ Valens. *in Rub. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.* Vbi Zyp. *num.* 1. nempè iu Collegiis passim obtinuisse, vt quod maior uumerus, non respectu totius, sed minoris partis, decreuerit, ratum sit, plenumque habere vigorem, quamuis in electione Monialium, aliud sequuta esset Congregatio.

30 Quod si intelligantur Valens. & Zyp. loqui de præscripto in regula, de qua *dict. qu.* 36. est dictum; in terminis ad nostrum casum inuenio Mohedan. *decis.* 1. *de rebus Ecclesiæ non alien.* & cum eo Riccio *col.* 981. *ad textum in l. planè ff. quod cuiusque vniuersit.* referre decisum per Rotam solemnitatem

tem præerequisitam duarum partium, de qua *in dicta qu.* 36. non nisi in grauioribus negotiis necessariam esse notanter, sic aduertendo ad textum *in dicto cap. quanto. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.*

QVÆSTIO VII.

Capitulum an ex sola Canonicorum Congregatione componatur? Et an Canonici necessario conuocandi sint, vt ad Congregationem Capitularē pro negotiis agendis perueniant? Quando excusentur venire ad Capitulum, etsi citati sint? Capitulum, an possit facere statutum inducens nullitatem electionis ex defectu aliquorum non vocatorum? Et an in electionibus, in quibus requiritur Episcopi confirmatio, habeat Episcopus tantam vocem, quantam Capitulum? Et an voces duas habeat, qui ex legitimo titulo habet in eadem Ecclesia duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem? Et an Episcopus cum consensu Capituli statuere possit, vt aliquid minimum soluatur in ingressu Canonicorum? Vel an consuetudine id induci valeat?

SVMMARIVM.

1 *Canonici soli habent votare in Capitulo, non Dignitates, si Canonicatum non habeant.*

2 *Dignitates non sunt de Capitulo, nisi in earum electione exprimatur.*

3 *Capituli appellatione soli Canonici continentur.*

4 *Canonicorum mentione venit Capitulum Ecclesiæ, cui inseruiunt.*

5 *Legata Canonicis indefinite relicta, debentur Capitulo Canonicorum, vt Collegio, non singularibus. Et qualiter inter illos diuidantur?* n.6. & 7.

7 *Legata debebuntur Canonicis, vt singulis, si vt tales fuerint contemplati.*

8 *Canonici omnes, qui sunt præsentes in loco, vocandi sunt ad votandum, & si absentes sint, per literas, vel Nuncium, aut aliter singulariter, si absentia non est affectata,* vt n.9. & 10.

10 *Canonici absentes in tribus tantum casibus sunt vocandi, & in aliis si graues sint.*

11 *Canonici aliquoties legitimè, etsi citati excusantur venire ad Capitulum, &* sub n.12. & 13.

12 *Canonicus, qui est in probatione habitus regularis, excusatur à Capitulo.*

13 *Canonici legitimè excusantur à Capitulo, quando peruersè, tam Præses Capituli, quam alij sese habent in illo.*

14 *Capitulum nequit facere statutum annullans electionem ex defectu non vocatorum.*

15 *Episcopus in electionibus, in quibus eius confirmatio requiritur, non habet vocem, quantam Canonici, &* n.16.

16 *Episcopus non valet confirmare actum à se factum.*

17 *Præbendas duas habens, nequit duplicem vocem habere in Capitulo de iure, sed non vsitatur vt* sub n.18.

18 *Ius vnumquodque remanet, quoties duo iura sunt in eadem persona.*

19 *Episcopus cum Capitulo nequit statuere, vt aliquid detur in receptione alicuius Canonici, nec vt promittatur, si cadat in vtilitatem singulorum, vt* nu. 21. & 22. & n.25.26. & 27. *fallit* n.28.

20 *Episcopis non licet quidquam capere pro collatione Canonicatus.*

22 *Consuetudo donandi aliquid in ingressu Canonicatus, est improbata, &* n.24. *sed non omnis improbatur vt* à n.25.

23 *Dulciaria multa, sunt de genere prohibitorum, etiam in admissione Canonicatus.*

25 *Consuetudo dandi aliquid in admissione Canonicatus, si adiudicetur tantum fabricæ, & non singulis toleratur, &* n.26.

27 *Consuetudines dandi aliquid, etiam pro restauratione, aut reparatione mensæ Capitularis, laudabiles non sunt, si id cederet in vtilitatem singulorum.*

28 *Constitutio ab Episcopo facta, & Capitulo, vt detur seruitoribus Capituli in admissione*

sione Canonici noui, non toleratur, secus si conuerteretur in vsum fabricæ.

1 AD primam quæstionis partem, quia
de iure ad solos Canonicos; non vero
ad dignitates, si Canonicali Præbenda ca-
reant, pertinet votare in Capitulo, Abbas
in cap. 1 *num.* 13. *& in cap. rescriptum num.* 4.
& in cap. cum inter notab. 1. *de elect.* Azor. *in-
stit. mor. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *q.* 18. *vers. quares*,
Ragucius *de voce Canonicor. in capit.* Sera-
2 phin. *decis.* 98. *n.* 1. † Vbi quod de iure com-
muni Dignitates non sunt de Capitulo,
nisi in ipsarum electione exprimatur con-
cessio, vel si statuto, aut consuetudine Ec-
clesiæ disponatur, quod sint de Capitulo,
Theodos. de Rubeis, *in singul. Rota. tom.* 2.
p. 2. *circa stylum verbo. Capitulum*, §. 1. *pag.*
29. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 15. *à nu.* 21.
Rota *in Hispalen. praeminent.* 4. *Iuly* 1625.
3 *coram Coccino Decano.* † Ideo rectè præci-
tati, & Abbas *in dicto cap. scriptum* dixerunt
Capituli appellatione, solos Canonicos
contineri, Cauelarius *decis.* 57. *num.* 3. cum
solis à Canonicis constituatur Compostel.
in cap..... *n.* 4. *vers. numquid de elect.* Verall.
decis. 84. *p.* 1. Rota *decis.* 708. *p.* 2. *recent.* Bar-
bosa *de Canonicis cap.* 37. *nu.* 14. *&* 15. *& in
pastor. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 18.

4 Vnde infertur, vt cum mentio de Ca-
nonicis fit alicuius Ecclesiæ Cathedralis,
vel Collegiatæ, venit Capitulum eiusdem
Ecclesiæ, quod repræsentatur ex Cano-
nicis.

5 Et sic legata facta Canonicis indefinite,
vel generaliter, censeri relicta in dubio
Capitulo Canonicorum, tanquam Capitu-
lo scilicet, & Collegio; non autem & singu-
laribus personis, Ripa *in cap. cum M. ferrar.
num.* 11 *post princ. vers. contra illud notabile
de constit.* Menochius *de præsumpt. lib.* 4. *præ-
sumpt.* 113. *n.* 6. Steph. Gratian. *discept. forens.
tom.* 4. *cap.* 533. *à num.* 15. Casaneus, *cons.* 44.
6 *nu.* 20. † Ex quo fluit vt non diuidantur le-
gata sic relicta æqualiter inter omnes Ca-
nonicos, sed iuxta distributionem alias
solitam cuique Canonicatui, pro vt solent
distribui cætera bona ipsius Collegij, dan-
do plus vni Canonico, quam alij, habito
respectu ordinis sacri, seu antiquitatis, vel
alterius qualitatis vniuscuiusque secun-
dum statuta Ecclesiæ, Couar. *in cap. requi-
sisti nu.* 10. *de testam.* Cardinal. Mantica. *de
coniect. vltimar. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 24. *in fi-
ne, vers. vnde puto quæstionem*, Marc. Anton.
Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. capite*
72. *numero* 7. *ad finem*, Zeballos *in pract.
quæstione* 278. *ad med. parte prima* optime,
Anguian. *de legibus libro secundo contr.* 4. *nu.*
19. *&* 20. Steph. Gratian. *dicto cap.* 133.
n. 26.

Quod ego intelligerem, vbi aliter non 7
fit ad liberam inter Canonicos distribu-
tionem æqualiter vnicuique assignando,
vt consuetudo fere omnium Ecclesiarum
obseruat, si Canonici sint in sacris Consti-
tuti, & habiles ad votandum Capitulariter;
& iuxta hunc intellectum debent concipi
Doctores, de quibus idem Gratian. *n.* 18. vt
refert Barbosa *de Canonicis*, *num.* 26. *vers.
cum sit mentio, in fine*, dum dicunt contra-
rium tenentes loqui, quando adessent con-
iecturæ, quod Canonici fuerint contem-
plati, vt singuli, puta si præcesserint me-
rita singulorum, vel quod legata non
possint conuenire ipsi collegio, sed singu-
lis.

Ad secundam quæstionis partem, an 8
Canonici sint vocandi, vt Capitulariter
suffragentur? Et præmissis quæ latè dixi
de hac vocatione, *sub cap. quia propter de
elect.* &c. Et de citatione ad actus Concilij
cuiusque oppidi vulgo *à concejo, sub Rub. &
cap*..... *de causa possess. & propriet.* Ast ego
dico vocandos esse omnes Canonicos, qui
sunt præsentes in loco, & per signa solita,
siue Campanæ, siue viuæ vocis, scilicet per
nuncium, vulgo *el Porsignero* iuxta com-
munem stylum Cathedralium Castellæ,
& Legion. & si absentes sint in prouincia,
per litteras, vel nuncium, secundum Ca-
thedralium consuetudinem, de qua dubito,
& omnes, qui debent, volunt, & possunt,
commodè in Capitulo interesse, vt in ele-
ctionibus, probant DD. per textum *in dicto
cap. quia propter de elect.* † Maximè, quando 9
absentia non est affectata, vel suspecta;
quæ citatio debet fieri singulariter, &
personaliter, si sciatur, vbi degant, &
commode, ac sine periculo fieri possit,
vt DD. docent *per glossam in cap. cum
olim, verbo Hibernia. de dolo, & contum. cap.
venerabilis eod.* Iulius Labor. *Variar. lucu-
brat. tit.* 4. *de elect. cap.* 17. *numero decimo
septimo*, vbi ponit formam vocandi absen-
tes, si in scriptis vocatio facienda esset,
Cuchus *instit. moral. lib.* 4. *tit. de elect. nu-
mero* 60. *&* 61. Sigismund. à Bononia
in tract. de elect. dub. 9. *numero quarto vers.
litteras autem*, Rebuff. *ad leg. absentem*
299. *vers. adhac ff. de verb. signif. & in
compend. alien. numero septuagesimo septimo*,
Turzan. *tom.* 1. *comm. opinion. libro tit.* 5. *nu-
mero primo pag.* 170. Tamburin. *de iure Ab-
bat.*

bus. tom. 1. *disp.* 5. Barbosa *de Canonic.* Vidend.*cap.*39.*à n.* 1. cum Azeuedo, Rendina, Phebos, Cosma, Mantica, Castellin. Miranda, Raguccio, Thusco, Cardoso, Calder. Castrense, Abbate, Felino, & aliis, cum quibus *num.* 1.

10 † Dicit in tribus tantum casibus esse vocandos absentes Canonicos, vt in electionibus iuxta *dict. cap. quia propter*; in receptione Canonicorum, aut collatione beneficiorum: DD. per textum *in cap. cum in Ecclesiis, de Prabend.* Vel si cessare voluerint; prout in casu, *cap. quamuis de officio ordin.* Vel etiam in omnibus arduis similibus, aut etiam maioribus vt dixit Felin. *in cap. cum omnes de const.* quod debet intelligi, vt post. Bertalhin *de Episcopo p.*3.*q.*7. *n.*9. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. q.* 170. pro vt in qualibet Ecclesia consuetudo obseruet, ad alia recurres *ad cap. quapropter*; quare non amplius insistimus: iterum Barbosa *de Canon. cap.*42.*num.*25. *vers. vtrum*, dicens, & in similibus propter grauitatem, debeant vocari quia casus exceptus à regula, extenditur propter identitatem rationis *ex cap. cum dilecta de confirmat. vtili*; & de tribus illis casibus, videnda est glossa *in capite* 2. *de testib. lib.*6.

11 Ad tertiam, quando legitimè excusentur venire ad Capitulum, & si citati sint? Etenim ex multiplici causa id contingit. Primo, quando vocarentur tempore insolito, vel incongruo, Nicolaus Garcia, *de benefic. p.*3.*cap.*2.*n.*577. cum aliis Pauin. *de Potest. Capit. Sede Vacante*, *praludio* 5.*num.*11. cum antiquis DD. Vel quando adesset legitimum impedimentum, aut alias iusta causa ad non assistendum Capitulo, vt poте si detentus infirmitate, aut incarceratus. Item quando, quis abesset à Capitulis in diebus recreationis, quibus potitur, vt etiam absit à choro iuxta statuta & consuetudines quarumlibet Ecclesiarum, cum liceat Capitulari sumere suos dies in diebus Capituli habendi, nisi industria id absentiæ tempus eligeret, quo habendæ sunt huiusmodi Congregationes, Nicolaus Garcia *dicta p.* 3. *cap.* 2. *à numero* 541. qui *numero* 543. testatur sic sibi fuisse responsum à Sacra Congreg. Concil. vti refert ad literam *numero* 559. & quam transcripsit Barbosa *de Canonicis, cap.* 35. *numero* 14. & excusantur quando Canonici non sunt præsentes in loco, nec deseruiunt, Calderin. *consilio* 260. *alias* 4. *de his, qua fiunt à Pralat. in fine. vers. si vero*, Barbosa *de Canonicis cap.*40.*n.*6.

D. Fermosin. de Potest. Cap. Sede Vac.

Item excusant talem assistentiam ad suffragando DD. quando Canonicus esset in probatione habitus, & regulæ in aliquo Monasterio eiusdem etiam ciuitatis, quia ille hac Religionis causa ritè, & rectè, ac legitimè abesse censetur, in tantum, quod nec vocari debeat, vt vocem suam det in electionibus: sic tenet glossa, & DD. per illam in *cap. beneficium de regularibus lib.*6. *verb. conferendum*, vers. *nunquid* Lælius Zechius *de Repub. Eccles. tit. de regularib. cap.*3. *numero* 10. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 1. Barbosa *in pastorali part.* 3. *alleg.* 99. *numero trigesimo primo* Carol. Tobia *in auth. ingressi verbo sua. capite* 2. *numero* 8. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* 12

† Et addit etiam Nicolaus Garcia aliam, nempè veluti si in Capitulis esset tanta peruersio, & procederetur ita malè, & ex abrupto sine lege, ordine, modo, ac cum violentia, & insolentia Præsidentium; tunc enim ordinariè se excusantes non peccare: ita ipse Garcia. *dict. cap.* 2. *num.* 157. Barbosa *de Canonic. in dicto capite* 40. *numero quarto in fine* cum Machado *de perfecto confess. libro* 4. *p.* 4. *tract.* 2. *docum.* 4. *numero secundo.* 13

Ad quartam quæstionis partem, an Capitulum possit facere statutum inducens nullitatem electionis ex defectu aliquorum non vocatorum? & respondetur non posse ex doctrina Abbatis *in dicto capite quia propter de elect. numero duodecimo*, Sigismund. à Bononia *de elect. dub.* 10. *numero quinto*. Iulius Labor. *Variar. lucubrat. de elect. capite* 17. *numero decimo quinto*, non enim in re tam difficili posset statuere sine Episcopo per dicta supra *in tract.* 1. *q*... *& tract.* 2. *q*... *& in hoc tract. de statutis*, quæ prohibentur fieri à Capitulo Canonicorum: quare alia non addimus. 14

Ad quintam quæstionis partem, an in electionibus, in quibus requiritur Prælati confirmatio, habeat Episcopus tantam vocem, quantam Capitulum? Et adiunctis quæ dicta sunt *quæstione trigesima septima, praced. vers. ad quartam*, ac docent Hostiens. *in capite postulastis*, *de concess. Prab.* Rota *decis.* 193. *parte* 2. *numero* 1. *recentissim. in posthum.* Tamen illam doctrinam locum non habere in electionibus, in quibus requiritur eiusdem Episcopi confirmatio, cum simul esse non possit, vt Episcopus eligat, & confirmet, cum ab inferiore procedat electio; 15

Ee Confirma

confirmatio inquam à ſuperiore: ita Abbas
in dicto cap. poſtulaſti numero 11. ibi Butr. ſub
quæſt. 1. ſub numero 8. Imola. num. 13. Cardi-
nalis in 7. oppoſit. Ancharran. numero 5. verſ.
colligere, Hoſtienſ. in ſumma. tit. de elect.
numero 27. & in tit. de confirmat. vtili nu-
mero quinto, Barboſa de Canonicis cap. 38. nu-
mero decimo quinto. † Qui diſtinguendo
16 hunc caſum ab aliis, de quibus dixit in cap.
14. à numero 8. ait, nec valere Epiſcopum
actum à ſe factum eodem iure, quo illum
fecit, confirmare, vt refert Rota in dicta
deciſ. 193. nu. 1. p. 2. in poſthum. Farin. alias 4.
p. recent. & ante illos Butrius in dicto cap. po-
ſtulaſti ſub numero 4. & 5. addes hic quod
dixi tract. 1. q. 24. verſ. ad quartam.
17 Ad ſextam quæſtionis partem, an voces
duas habeat ſuffragandi, qui ex legitimo ti-
tulo habet in Eccleſia duas Præbendas?
Reſpondetur quod qui ex legitimo titulo
habet in eadem Eccleſia duas Præbendas,
vel Præbendã, & Dignitatẽ, queit habere
voces duas; imo vt debeat eas habere in
Capitulo, docent DD. per textum in cap.
cum olim. 12. de ſent. & re iudic. Couar. lib. 3.
variar. cap. 13. numero 6. verſ. & ideo, Hojeda
de incompatibilitate beneficior. 1. p. cap. 12. à
numero 15. & ſaltem, ſtante conſuetudine
admittit Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. qu.
4. numero 14. cenſuit Rota, in Oxioſen. Ca-
nonic. 11. Martij 1619. coram Remboldo,
vbi fuit dictum hanc veriſſimam Docto-
rum ſententiam in generali illa legum diſ-
poſitione fundari.
18 Quod quotieſcumque duorum iura in
vnius perſona reſident, vnumquodque re-
manet illæſum, nec confundi vnius perſo-
næ cum iure alterius, vt per leg. ſi mihi, &
tibi, delegatis 1. tenent Bart. ibi, Iaſon. & alij,
& per l. ſi conſul. ff. de adoption. Bald. num. 3.
Abbas in cap. 1. in princip. de Officio deleg.
Decius in cap. 3. à numero 53. de probation.
ſed quodlibet per ſe conſiderari dicit Bar-
boſa de Canonicis cap. 37. num. 18. ante illum
in l. cum filio. numero 28. ff. de legat. 1. hanc
vero reſolutionem numquam in Eccleſiis
Hiſpaniæ practicatam vidi, nec audiui, &
in hac Alma ego Epiſcopus habeo in ele-
ctionibus Canonicis Doctoralis, Magi-
ſtralis, & Pænitentiariæ votare vna cum
Canonicis, vt Epiſcopus ex Bullis relatis q.
37. præced. ſub verſ. ad quartam, in qua etiam
cum Canonicus, & ſolo vno voto fui fun-
ctus anno præterito, fateor tamen huius
doctrinam immemorem me extitiſſe.
19 Ad ſeptimam quæſtionis partẽ, an Epiſ-
copus ſtatuere poſſit cum Capitulo, vt ali-
quid minimum ſoluatur in receptione ali-
cuius Præbendati, aut conſuetudine, alias
toleretur? Et quo ad primum ex Trid. de-
creto, ſeſſ. 24. de reform. negando reſponde-
tur; eo quod ibi prohibentur, vt in admiſſio-
ne ad poſſeſſionem Canonicatuum, aut
Præbendarum, vel partem prouentuum,
ſeu diſtributiones quotidianas, certæ con-
ditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſo-
lutiones, promiſſiones, compenſationes ſvè
illicitæ; aut etiam quæ in aliquibus Eccle-
ſiis dicuntur turnorum, lucra interponan-
tur. Et poſt modum Pius V. in ſua conſtit.
incipit: durum nimis ſub data pridie Kalen-
dis Iulij 1570. reuocauit priuilegia, & con-
ſuetudines Eccleſiarum aliquid recipiendi
in collatione, ſeu admiſſione ad poſſeſſio-
nem beneficiorum. Vnde Sacra Congreg.
Concilij cenſuit Epiſcopum cum conſenſu Ca-
pituli ſtatuere non poſſe, vt aliquid minimum
ſoluatur pro ingreſſu Canonicorum; & præ-
terea quæ congerunt Barboſa in dicto cap.
14. Trid. Farin. & Marcilla, ex pluribus Do-
ctoribus, docet idem Barboſa de Canonicis
cap. 15. à numero 24. † Referens etiam hoc 20
eſſe prohibitum per dictum Bullam Pij V.
in verbis ſequentibus: non licere Epiſcopis
quidquam ſibi capere pro collatione Canonica-
tus, non obſtante quacumque conſuetudine,
etiam immemorabili. † Et ſic cenſuiſſe con- 21
cludit Barboſa, eandem Sacram Congreg.
Concilij non poſſe cogi nouos Canonicos,
ad quid ſoluendum, etiam ſi conuerti de-
beat in reſtauratione prædiorum, & bo-
norum Capituli, ac ſtet ſtatutum, quando
cadit in vtilitatem ſingulorum.
Et quia de hac materia latiſſimè agunt 22
Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 2.
n. 79. & p. 3. cap. 1. à nu. 2. Zened. ad decretal.
collect. 4. nu. 2. Guttierrez. Canonic. lib. 2. cap.
29. à n. 27. Moneta de diſtribut. quotid. p. 2.
q. 18. à nu. 54. Campanil. in diuerſa iuris Ca-
non. Rub. 11. cap. 27. à nu. 14. Barboſa in dicto
cap. 14. Trid. à num. 1. cum aliis. Ideo nunc
breuitatis cauſa dicimus intantum de iure
verum dici, vt improbatur conſuetudo do-
nãdi aliquid in ingreſſu, & admiſſione ali-
cuius ad Canonicatum; quia eſt ſublata per
d. c. 14. Trid. vt teſtatur reſolutum Armen-
dar. ad recopil. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 18.
l. 7. de Epiſcopis num. 10. reſponſ. 8. pro vt
& illa, ſecundum quam prouiſi ſoluunt
cæteris prandium ex Sacra Congreg. Con-
cilij in Trident. 19. Februarij, 1633. vbi etiã
cauetur. † Quod cum dulciaria muta, 23
ſint de genere prohibitorum ex dicto Trid.
Zerola in praxi Epiſcop. p. 2. verbo poſſeſſio
beneficij,

beneficij, §. 5. in fine; inde etiam dulciaria quædam vulgo confitura non possint exigi pro admissione ad possessionem Canonicatus, seu Dignitatis ex dispositione dicti Cap. 14. Trid. Barbosa ibi n. 10. & 12. & in dicto cap. decimo quinto de Canonic. numero 27. & 28.

24 Quare optimè cum in Ecclesia S. Foliani Laudiecens. Diœcesis vigeret abusus, vt noui Canon. florenos 153. aliis Canonicis soluere cogerentur, nec fructus vllos suorum Canonicatuum per triennium perciperent, sed inter alios Canonicos diuiderentur, Sacra Congreg. censuit: [nec dictam summam florenorum, nec fructus Canonicatus à nouis prouisis exigi posse, refragante, Concilio sess. 24. cap. 14. de reform. quinimo si in vno fabricæ, vel sacristiæ, siue in alium pium vsum vltra semestre tempus sui Canonicatus fructus reperirentur concessi horum dumtaxat dimidiam partem ipsi fabricæ, aut pio loco tribuendam esse; alteram vero ipsi prouiso iuxta Sanct. Pij V. const.] Sic refert declaratum Nicolaus Garcia de benefic. p. 8. cap. 1. n. 84. die octauo, Octobris 1592.

25 Ex quibus vltimis verbis considerare nos oportet, non omnem consuetudinem, aut statutum improbari, sed tantum illam, quæ cederet in emolumentum singulorum Canonicorum, non si in vtilitatem fabricæ iuxta aliam declarationem Sacræ Congreg. à dict. Trid. in dicto cap. 14. quam refert idem Garcia, dict. p. 8. cap. 1 n. 90. ibi: [Censuit consuetudinem, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem Canonicorum, non valere, secus in vtilitatem Ecclesiæ, vel augmentum cultus Diuini; item quod conuertitur in vtilitatem fabricæ intelligendum Ecclesiæ, quia consuetudo, qua id, quod à recepto in Canonicum soluebatur, conuerteretur in reparationem, & restaurationem molendinorum Capitularis mensæ.]

26 Et sic Abbas, & Felin. in cap. cum M. ferrar. de constit. Ripa responso. 1. num. 11. de arbitr. Iacob. de Graff. in aur. decis. parte 1. libro primo cap. 96. numero 49. Flamin. Paris. de confid. quæst. 38. numero 28. Moneta de distrib. quotid. p. 1. q. 18. nu. 55. Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 567. numero 2. in 1. edit. alias res. 489. numero 2. & 6. in 2. edit. Barbosa in dicto capite decimo quinto de Canon. numero 29. & 33. idem in Trid. dicto capite decimo quarto, numero 5. & 6. dixerunt consuetudinem laudabilem, & similiter statutum admittenda fore, per quæ aliquid exigitur ab obtinentibus Canonicatus, & quotidianas distributiones, quod non in ipsorum exigentium vtilitatem, sed in Ecclesiã, & alios pios vsus conuertatur, modo non pro ingressu ipso, & admissione, sed ad alium finem accipiatur.

Qui, & Nicolaus Garcia dicta p. 8. dict. 27
cap. 1. n. 9. dicit non esse laudabiles consuetudines, quæ sunt pro instauratione, vel reparatione mensæ Capitularis, cum cederint in vtilitatem singulorum. Tamen Barbosa in dicto cap. 15. de Canonic. num. 31. & in dicto cap. 14. Trid. nu. 8. & Rota decis. 660. p. 4. diuers. dicunt laudabilem esse consuetudinem, etiam stante dispositione dicti cap. 14. Trid. sess. 24. vt fructus primi anni reseruentur hæredibus beneficiarij mortui; & in hoc Episcopatu Austuricens. obseruatur hæredibus defuncti beneficiarij reseruari dimidij anni fructus, & aliam partem dimidij vltimi applicari ex indulto fabricæ nostræ Cathedralis.

Sed & quod constitutio facta per Epis- 28
copum, & Capitulum post Trid. ad soluendam certam quantitatem ratione nouæ possessionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam, nihil tamen ex pecunia Notariis, Cursoribus, Campanariis, aliisvè Ecclesiæ Ministris, quibus alias constituta sunt salaria, refert declaratum à Sacra Congreg. in vna Segou. 11. Iulij 1590. idem Nicolaus Garcia, p. 3. de benefic. cap. 2. nu. 198. declar. 9. in verbis sequentib. [An constitutio quædam ab Episcopo, & Capitulo de soluendo certam pecuniæ quantitatem ratione nouæ possessionis Episcopatus post Trid. decret. & Canonicatuum, ac Dignitatum distribuendam in fabricam, & Salaria Notarij, Aduocatorum, Campanarij, & aliorum Ministrorum Ecclesiæ, quibus iam alias constituta sunt certa salaria, sit valida, necne: S. D. N. ex sententia Congreg. respondit huiusmodi constitutionem seruandam, nihil tamen ex ea pecunia Notariis, Cursoribus, & Campanario, aliisque Ecclesiæ Ministris tribuendum, sed integram summam in vsus fabricæ conuertendam, atque ita libenter soluendam, tam à Capitularibus, quam ab Episcopo, cum separari possint officium Ecclesiæ, Dignitatesque, quæ ob huiusmodi largitatem in ædificium, ornatumvè Ecclesiæ facta, sumit exordium ad mysticam quoque Ecclesiæ ædificationem feliciter in Domino processurum.] Iuxta quam ego vt Canonicus solui hic, & tanquam Episcopus; item & Vallisoleti, vt Pænitentiarius.

QVÆSTIO VIII.

Canonici, an teneantur associare è propria domo suum Prælatum vsque ad Ecclesiam, & reducere illum ad proprium cubiculum, induti habitu Canonicali, vel superpelliceo, aut capa de Choro, & virreto? Et quo honore Episcopo celebranti, aliavè Episcopalia exercenti intra, aut extra Cathedralem ei assistere? Et an in festiuis diebus non solemnioribus, debeat habere, præ cæteris sedem sublimiorem? Et cum quo decore, silentio, ac ordine sessionis debeant in Choro, & in Capitulo Canonici adesse? An Canonici valeant mutare paramenta noua, & antiqua absque consensu Episcopi? An Capitula ex manifesta, & rationabili causa, possint cessare à Diuinis in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali? Et an propter negligentiam Capituli Cathedralis Ecclesiæ in conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem spectant, separatim ab Episcopo habeat Episcopus iure deuoluto ea prouidere?

SVMMARIVM.

1 *Canonici tenentur associare Episcopum, dum it ad Ecclesiam, & ei celebranti assistere* remissiuè.

2 *Episcopus in Choro, & in sessionibus debet habere locum sublimiorem.*

3 *Episcopalis Dignitas debet sustinere decorem & grauitatem vbique sibi debitam.*

4 *Canonicus creatus Episcopus ad eandem Ecclesiam pracedit alijs.*

5 *Canonici debent in Choro, & Capitulo sedere cum decore, & silentio in proprio stallo quilibet.*

6 *Canonici Digniores debent sedere propinquiores sedi Episcopali.*

7 *Canonicus assistens Episcopo, si modernus sit, cedit locum Canonico antiquiori venienti.*

8 *Canonici antiquiores praecedunt, & aliquando Presbyteri Diaconis, & Subdiaconis, & si antiquioribus in prouisione.*

9 *Sessiones in Choro, & in Capitulo sunt fructus Canonicorum.*

10 *Fructus semper spectant ad possessorem.*

11 *Antiquitas multum ad pracedentiam iuuat.*

12 *Pracedentia datur illi, qui primo fuit nominatus in litteris creationis, & in data gratia, vt* n. 13. 14. & 15.

14 *Data tempus in gratiosis attenditur.*

15 *Rescriptum prius in data praualet posteriori.*

16 *Canonicus, qui permutauit, si permutatio non habuit effectum, vel si facta resignatione regreditur, non amittit antiquitatem, secus si fuit priuatus, vel si Canonicatum dimisit, & alium in eadem Ecclesia esset assequutus, vt* n. 17.

18 *Canonici cum suo Canonicali habitu debent, & in Choro, & in Capitulo stare. Vide* n. 19.

13 *Carolus Borromeus posuit instructiones Canonicis circa sedendum, & standum in Choro, & in Capitulo, quæ sunt 22. vt numeris sequentibus.*

42 *Paramenta noua, & antiqua valent Canonici mutare absque consensu Episcopi.*

43 *Capitula Sede Vacante, valent cessationem à Diuinis indicere, sicut & alias censuras ferre, vt* n. 48. *non sic sede plena, vt* n. 44. *& si contra* n. 45. *quod intelliges si alias data consuetudine permitteretur, vt* n. 48.

44 *Cessare à Diuinis tantum Episcopis competit.*

46 Cap. irrefragabili §. cæterum. de Officio ordin.

46 Clem. 1. de sentent excommunicationis.

47 Cap. Canonici de Officio ordin. lib. 6.

48 *Episco*

48 *Episcopus valet cessationem à Diuinis indictam per Capitulum, Sede vacante, reuocare*, vt n.49.

50 *Collatio beneficiorum, quæ sunt de Capitulo, per eius negligentiam deuolutur ad Episcopum, vel ad Archiepiscopum*, vt n.51.

1 AD primam, & secundam quæstionis partem, quæ hic specialiter ex natura tractatus nostri deberent agitari; quia iam de illis dixi latissimè in Rub. *de Offic. Archipresbyteri in vers. ad primam à n.1. & in vers. ad secundam à n.25. ad* 43. ideo hic repetere non est æquum, ne repetitionibus, quas in nostris libris omni conatu excusamus fastidium legentibus gereretur.

2 Ad tertiam, an in festiuis diebus non solemnioribus, debeat superiorem sedem habere Episcopus? & iunctis his quæ dicta sunt supra sub hoc tract. & secundo de loco sublimiori in Choro, & Capitulo, Episcopo impertiendo, etiam titulari, nunc breuiter respondetur, vt debeat non æqualiter sedere cum Canonicis, sed sublimiorem indifferenter sedem conscendere cæteris Canonicis, & Præbendatis eminentiorem. † Nam suo gradu, & ordine 3 inspecto, vbique dignitas Episcopalis, debet sustinere decorem, & grauitatem sibi debitam, vt ex Sacra Congreg. Concilij in Tarsonen 20. Iulij 1620. refert resolutum Barbosa *de Canonic. cap.* 33. *n.fin.* Vbi etiam refert resolutum ex alia Sacra Congreg. Rituum in Trid. 24. Martij 1612. vt non debeat poni ante Dignitates puluinar cum tapete, sed quod debeat sedere in suo stallo, sicut reliqui Canonici; & si forte aliquando hoc indulgeretur, esset tantum apponendus puluinar de corio, non de serico. † Et 4 confirmatur quia Canonicus, vel Dignitas factus Episcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis, etiam ipso antiquioribus: sic ex vna Sacra Congreg. declaratione Ruthen. 24. Septemb. 1605. refert resolutum Barbosa *de Canon. cap.* 18. *num.* 31. Vt comprobatur ex dictis supra de præcedentia in sedendo Episcopi tantum titularis Canonicus de illa Cathedrali, vbi concurrit; & sic hoc dictum ego intelligo de Canonico creato Episcopo ad eandem Ecclesiam: nam si de illa, in qua est Canonicus, vel Dignitas, creetur alterius Diœcesis Episcopus, debet retinere suum proprium locum Canonicalem iuxta communem praxim.

Ad quartam quæstionis partem cum 5 quo decore, silentio, ac ordine debeant Canonici in Choro, & in Capitulo sedere, aut loqui? & respondetur, quod Canonici debent sedere in suo stallo, nec ascendere ad alias sedes, vt illas scilicet retineant, cum si fortè absint antiquiores Canonici, aut Dignitates, debent illico recedere iuxta quæ dixi supra *in hoc tractatu de consuetudine præpositorum in Ecclesia Valentina sub q....* alias inquam esset contraria omnino declaratio Sacræ Congreg. Rituum in vna Capuana 18. Martij 1618. qua prohibentur Canonici ascendere ad sedes Decani, & Archidiaconi, si forte absint. Est enim quotidiana praxis contra hoc in omnibus ferè Cathedralibus, in quibus si est vacua sella Decanalis, aut alterius Dignitatis, solet Canonicus antiquior ad illam ascendere, & descendere, si veniat cui illa sedes debetur.

Cumque Canonici Digniores debeant 6 sedere in sedibus, quæ sunt viciniores sedi Episcopali, vt *in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *dubio* 14. vt refert Barbosa *dict. cap.* 18. *n.* 42. † Ideo rectè etiam dispositum est ex alia resolutione Sacræ Congreg. 7 in quadam Ferrar. 20. Iunij 1609. in verbis sequentibus. [Canonicum Episcopo assistentem, superueniente digniore Canonico, debere cedere locum assistentiæ digniori,] Vt etiam refert resolutum sic idem Barbosa *dicto cap.* 18. *n.* 26. ibi videndus *à num.* 1. quatenus agit de præcedentia habenda in Cathedralibus, & Collegiatis inter eosdemmet Canonicos, & inter ipsas Dignitates. † Etenim Doctores dicunt multum ad hanc præcedentiam, vbi Canonici 8 non habent distinctas sedes haberi ratione ordinis præsbyteralis ad Diaconales & Subdiaconales, & quod deferunt antiquiori possessori recepto, dicentes illum debere præcedere in stallo, sessione, voce, optione, ac cæteris prærogatiuis, quamuis alij sint priores in prouisione, si sint posteriores in possessione ex ea quidem iuris ratione *leg.* 2. *cod. de Offic. Mag. Offic.* ibi: [Vt in gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire.] Et *cap. miramur* 61. *dist.* ibi: [Nec potest de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus externis celsioris loci præmium debetur.]

Et confirmatur, quia istæ præeminentiæ, & præcedentiæ sunt fructus, & emolumenta possessionis DD. per glossam *fin. in* 9

verb. Capit. in cap. cum olim post med. vers. de
collatione beneficior. de maiorit. & obed. † Sed
10 fructus semper spectant ad possessorem,
cap. querelam. 24. *de elect. cap. consultatio-*
nibus de iure patronat. cap. cum olim de causa
possess. & propriet. Vbi dixi, *l. bona fidei* 48.
ff. de acquirendo rerum dom. ergo. Et si hanc
docuerunt partem Mohedan. *decis.* 11.
de renunc. Caputaq. *decis.* 357. *num.* 2. *p.* 2.
Seraphin. *decis.* 45. *n.* 3. Zephal. *cons.* 644.
numero 5. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancell.* §.
3. *proam. à numero* 23. Stephan. Gratian.
in decis. Marchiæ 16. Riccius *in praxi re-*
rum fori Eccles. res. 555. *in* 2. *edit.* Caued.
Lusitan. *decis.* 5. *numero* 4. *p.* 1. Michaël.
Ferr. *de praced. Eccles. q.* 10. *à numero* 9.
Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep.*
Neapolit. cap. 52. Barbosa legendus, quia
amplius declarat. *à numero* 13. *dict. cap.* 18.
de Canonic. Rota *decis.* 44. *numero* 1. *p.* 1.
recentiss. per textum in l. de albo scribendo,
l. 1. *cod. de silentiar. l. vnicuique cod. de pro-*
xim. Sacror. Scrin. l. comperimus 13. *eodem*
tit. lib. 12. *l.* 4. *cod. de priuileg. eorum, qui in*
Sacro Palatio milit. eodem lib. Rota etiam
decis. 2. *numero* 1. *de consuet. in nouiss. & de-*
cis. 867. *numero* 1. *in proam. collect. nouiss.*
Farinacij, alias p. 4. *diuersor.* quibus ad-
iunges quæ referunt Gratian. *discept. fo-*
rens. cap. 106. *&* 111. Hermosilla *in proa-*
mio partit. vbi de praced. & quæ conducunt
DD. *in cap. ante penult. de maioritate &*
11 *obed.* † Vbi inter alia, quæ gignunt præ-
cedentiam, potior est, vt antiquior in
gradu, in receptione, aut ex alio titulo
12 præcedat. † Sicut & datur illi qui primo
fuit nominatus in literis creationis *per l.*
cum pater §. *ante ff. deleg.* 2. *cap. si quis iusto*
§. *verum in fine*, vbi glossa *verbo nominatus*
de elect. lib. 6. Fabius *de Anna. cons.* 406.
numero 12. à Ponte *cons.* 14. *numero* 58.
Mastril. de Magistr. *lib.* 5. *cap.* 4. *numero*
24. *&* 25. *& à numero* 57. Aloysius Riccius
in addition. ad Vincent. de Franc. decis. 144.
vers. & primo, sicut etiam in terminis secun-
dum tempus datæ prouisionis, & gratiæ
factæ, debere aliis posterioribus in proui-
sione præcedere, licet in possessione prio-
ribus, vt multis comprobat Valenzuela
cons. 34. *à numero* 37. *tom.* 1. Gonçalez *in*
suis var. quast. 4. *per tot.* adducentes pro se
plura fundamenta, præcipuè textus *in l.*
sancimus 4. *ff. de consulibus* ibi: [In ado-
randa nostra purpura, vel in conse-
quendis cunctis, Consulum honoribus, &
priuilegiis ex anteriori temporis proue-
ctionis ordinem sibimet nouerint vene-
randum,] & *cap. si à sede de Prabend. lib.* 6.

† Et ex eo etiam, quia in gratiosis atten- 14
ditur tempus datæ *per cap. eam te de rescri-*
ptis. † Et quia rescriptum prius in data 15
præualet secundo posteriori *ex cap. Capi-*
tulum Sanctæ Crucis eodem, cap. si duobus,
& ibi glossa *eodem tit. lib.* 6. quæ nobis in
praxi ne obstent iam dictis *in princ. huius*
vers. debent intelligi, si per Capitulum
steterit, quominus prior in data adipisce-
retur possessionem iuxta alia, quæ expli-
cat in eadem materia Barbosa *dicto cap.*
18. *à numero* 13. cum Gonçalez, Bel-
tram. Cauedo, Hermosilla, Ferret. Mo-
hedan. Rota, Afflict. & aliis. † Et idem 16
Barbosa *dict. cap.* 18. *numero* 17. 18. *&* 19.
cum aliis, vt Canonicus, qui Canonica-
tum permutauit, si ad eundem Canoni-
catum redierit, quia permutatio effe-
ctum non habuit, vel si ad suum Cano-
nicatum vigore regressus redeat, debeat
recuperare locum, & stallum antiquum.
† Non sic vt scribit *numero* 15. *&* 16. 17
comprobans, si post adeptam possessio-
nem omni iure collegij priuetur, & dein-
de restituatur, vel si Canonicatum di-
misit, & alium in eadem Ecclesia impe-
trauit; tunc enim debebit in loco vlti-
mi Canonicatus, quia non recuperat
primum locum, sic post multos resolu-
ta refert ex Sacra Rit. Congreg. *in vna*
Callien. 21. *Martij* 1609. *& in alia Muti-*
nen. 29. *Nouemb.* 1603. cum Riccio Gratia-
no, Ragucio, Gutierrez, Moneta, Aze-
ued. Rebuff. Zerola, Flamin. Paris. &
aliis, & ex diuersis decis. Rotæ.

Et sic quod Canonici semper cum suo 18
Canonicali habitu in Capitulo; pro vt in
choro modeste, & cum silentio acce-
dere, & in loco sibi debito sedere te-
neantur, quia multis comprobat idem
Barbosa *dicto cap.* 18. *de Canonicis à nu-*
mero 32. repetatque *in cap.* 36. *eodem li-*
bro numero 1. ideo operæpretium duxi hic
innectere monitiones S. Archiepisc. Caro-
li Borromei, qui breuiter, atque do-
ctrinaliter nos docet, qualiter in
Choro, & Capitulo debea-
mus sedere, loqui,
& attendere.

***

S. CAROLI

S. CAROLI BORROMEI Archiepiscopi Mılanen. Cardin. S. Romanæ Ecclesiæ monitiones pro Canonicis ad consedendum, & standum in Choro, & Capitulo.

IN CHORO.

19 *Vos, qui, in Cathedrali Ecclesia Dignitates obtinetis Canonici; item eiusdem Ecclesiæ, tum reliquarum quarumuis Ecclesiarum Collegiatarum, vel Diœcesanarum quicumque sitis in omni Canonicalis disciplinæ officio ita agite, vt Canonicè nempe canonum legibus ad vitæ vestræ institutum pertinentibus, & constitutionum prouincialium, Diœcesanarumque ratione congruente viuatis, idque primò maximè studete, vt in conspectu Dei omnipotentis puro corde, & casto corpore ministretis.*

20 *Tum singuli vos Ordinis, Dignitatis, aut Canonicatus, annexi functiones explete, Canonicalisque muneris partes præstate, omnes in Choro statutis horis assistite, & ad Deum pro fidelibus pias, religiosasque fundite precationes.*

21 *Dum in loco estis, memores estote adesse Christum Iesum Dominum, cui seruite cum timore, & tremore.*

22 *Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu.*

23 *Attente, studiosè, ritè, piè, religiosè, Diuinas laudes concelebrate, & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in cordibus vestris Domino.*

24 *In Choro nemo priuatim, nemo tacite officium recitet, sed omnes pariter quicumque adestis, senes cum iunioribus laudate nomen Domini, in Psalmis, Hymnis, & Canticis.*

25 *A quibuscumque colloquiis, & à litterarum, ac librorum lectionibus, atque omni vagatione abstinete.*

26 *Pro temporis autem, & beneficij ratione sedete, state, genua flectite, caput aperite, & inclinate.*

27 *Accurate demum omnia obseruate, quæ eo de genere vobis præscripta sunt, vt vestro exemplo aliis sacerdotibus, Clericisque, & rectè, riteque psallendi, & sanctè orandi, & piè agendi animum addatis.*

28 *In Psalmorum autem cantitorum, & Hymnorum intelligentiam studiosè incumbite, vt dum psallitis pro sensuum sanctorum, quos mente concepistis ratione, vos ad omnes pietatis, deuotionisque affectum excitetis.*

29 *Non ordinaria distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, religionisque cultu commoti Diuinis officiis adestote, vt vere, ex animoque psalmi verba illa concinatis (voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.)*

30 *Diuinis officiis absolutis paululum omnes in Choro piè orate, inde abeundi signo per Præfectum dato, consurgentes quo ordine ad Chorum accessistis, eodem in sacristiam redite, vbi Cappas, qui illis induti estis, & superpellicea sine strepitu vllo, & susurratione deponite.*

IN CAPITVLO.

31 *Canonicatus vestros conuentus statis hebdomada diebus Capitulariter habete.*

32 *Omnes, qui debetis, ad illos conuenite.*

33 *Inde ne discedite, nisi missione à Capituli Præfecto impetrata.*

34 *Singuli ordine, & loco sedete.*

35 *Sententiam modeste dicite, & suo quisque loco, non præposterè.*

36 *A verbis scurrilibus abstinete.*

37 *In rebus consultandis rixas, iurgia, & contumelias cauete.*

38 *In initio, & fine vniuscuiusque Capituli statutas orationes dicite.*

39 *Priori loco tractanda præponite, quæ ad Diuinum cultum, quæ ad spiritualis vitæ progressum, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium vsum pertinent, ne negligite.*

40 *Cætera hoc de genere toto seruate, quæ prouincialibus constitutionibus præscripta sunt.*

41 *Omnia in primis agite pace mutua, concordi charitate, & charitate fraterna, vos inuicem diligite; Canonici enim estis, qui pro Collegij ratione ex antiquo instituto, vna collegiata Ecclesia, vnoque ita in Canonicali domicilio collocati fuistis; ita vno pacis, & charitatis fœdere, vnaque animorum consensione coniunctissimi, sicut nascentis Ecclesiæ ministri, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiendo viuite, sicut in Psalmo scriptum*

scriptum est (quam bonum, & quam iucundum sit habitare fratres in vnum) hactenus monitiones S. Caroli ad Canonicos.

42 Ad quintam quæstionis partem, Canonici an valeant mutare paramenta nonona, & antiqua absque consensu Episcopi? Breuiter ex declar. Sacræ Congreg. Concilij, in Nagien. 23. Augusti 1631. quam refert, & sequitur Barbosa *de Canonicis cap. 42. n. 14. vers. paramenta*, dicendum est posse; imo, & de aliis mobilibus non pretiosioribus disponere, quatenus non absit consuetudo, vt de consensu Episcopi id fiat; idem etiam Barbosa *de iure Eccles. p. 1. cap. 30. dicto n. 14. in fine, & in eodem vers.*

43 Ad sextam quæstionis partem, an Capitula ex manifesta, & rationabili causa possint cessare à Diuinis? Et videtur vt sine Episcopi consensu non valeat Capitulum cessationem indicere, nisi ipsum Capitulum hanc potestatem cessandi à Diuinis ex consuetudine, aut priuilegio acquisierit: sic Couar. *in cap. alma mater. p. 3. §. 2. n. 6.* Suarez *de censur. disp. 39. sect. 3. à n. 2.* Auila *de cens. p. 6. disp. 1. dubio 1.* Saytus *in eodem tract. lib. 4. cap. 17. num. 1.* Fr. Eman. Rodriguez *quæstion. regular. tom. 2. q. 117. art. 1.* Henriquez *in summa lib. 13. cap. 54. in principio*, Toletus *in summa lib. 1.*
44 *cap. 56. n. 2.* † Qui inquam addunt cessationem à Diuinis solum ab Episcopo, non vero à Capitulo sine ipsius authoritate fieri posse, in tantum inquam, vt si Canonici absque causa rationabili cessassent à Diuinis v.g. per interdictum maximè in contemptum Episcopi, Episcopus, hoc non obstante debeat celebrare in Cathedrali, & Metropolitanus, tanquam delegatus Papæ, ad querelam Episcopi, re cognita, Canonicos castigare, vt colligunt DD. per textum *in cap. irrefragabili 13. de officio ordin. in §. cæterum.*

45 Et quamuis Augustinus Barbosa sentiat, vt in Sede plena valeat Capitulum, cessationem indicere, inconsulto Episcopo, sic probans *sub dicto §. cæterum n. 13. vers. veram licet hæc opinio, & de Canonicis dict. cap. 42. n. 24. & 25. & de iure Eccles. dict. cap.*
46 *30. p. 1. eodem num. 24. & 25.* † Per textum *in Clem. 1. de sentent. excommunicat. in vers. in cessationibus* per verba ibi: quia ipsos hoc vnico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus, & ex eo, quod *in dicto §. cæterum*, non conceditur Episcopo relaxare cessationem factam à Capitulo sine ipsius consensu, sed factam sine rationabili causa, vel in eius contemptum. † 47
Et per textum *in cap. Canonici ibi: ex consuetudine de officio ordinarij lib. 6.* quia licet per hunc textum *in vers. cessationis ipsius causam exprimant*, notent Barbosa *n. 4.* item & Menoch. *de arbitr.* quod Clerici sine rationabili causa à Diuinis cessare non debent, alias pœnis plectendi, quasi si rationabilis causa assistere eis liceat; imo & de iure probare conentur per glossam ibi *causa*, vbi specialiter referuntur causæ, ob quas Clerici à Diuinis cessare possunt, quas & explicant idem Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 180. à n. 5.* Henriquez *libr. 13. summa cap. 52. §. 2. lit. T.* Tamen in ratam graui, & quæ reuera dependeat à Iurisdictione, qua non potiuntur Capitula in Sede plena reuera sine Episcopo non poterunt cessationem indicere.

Et sic credo iura illa explananda, nempe, vt Capitula Sede Vacante possint cessationem à Diuinis indicere, sicut & alias censuras Ecclesiasticas ponere, vt supra dixi *sub tract. 1. q.*.. quod si adueniente Episcopo, viderit eas iniuste positas, & in contemptum propriæ Iurisdictionis Episcopalis, valeat reuocare, & pœnis Canonicos plectere. † Quod si insurgas iura illa loqui de Capitulo in Sede plena, admitterem libenter id procedere, si consuetudine, aut indulto Capitula Sede plena, sicut & alia collegia, & conuentus Religiosorum valerent cessare ob defendendo se ab iniuriis per alios illatis, ad quod conducunt verba dictæ *Clem. 1. explanando* verba ibi: *hoc vnicum lumen, & in dicto cap. Canonici* ibi *ex consuetudine.* 48 49

Ad vltimam quæstionis partem, suppositis quæ dixi supra *sub dicto tract. 1. à q. 23. de beneficiorum collatione*, quæ tantum sunt solius Episcopi, & quæ etiam ad solum Capitulum spectant, nunc breuiter respondetur per negligentiam Capituli in prouidendo, deuolui collationem ad Episcopum, vt docent DD. per textum *in cap. 2. de concess. Præbendæ*, vbi Panormit. *n. 6.* & resoluunt etiam glossa *verb. Capitulum, in dicto cap. irrefragabili de officio ordin.* & Regnicolæ per textum *in l. 9. tit. 17. p. 1.* Vbi Gregor. Lopez, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de deuolutione n. 21.* Petr. Gregor. *rer. beneficiar. cap. 9. n. 40.* Barbosa *de Canonic. dicto cap. 42. n. 26. & de iure Eccles. dicto cap. 30. dict. n. 26.* † Qui & *de officio Episcopi p. 3. alleg. 126. in Lugdunens. impress. à n. 71.* ex Azor. ait quod vbi beneficiorum collatio ad Episcopum, & Capitulum communiter spectauerit, 50 51

spectauerit, tunc deuolutio ex capite ignorantiæ, non fiat ad Episcopum, sed potius ad Archiepiscopum, tanquam ad proximum superiorem per textum, Vbi DD. *in cap. postulastis de concess. Prabendæ.* Aliqua videntur applicanda *ex quæst. seq. vers. & comprobant*, quæ in suo casu non sunt contraria.

QVÆSTIO IX.

An esto, quod ex duabus partibus Canonicorum in ordine ad totum, maior pars faciat Capitulum, vt dictum est *quæst.* 33. hæc assertio recipiat alias ampliationes, siue limitationes? An & quando maior pars inclinat in partem deteriorem, & quis non vult contradicere, quia nihil prodesse valet, teneatur nihilominus vocem dare aduersam? Et an si contradicendo, cum nihil prodesse potest, & contradictio causet fortassis indignationem, vel odium, teneatur adhuc suam sententiam exprimere? Et an Cardinalis possit tacere, quando in consistorio, non bene aliquid determinatur? Et an ad Episcopum appelletur ex gestis per Capitulum, in quo interfuit idem Episcopus?

SVMMARIVM.

1 *Canonici in compromittendo debent singulariter assensum præstare, si casus omnes tangit*, vt n. 2.

2 *Canonicus vocatus ad Capitulum, si tacuerit intra illud, habetur pro consentiente maiori parte votorum, &* n. 4.

3 *Regula* quod omnes tangit, *debet ab omnibus approbari. Fallit in nonnullis casibus* remissiuè.

4 *Canonicus, siue collega, qui dum potuit, non contradixit in actu Capitulari, intelligitur consentire.*

5 *Tacentes vniuersitate congregata, ad consentiendum, vel dissentiendum, consentire videntur.*

6 *Capitularis, non ex eo quod apud alios odio habeatur, valet licite omittere propalationem sui voti, cum & totis viribus resistere debeat etiam maiori parti, in Deo confidens*, vt num. 7. 8. 9. & 10.

8 *Cardinalis debet contradicere, nec tacere, quando in consistorio aliquid male determinatur à maiori parte, si sit contra commune Ecclesiæ bonum*, vt n. 9. *secus si res esset dubia*, vt n. 10.

11 *Appellatio de gestis à Capitulo, in quo interfuit Episcopus, vt Prælatus, non interponitur, secus si vt Canonicus*. n. 12.

13 *Deuolutio fit ad Episcopum de collatione facienda à Capitulo, in quo fuit negligens, & si Episcopus interuenisset vt Canonicus, secus si vt Episcopus*. n. 14.

15 *Vota Canonicorum in Capitulo, & si valeant publice proferri coram adstantibus, vtilius tamen erit, vt secreto, quilibet secreto votet, vt euitentur multa inconuenientia, præcipue in grauioribus casibus.*

16 *Votare secreto præstat maiorem libertatem votanti.*

17 *Vota propalantes intra Capitulum lata, grauiter peccant, cum frangant iuramentum de custodiendo secretum; ob idque erunt periuri, aut punientur arbitrariè*, vt num. 18.

Ad primam quæstionis partem, vtsatius dicta *supra in dicta quæst.* 33. 35. *&* 36. tractentur leges, quæ subsequuntur dubia apud citatos infra, nempe vt regula ibi relata, quod consensus omnium requiritur in dispositione rei communis, ampliatur præter ibi dicta in Canonicis tractantibus de compromittendo: nam cum intersit cuilibet singulariter, omnes expressè debent consentire, Compost. *in cap. causis de elect.* Panormit. ibi mirabile dictum affirmat, ac sequitur; item & Gratian. *reg.* 95. *n.* 1. qui etiam regulam ampliat *n.* 2. cum Corseto in singulari verbo *compromissum* 101. quod nec sufficiat, vt præsentes adsint alij, si expressè non consentiant. 1

Tamen huic vltimo dicto videntur aduersari Seraphin. *in decis.* 708. *numero* 4. Rota *decis.* 388. *numero* 41. *quæst.* 5. *diuers.* Innocent. *in cap.* 1. *numero* 4. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.* Vbi Abbas *numero* 13. Barbosa *de Canonic. cap.* 37. *numero fin.* Parisius *cons.* 75. *à numero sexto lib.* 4. dicentes, quod Canonicus vocatus ad Capitulum ad approbandum, vel contradicendum, si in eo præsens Capitularibus resolutionibus tacuerit, habetur pro consentiente, nisi hoc dictum procedat, quando maior pars votantium 2

fecit decisionem, & si minor contradicat, non quando casus ad omnes tangit, vt singulos, tu videbis, & remunerabis.

3 Et quia illam regulam limitant multi, dicendo, vt non omnium requiratur consensus, quando casus omnes tangit, præter adducta in præcitatis quæstionibus; leges quatuor limitationes apud Angelum *in sua summa verb. statutum q.10.* quarum duas adducit Oroscius *in l. iuris gentium §. hodie tamen ff. de pactis numero 2.* Alias septem limitationes adducit Felinus *in cap. cum omnes de constitutionibus à numero 23.* leges Petrum Dueñas vno modo ampliantem, & duobus limitantem *in reg. 295.* Et etiam limitant Angelus *in §. sequens alia instit. de action. col. 4. ad finem,* & Columna *5. in princip.* Zepola *de seruitutibus Vrbanor. prædiorum cap. 59. num. 8. & cautela 85. sæpè contingit,* Iason. *in l. creditor l. 1. ff. si certum petatur n. fin.* Cassaneus bene *in consuetudinibus Burgund. Rub. 13. §. 2. col. 10.* limitantes eam regulam in casu singularis legis si vt proponit *Cod. de ædificiis priuatis,* Vbi causetur, quod si socius nomine communi Domum reficeret, etiam inuito socio, de sumptibus necessariis, potest agere contra socium ad sumptus pro rata factos, & si ad solutionem per quatuor menses retardauerit Dominium totius Domus, sibi vindicare possit: quam doctrinam comprobant Gratianus *dicta reg. 95. numero 3.* & Gregor. Lopez *de iure Regio per textum in l. fin. tit. fin. p. 3.* quam optimam vocant.

4 Ad secundam quæstionis partem, quia ex assignatis quæstionibus *supra sub quæst. 34.* facile potest respounderi; & quia illam legitimè mouet Zenedus *in collect. 120. numero 2. Decretalium ad textum in cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli,* vbi præcipuè sedet nostri tractatus materia, facileque ex annotatis *sub dict. quæst. 34.* dissolui valeat nodus; nunc leges Abbatem *in dicto cap. 1. numero 13.* Felin. *in cap. nonne numero 9. de præsumptionib.* Ananiam *in cap. veniens numero 4. de simonia,* Abbatem *in cap. dilectus el. 2. de simon. numero 9.* Nauarr. *in manuali numero 21. vers. ex quibus* optimè loquentem, Felin. *in cap. cum omnes de constit. numero 11. prope finem,* Azcuedum *in addit. ad curiam Pisanam lit. B. ex numero 4. lib. 2. cap. 13.* eiusdem Pisanæ Curiæ, Ioann. Gratian. *regula 448.* Franc. Marzar. *fideicommiss. p. 2. quæst. 1. fol. 7. vers. prætermisit tamen,* qui & alij communiter tenent, vt debeat nihilominus contradicere, & quod si dum potuit, non contradixit, intelligatur consentire, Iason. *in l. quæ dotis ff. soluto matrim.* Bartol. *in l. adoptionibus numero 1. ff. de adoptionib.* Abbas, & ibi *addit. in dicto cap. nonne bene de præsumpt. numero 1.* Vbi latè Felinus, Alciatus *lib. 4. parergon. cap. 7.* Iason. *in §. item seruiana numero 55. instit. de actionib.* latissimè Conarrun. *cap. 15. practic. quæst. numero 5.* Gregor. Lopez *in l. 23. tit. 34. p. 7. glossa 1. & in l. 1. tit. 16. p. 4. glossa 2.* Etenim quisquis loqui tenetur, si sileat in sui præiudicium, consentire censetur, vt docent alij per textum *in l. de ætate §. qui tacuit ff. de inter action. & per reg. qui tacet de regul. iuris lib. 6.* inter alia Alban. *de Cardinal. sub quæst. 10.* & sic Felin. *in cap. cum omnes de constit. numero 17.* Bart. *in l. 2. numero 14. cod.* quæ sit longa consuetudo, Ancharan. *consil. 157.* Panormit. *in dicto cap. 2. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit. numero 9.* Ioannes Baptista de Sancto Seuerino *in l. omnes populi charta 8. ff. de iustitia, & iure,* abunde Felin. *in cap. 1. numero 2. de maiorit. & obed.* Abbas *in cap. vestra de locato numero 6.* Iason. *in dicta l. quæ dotis numero 82. ff. soluto.* † Dixerunt quod vniuersitate Congregata ad consentiendum, vel dissentiendum, tacentes, consentire videantur, & quando tacens si sit præsens consentire videatur, explicant bene Dinus, & ibi Botrius *in addit. de regul. qui tacet de regul. iuris,* & Bart. *in dicta l. quæ dotis num. 20. ff. soluto matrim.* & alij communiter. 5

Ad tertiam quæstionis partem, an si contradicendo alteri odium, aut nocumentum contra votantem pararent; & quia etiam Zenedus legitimè mouet hanc quæstionem *in dicto cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capit. num. fin.* ideo recurres ad Nauarrum *in manuali Latino, & Hispano cap. 17. num. 21.* & ad Curiam Pisanam *in dicto cap. 13. lib. 2. num. 2.* & ad Caietanum *in summa* optimè loquentem, *verbo restitutio in princ. vers. & hinc* habere potest, & ad id quod dicimus *in vers. ad quartam de Cardinali,* cumque illi, qui de Collegio, aut communitate sunt in his, quæ ad vniuersale commodum pertinent ex vi Officij tacere non possint: *argum. dicti cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.* & Abbas post Innocent. ea ratione motus *in capite 2. eodem,* dicat quemlibet de Collegio ad libere loquendum cogi, imò totis viribus resistere, si

si quidquam aduersùs honorem, vel Capituli vtilitatem pertractaretur, aliter eum grauiter errare; debet enim omnino confidere se inuictam veritatem proferentem, alios quoque in suam sententiam adducturum: argum. textus *in l. si tres ff. de arbitr.* cum veritas omnia vincat, *cap. consuetudo* 8. *dist.* labiúmque veritatis firmum sit in perpetuum, pro nexu, *cap.* 12. transumptiue, *in cap. qui ambulat.* 5. *q.* 5. semperque veritati locum dari, vt dixit *Iure consult. in l. fin. ff. de prob.* videmus sæpius vt ei, qui veritati innititur, Deus, qui summa est veritas, auxilio sit; ideo videtur, vt quamtumuis votaturus, sibi pararet aliorum odium, nihilominus ad votandum teneretur; quod tamen declaratur, vt *in dicto vers. ad quartam.*

8 Ad quartam quæstionis partem, an Cardinalis possit tacere, quando in consistorio, non bene aliquid determinatur? Et licet Cardinal. Alban. *de Cardinal. dicta quæst.* 10. sine distinctione doceat ex fundamentis proxime adductis, & ex eo, etiam, quia in Collegiis, & Capitulis minoribus, eius Capitulares tenentur propria propalare vota, & sic multo fortius Cardinales in tam graui, ac ponderosa, qualis est illa Eminentissimorum Cardinalium per doctrinam glossæ *in cap. in verb. sacerdotale de officio deleg. lib.* 6. & Abbatis, ac Innocent. *in dicto cap.* 1. vt etiam sequitur Abbas *in cap.* Continebatur, *eodem tit. & in dicto cap. dilectus de simonia, dict. cap. vestra de locato & in cap. in causis de elect.* 9 † Tamen ego cum Azorio *tom.* 2. *instit. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 17. & Diana *p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 49. *in fine*, distinguendum esse iudico, tam in hac quæstione, quam in proxime præcedenti, dicendo quod, si illud, quod proponitur in consistorio, aut certo, & euidenter est contra commune Ecclesiæ bonum, tunc tuta conscientia, nec Cardinales, nec Canonici, aut alij ex alia qualibet Congregatione, vniuersitate, aut collegio, sine peccato tacere possint, etiam si in ipsos ab aduersis odium originetur ex rationibus *sub vers. ad tertiam prope finem*, adductis. 10 † Quod si res dubia esset, tunc si maiori Cardinalium parti contraria sententia placuisset, & nihil profuturam suam sententiam Cardinalis, aut quilibet de Collegio, siue Capitulo, certo, aut manifesto, aut saltim bona fide intelligerent tuta conscientia, contrariæ maioris partis sententiæ adhærere poterunt, cum tunc non videantur errare, & in odium aliorum inciderent, aut imprudentes haberentur; tum quia in dubiis prudenter aliorum sequerentur consilium, quando scilicet considerantes nihil suo contrario suffragio suffragaturi ad effectum, vt cæteri maiorem constituentes partem, in nullo discessuri à voto contrario.


11 Ad quintam quæstionis partem, an ad Episcopum appelletur ex gestis per Capitulum in quo interfuit idem Episcopus? Et in hoc dubio etiam sub distinctione respondendum esse existimo. Nam si Episcopus in Capitulo præsidet, vt Prælatus, tunc ad ipsum non esse appellandum *ex cap. à collatione* 12 *de appell. lib.* 6. Cardinalis Iacobat. *de Conciliis lib.* 10. *art.* 1. *sub n.* 7. *tom.* 13. *p.* 1. *fol.* 351. Sigismund. Scaccia *de appell. q.* 8. *n.* 60. Quod si Episcopus sui præsentiam faciat in Capitulo, tanquam Canonicus, tunc ad ipsum posse appellari. † Quia ex 12 quo Episcopus non interfuit Capitulo tanquam Episcopus, sed tanquam Canonicus, non appellatur, tunc ab eo ad eundem, sed ab inferiore ad superiorem, vt dixerunt Euerard. *in loco de tanquam n.* 9. *vers. sexto facit*, Scaccia *dicto n.* 60. *vers. secus tamen esset*, Ordinarij *in cap. postulastis de concess. Præbenda*, Vbi Abbas *n.* 11. *vers. secus si interfuit vti Prælatus*, Imola *n.* 13. Butr. *in quæst.* 1. *sub num.* 8. Cardin. *in* 7. *opposit.* Ancharran. *n.* 5. *in fine*, Anania *n.* 11. *in fine*, Barbosa etiam *de Canonic. cap.* 35. *n.* 13. Rota *decis.* 193. *n.* 3. *p.* 2. *in posthum.* Farinac. aliis *p.* 4. *recent.*

13 Et comprobant etiam Doctores in alio casu, de quo *quæst. præced. de deuolut. ad Episcopum*, Capitulo negligente, in prouidendo beneficium, sibimet soli spectans; quia si v.g. in aliquo actu Episcopus, vti Canonicus intereueniat, & Capitulum sit negligens, ad eum fit deuolutio, cum ibi tanquam inferior se habeat. † Secus vero, 14 quando vti Prælatus concurrit. Nam cum tunc in eo actu sit superior, non ad illum, sed ad Archiepiscopum, vel alium superiorem rem deuoluendam fore, dixerunt Hostiensis *in dicto cap. postulastis n.* 2. *circa medium*, Rota *dict. decis.* 193. *n.* 2. Imola *in dicto cap. postulastis n.* 3. Abbas *n.* 4. *&* 10. Anania *n.* 1. *&* 3. Ancharran. *num.* 3. *vers. sed dicas n.* 3. *in* 2. *oppositione.*

15 Pro coronide notandum est, vt licet possint Canonici, & alij de vniuersitate sua vota publice dicere; sic vt à conuocantibus audiantur, quod conuenientissimum solet esse vt hinc, & inde auditis, & conferentiatis, suffragiis in melius res, quælibet tractanda perficiatur. Sed quia solet frequentissimè, quod fiant conuenticula, & tractatus vulgo *pandillas*,

præmeditati per dies, aut noctes antecedentes, à quibus difficulter iam ſemel compromiſſari, ſeu conobligati, publice diſcedent, quamtumuis illos propria conſcientia premat; ideo etiam plus conuenientiſſimum, præcipuè in grauioribus caſibus fiet, quod Canonici ſecreto vota præſtent, vt ſine timore quiſque quod ſenſerit, libere loquatur, ſicut recte aduertit Octauian. Frangip. *in director. Eccleſiaſt. diſciplinæ tit. de Decanis Collegiat. Eccleſiaſt.* Barboſa *de Canonic. cap. 37. n. 23.* tum etiam, nam vt dicit Curia Philippica *p. 1. §. 1. n. 22.* & ſcribit Caſtillo de Bobadilla *in alia ſua po-*
16 *litica lib. 3. cap. 7. n. 38.* † Votare ſecreto minùs inconueniens eſt, & maiorem libertatem ad votandum Chriſtianè parturiit: Videndi Nicolaüs Garcia *de beneſic. p. 5. cap. 4. n. 185.* & Caſtellin. *in ſuo tractatu de elect. in addit. pag. 485.*

17 Item quia etiam Canonici, imo & alij quarumlibet Congregationum paruipendent ſecreta ſuffragiorum propalare, quamtumuis in principio receptionis, & in aliis actibus, & Capitulis intermediis, ab omnibus de obſeruando ſecreto iuramentum exigantur; ideo contra ſic faciliter propalantes, quaſi nihil facere, nec Deum, nec Reipublicæ offendere exiſtimantes vellent, vt attendant in hoc maximè grauiter peccare, vltra quod pœna arbitraria iuxta naturam negotij reuelati, eſſe puniendos, ſi nullum præſtiterunt iuramentum de cuſtodiendo ſecreto, vt dixerunt *in praxi iudicum verb. Canonicus*
18 *n. 20.* † Et addit Raguc. *de voce Canonic. in Capit. q. 25. n. 3.* iſtis reuelantibus ſecreta Capituli, non credi, cum mentiantur, vt priuati; ſin autem propalarunt ſecreta facientes contra iuramentum de non reuelando, illud frangentes, incurri in pœnas impoſitas à Sacris Canonibus contra peierantes, probat Bernard. Diez. de Salcedo *in pract. Eccleſ. cap. 106. verſ. ex quibus in nouiſſima impreſſ.* & fulcitur ex his, quæ longè dixi de pœna contra periuros *in cap. breui 17. de Iure Iur. & de obligatione cuſtodiendi ſecreta in cap. ad noſtram 20. eodem, q. 1.* item & *ſub cap. intimauit 18. q. 2. à n. 1. & ſub cap. 22. q. fin. de teſtibus, & alibi*; item applicabis quæ dixi *ſub cap. quia propter de elect. ſub q. 2. verſ. ad quartam, & verſ. ad quintam*, vbi de ſecreto in ſcrutinio electionis, & quod vota nunquam publicentur.



QVÆSTIO X.

An Capitulum per ſe ſolum abſque Epiſcopi licentia valeat in Iudicio comparere.

LIbuit pro complemento hanc adjicere quæſtionem. Sed quia de illa dixi *in cap. cauſam 9. de Iudiciis q. 18. fin.* ideo ad ibi dicta recurres. Cum Fornicacio, Emanuël Rodriguez & Gregorio Lopez quos ibi retuli & cum Feliciano de Vega.

QVÆSTIO XI.

An Capitulum Sede Vacante poſſit diſpenſare cum illegitimo quoad Ordines & beneficia ſicut Epiſcopus.

DIxi *ſub cap. 1. de filiis presbyt. q. 8. verſ. ad ſecundam à n. 18.* & hic *q. 19. verſ. ad tertiam.*

QVÆSTIO XII.

An Prælati retineant ſignaturæ gratiæ Officia Sede Vacante, & num morte Papæ expirent Curæ Officia.

DIxi *in cap. 5. de Officio Vicarij quæſt. 3. verſ. ad aliud à n. 19.* Et de aliis *ſub q. 1. 2. 4. & 5.*

INDEX



INDEX
RERVM ET MATERIARVM
in hoc volumine contentarum.

Prior Numerus Marginalem Chiffram : Posterior Paginam indicat.

resistere

D.Fermosin.de Potest.Cap.Sede Vac.

Episcopa

Capitulum

& Materiarum.

& Materiarum.

contra

FINIS.



FINE